SC.9.P1.6.

37
13 A
22

HISTORIA
ECCLESIASTICA
PER ANNOS DIGESTA
VARIISQUE OBSERVATIONIBUS ILLUSTRATA

A U C T O R E

GASPARE SACCARELLO

T A U R I N E N S I

CONGREGATIONIS ORATORII ROMANI PRESBYTERO

TOMUS VIGESIMUS TERTIUS.

AB ANNO JESU CHRISTI 1100. USQUE AD AN. 1135.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA



ROMÆ MDCCXCIII.

EX TYPOGRAPHIA PAULI JUNCHI.

SUPERIORIBUS ADPROBANTIBUS.

Digitized by Google

ejus obitus, cui Oldericus ſuccedit 243. 11.
Joſephi in Hiſpania Caliphæ Victoria, & obitus 77. 27.
Irmerius ſeu Guarnerius jus civile Bononiæ edocet 187. 18.
Italia terræmotu Concutitur 188. 1.
Juliacum monaſterium Bernardus fundat pro feminis 150. 10.
Ivonis epiſt. ad Paſchalem Papam 6. 5. ut Eccleſiæ ſuæ privilegia confirmet 7. 6. aliæ cauſæ ad Paschalem delatæ 8. 7. ut Legatos in Galliam mittat. *ib.* 8. de concilio Pictavis celebrando 10. 10. ad Henricum angliæ regem ſcribit 19. 27. apud Richardum legatum ſe, ſuoſq. excuſat 44. 9. cum Paſchali Papa de appellationum frequentia conqueritur 45. 10. ejus in Apoſt. Sedem reverentia 46. 12. apologiam pro coronatione Ludovici regis ſcribit 89. 6. & 7. Paſchalem Papam excuſat 123. & n. 23. inveſtiturarum uſum hæreſim dici non poſſe demonſtrat 124. 24. ejus epiſt.; obitus, & ſcripta 162, 16. 17.
Juramenti formula ab Archiep. & Epiſc. præſtanda ex ſynodo Rom. ſub Paſchale II. 26. 2.

L

Lamberti Atrebaten. Epiſcop. de Philippi abſolutione literæ ad Paschalem Papam 41. 5.
Landulphi Benevent. Episcop. causa in Synodo agitata 152. 4. ejusd. Synodi Sententia 153. 5. ejus obitus 234.
Legati Paschalis Papæ Valentiæ Synodum celebrant 9. *in fin.* Legatus Apoſtol. in Anglia non receptus 19. 26. Legati Henrici regis, quid petierint, ac promiſerint 65. 11. eidem Legatio Dolen. Eccles.
Legatio Moguntini Conventus ad Paschalem Papam 59. 2.
Legati in via detenti. *ib.*
Leodiensium querelæ, seu invectiva adversus Paschalem Papam 32. 10.
Literæ Germaniæ Principum ad Henricum 62. 7.
Ludovici Franciæ regis, cum Henrico dissidia 185. 14. contra eum in Synodo querelas exposuit 231. 11. ejus epiſt. ad Calixtum Papam 262. 12. cum Pariſien. Episc. contendit 300. 5.
Lotharius Germaniæ, & Italiæ rex creatur 287. 7. Innocentii Papæ partes sequitur 333. 11. ipsi aliique reges Innocentio obedientiam promit-

tunt 366. 7. in Italiam tranſit 378. 3.
Luitprandi geſta dum Groſſolano adverſatur 50. ejus obitus 143.

M

Malachias Episc. ordinatur 279. 17.
Mathildis Comitiſſa donationem Eccleſiæ factam confirmat 32. 10. ejus obitus 170. 7.
Mathildis reginæ Angliæ obitus 222. 35.
Matthæus Cluniacen. monachus Card. & Episc. Albanen. creatur 293. 6. ejus obitus 407. 20.
Maurorum, & Regum Caſtellæ, & Aragoniæ atrox bellum in Hiſpania 93. 12.
Mediolanen. Archiep. Anacleti partes, Ravennaten. Innocentii ſequitur 349. 32.
Mediolanen. Eccles. turbæ ob Groſſolanum 50. 16. ea Sedes Jordano adtributa, excluſo Groſſolano 178. 4. Bellum cum Comenſibus 219. 31.
Mediolanen., & Ravennaten. Archiepiscopor. contentio 163. 3.
Moniales e Monaſterio ejectæ 318. 17.
Muſtadini Caliphæ obitus 222. 36.

N

Nicolai C. P. Patriarchæ obitus 127. 29.
Norbertus. *vid.* Præmonſtraten. Antuerpiam ad hæreſim extirpandam vocatur 278. 16. Magderburgen. Episc. ordinatur 294. 8. ſui Ordinis, & Eccleſiarum privilegia confirmantur 367. 8. ejus obitus, & elogium 407. 19.

O

Oldegarius Tarraconen. Episc. Apoſt. Sedis Legatus creatur 267. 10. ejus ſollicitudo in rebus Eccleſiæ ſuæ amplificandis 268. 11.
Ordo Fontisbrandi Abbatiſſæ a Fundatore ſubjectus 195. 14. Congregatio Monachorum Montis Virginis ab Gulielmo Fundata 242. 9. Ordinis S. Sepulchri origo 242. 10. Ordo Humiliatorum, & regula iis ab Bernardo ſcripta 405. 18.
Ordinis Hieroſolymitani initia, & progreſſus 146. 6. & 7. illius munera, & officia 247. 17.
Ordericus Abbas Caſſinen. deponitur 289. 1.
Otto Bambergen. Episc. 30. 7. ejus

ejus ordinatio 73. 21. Pomeranorum Apoſtolus dictus 259. 2. & 273. 3. iterum ad Pomeranos pergit 305. 10.

P

Paschalis II. Guibertum, & Schiſmaticos comprimit 3. 1. tranquillitatem Urbi reſtituit 5. 3. Florentiæ Concilium celebrat. *ibidem* Beneventanos excommunicat. 5. 4. Legatos in Galliam mittit 9. 9. Gebeardo legationem in Germania committit 19. 28. Ciſtercien. ordinem confirmat 19. 29. inveſtituras in Anglia prohibet 20. 1. Concilium Romæ celebrat 24. 1. ejus epiſt. ad Episc. Poloniæ 26. 3. & & ad Robertum Flandriæ Comitem 31. 8. Concilium Romæ habet 52. 1. ejus Epiſt. ad Anselmum. *ib.* Concilium Guaſtallæ 65. 10. ibidem Statuta 66. 12. de excommunicatis vitandis Papæ Sententia 67. 13. ejus geſta in Gallia 70. 17., & 77. 1. epiſt. ad Clerum, & populum Bambergen. 74. 22. auxilium petit adversus Henricum Imp. 77. 1. Concilium Trecis celebrat 78. 2. Romam redit 80. 4. ejus Epiſt. ad Arelaten. 83. 10. Campaniam tranſit, Benevento Concilium celebrat 86. 1. rebelles iterum comprimit 86. 2. Petrum Anagniæ Episc. SS. Catalogo adscribit 87. 3. Bernardi Antioch. poſtulationi satisfacit 87. 4. ejus epiſt. de nuptiis prohibitis inter Alphonsum, & Uracam 94. 1. pacta inter ipsum, & Henricum regem 105. 3. cui epiſt. scribit 108. 5. Captivus ab Henricianis detinetur 111. 5. Inveſtiturarum jus Henrico concedit 115. 13. eumque Imperatorem coronat 116. 14. in Urbem redit, cum plausu excipitur 116. 15. qua ratione Pontifex, & Henricus diſſiderent 117. 17. ejus geſta & concordia reprobantur 118. 19. Ad Episcopos, & Card. in Urbe congregatos scribit 119. 20. ejus disceptatio cum Brunone Abb. Signien. Episc. 119. 20., & 120. 21. de ipſius geſtis diversorum diversæ Sententiæ 121. 21. privilegium Henrico datum revocat 134. 1. fidei confeſſionem facit 135. 3. Pontificatui renunciare prohibetur 136. 4. geſta Viennen. Concilii confirmat 139. 6. Beneventum tranſit, Synodum celebrat 144. 1. huic Civitati consulit. *ib.* 2. ejus literæ ad Bernardum 144. 4. & ad Balduinum 145. 5. Ordini

dini Hieroſolym. dat diploma, ſive bullam 146. 6. Legatos Beneventum mittit 151. 2. Concilium Ceperani celebrat 152. 3. Henricum angliæ regem arguit 159. 13. epiſt. ab eo in angliam miſsæ 160. 14. Concilium Trojæ in Apulia celebrat 165. 1. alia ipſius geſta 166. 2, de Cauſa Hermanni ad Clerum Auguſt. ſcribit 174. 12. Concilium in Lateranis celebrat 176. 1. Cauſam geſtorum reddit 177. 2. excommunicationis Sententiam contra Henricum latam confirmat 178. 3. Urbe egreſſus in eam redit 183. 8. ejus epiſt. ad Raimundum Barcinon. 186. 15. & ad Aldegarium electum Barcinon. 187. 16. in campaniam tranſit, Synodum Benevento celebrat 192. 8. infirmus Urbem redit 192. 9. ejus obitus 199. 1. in Baſilica Lateranen. Canonicos Regulares collocavit 200. 2.

Philippi regis juramentum, & abſolutio 41. 5. ejus obitus, cui Ludovicus ſuccedit 88. 5.

S. Petri Anagniæ Epiſc. obitus 57. 8.

Petri Abaelardi geſta, & ſtudia 163. 19. ob ſtuprum fit eunuchus 164. 20.

Petri Aragoniæ regis obitus, cui ſuccedit Idelphonſus frater 51. 19.

Petri Eremitæ obitus 176. 14.

Petri Ceſaraug. Epiſc. epiſt. per totam Hiſpaniam 214. 24.

Petri de Bruis hæreſes 277. 14. & 279. 17.

Petrus venerabilis Abbas Cluniacen. eligitur 259. 7. diſciplinam inſtaurare ſatagit 260. 9. Cluniacenſium ſtatuta reformat 381. 11.

Petrus Leonis legatus in Angliam miſſus non admittitur 253. 11. Antipapa electus Anacletus dictus quis, & qualis fuerit 327.

Petrus Diaconus Caſſino eiicitur, ejus initia, & ſtudia 291.

Petri Card. Portuen. epiſt. ad Cardinales pro Antipapa Anacleto 348. 31.

Piſanorum, & Januenſium queſtio de Corſicæ Eccleſiis 264. 5.

Piſanorum expeditio, & victoriæ adverſus Seracenos 155. 8.

Pontius Abbas Cluniacen. monaſterium invadit, & diripit 283. 4. condemnatur 290. Sententiæ tenor 291.

Præmonſtratenſis ordinis origo, & Norberti initia 241. 8.

Ra-

ADPROBATIONES.

VOlumen XXIII. Historiæ Eccleſiaſticæ per annos digeſtæ, variiſque obſervationibus illuſtratæ a V. Cl. Gaſpare Saccarello Congregationis Oratorii Romæ Præsbytero, nihil, quantum equidem adſequi legendo potui, quod Catholicæ fidei, boniſque moribus adverſetur inveni; quare typis editum vulgari poterit.

Romæ Prima Auguſti 1793.

Joſeph Canonicus Reggi
Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus.

JUbente Reverendiſſimo Patre Vincentio Pane Sac. Palatii Apoſtolici Magiſtro legi, & Vigeſimum Tertium Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ volumen a Cl. P. Saccarello Congregationis Oratorii Presbytero conſcriptum, idemque de eo, ac de præcedentibus judicium fero.

Joseph Theoli S. Theologiæ Doctor.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Rmo Patr. Sac. Palat. Apost. Magiſtro.

F. Xav. Paſſeri Arch. Lariſſ. Viceſg.

IMPRIMATUR.

Fr. Vincentius Pane Ordin. Prædic. Sacr. Palat. Apoſt. Magiſter.

HISTORIA ECCLESIASTICA

SECULI DUODECIMI PROSPECTUS.

Jesu Chr. An. 1100.

IN ipſo Seculi duodecimi limine liceat nobis tamquam longo itinere , vel navigatione moleſta , periculiſque plena fatigatis parumper , ac veluti in ſtatione , vel ſaltem in littore , quieſcere , tum ut debitas Deo , pro datis ad excurrendam hactenus per undecim ſecula hiſtoriam viribus, gratias reddamus , cum ut ad opus proſequendum divinam imploremus opem , quam precibus , & interceſſione Beatæ Mariæ ſemper Virginis , quæ nobis hactenus favit , feliciterque incœpta promovit , adfuturam ſperamus . Seculi autem proſpectum daturi, adnotare juvabit, hoc eodem duodecimo Eccleſiæ ſeculo , eadem fata Eccleſiæ contigiſſe , eaſdemque vices ipſam ſuſtinuiſſe, fauſtas ſcilicet , & infeſtas . Ineunte quippe ſeculi initio de inveſtituris quæſtio

Jesu Chr. an. 1100.

Res in Eccleſia adverſæ Sec. 12.

pene ſopita recruduit, ac diffidia inter Sacerdotium, & Imperium ſunt renovata, ſchiſmata in Eccleſia Romana excitata, quæ vix ineunte, vel deſinente ſeculo extincta ſunt; Chriſtianorum quoque res, in Paleſtina, & Oriente, quæ deſinente ſeculo undecimo vel duodecimi initio proſperæ adhuc videbantur, eodem labente, tum ob Chriſtianorum Principum diſſenſiones, cum ob Alexii Imp., ſucceſſorumque ejus fraudes, & perfidiam decreſcere adeo cœperunt, ut ſeculo deſinente, etſi non ſemel, Occidentis Principes novos crucesignatorum exercitus in Orientem duxerint, Saladini cladibus tamen affecti, ac Hieroſolyma ejecti, ſubſiſtere ibidem, reliquiaſque Orientalium poſſeſſionum retinere vix potuerint. Occidentalem vero Eccleſiam frequentes, iteratæque inter clerum, & populum, ſeu inter Epiſcopos, & Principes quæſtiones agitatæ Angliam, Germaniam Gallias pene totas turbarunt, graviora adhuc, & luctuoſiora ab hæreticis eodem ineunte ſeculo diſſidia ſuſtinuit Eccleſia, qui etſi vario nomine appellati fuerint, Valdenſes ſcilicet, Albigenſes, Patarini, vel pauperes de Lugduno, eodem tamen erroris ſpiritu agitati, maximas in Eccleſia turbas, diſſenſioneſque excitarunt, dum pietatis larvam præferentes, & veritatem abnegantes, hinc inde hæreſis, ſchiſmatiſque ſemina, zizaniamque in dominico agro diſſeminarunt, quæ vix, ac ne vix quidem extirpari penitus potuere. His tamen, aliiſque adverſis turbata Eccleſia, & navicula Petri fluctibus agitata, ſalva nihilominus inter procellas, ſcopuloſque in ſua ſtatione ſtetit, utpote quæ promiſſis Chriſti innixa, *Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſumationem ſeculi*, etſi naviculam concuti, fluctibuſque quodammodo obrui aliquando, velut in ea Chriſtus dormiens permiſerit, e ſomno, periclitantibus diſcipulis, ſurgens, *ventis, & mari* imperans, facta eſt tranquillitas magna; Nec ſolum salva ſubſtitit, ſed etiam, jubente Domino, jactis ex navicula Petri retibus, magnam capturam fecit, cum reliquas fere Septentrionales nationes, ex Idolorum cultu, ad Chriſti ovile revocatæ ſunt; Pomerani ſcilicet, Slavi, Venedi, Vandali, Rugi, Livoni, Filandi, ceterique uſque ad glaciales Baltici Oceani oras, quos hoc eodem labente ſeculo, alii ſponte, alii armis attriti, vel perterriti, Chriſti fidem, Apoſtolicorum præcipue virorum induſtria, & laboribus ſuſceperunt. Novæ quoque religioſorum virorum, ac mulierum familiæ,

Res in Eccleſia proſperæ.

Matt. 28.

noviqne monaſticæ vitæ, vel canonicæ ordines hoc eodem ſeculo exorti ſunt, & ut Ciſtercienſis incrementa prætereamus, S. Norberto auctore, Præmonſtratenſis Ordo in Diœceſi Laudunenſi ſub ſeculi hujus initio, ortum habuit; Grademontenſem eodem fere tempore Stephanus Arverniæ incola fundavit; Præ cæteris vero nobiliores, totoque orbe clariores fuere Hieroſolymitani milites ſub protectione Sancti Joannis Baptiſtæ militantes, Hoſpitalarii etiam dicti, eo quod ſublevandis infirmis, & peregrinis, qui ad loca ſancta pergebant, operam ſuam locabant, eodemque tempore intenti militaribus expeditionibus Equites Hieroſolymitani appellati ſunt, nunc vero Melitenſes, de quorum origine, & progreſsu ſeculi hujus initio ſermo occurret. Is ſimiles fuere Templarii, qui ex Hoſpitalariis equitibus exorti, ex domo prope Templum extructa, Templarii nuncupati ſunt, quorum officium erat, peregrinos in Paleſtina degentes, vel ibidem peregrinantes in itinere ab Turcarum irruptionibus, rapinis, cœdibuſque tueri, Theutonicorum deinde quoq: ordo ſeculo deſinente in Paleſtina initium habuit, quorum officium idem ac Hieroſolyminator. erat, militibus ſcilicet, ibidem infirmis, aut vulneratis inſervire, omnique pietatis officio proſequi, qui poſtea ex Paleſtina ejecti, in Pruſſia, Livonia, & Curlandia, finitimiſque regionibus ſedes fixerunt, ibique militaribus expeditionibus celebres facti, prædicatione, & armis Chriſtianam fidem propagarunt, uti infra, prout ſe occaſio obtulerit, dicturi ſumus.

JESU CHRISTI AN. 1100. PASCHALIS 2. PAPÆ AN. 2. HENRICI IMP. AN. 17. ALEXII COMNENI IMP. 20.

1. PASCHALIS interea ſecundus, anno proximo ſolemni ritu, ut ibidem diximus, Romanus Pontifex electus, & ordinatus, ut labentem Guiberti factionem penitus extingueret, Pontificatus ſui initio, totis adniſus eſt viribus, cui Senatus, populuſque Romanus ſtimulum addiderunt, qui, ut in ejus vita narrat Pandulphus, Pontifici ſuggeſſerunt, *Guibertum hæreſiarcham ab Eccleſia toties damnatum ab Gregorio ſeptimo, Victore, & Urbano pati eum ſe non poſſe: ſi pecuniæ, deſunt, auro argentoque ſubveniemus*, addiderunt; eodemque tempore cum in urbem legati Rogerii Comitis, officioſiſſime Pontificem ſalutaturi adveniſſent; *his auxiliis* ſubdit auctor, *ad expugnandum*

Paschalis Papa Guibertum, & ſchiſmaticos comprimit.

Murat. to. 3. rer. Ital. p. 355.

JESU CHR. AN. 1100.

dum prædictum hæreſiarcham de ſuperioribus collatis audaciam adeptus Domnus Pontifex operari inquit, jam, Deo gratias magis, quam conſiliari poſſumus. Albæ erat Guibertus, dedit operam, expulit eum ab Alba, defectio Albæ exterruit eum ab Urbe, ſuoſque; Obſtitit homo dum potuit, prævaluit Deus cum voluit. Miſer Guibertus jam non Papa, qui nunquam Papa, dimiſſa Urbe, nec adhuc ſecurus in Caſtellum ſe proripuit, & hic finis, & merito, nam dum ſuperbe agendo, Deum, quem in ſervis ſuis impie offenderat, fugere nititur, infelix ſubita morte præventus, diabolum cui contumaciter ſervivit, invenit. Tranſitus, immo mortis ejus diem ſcire æſtimo indignum mortalibus fore, ac ejus memoriam in terris ſcribere, cujus nomen Deus in Cœlis de libro vitæ delevit, hæreſiarcha fuit, hic ſibi ſit titulus; Hactenus de infauſto Guiberti exitu.

Tres Papæ ſchiſmatici electi cito evaneſcunt

2. Guiberti tamen interitu, ſchiſma penitus extinctum non fuit; nam ut ſubdit citatus Pandulphus, inſtigante diabolo, *Alter poſt alterum duo ſtatim eliguntur Antipapæ, & unus quidem eodem, alter poſt centeſimum quintum electionis ſuæ diem a fidelibus captus; qui Albertus vocabatur, apud Sanctum Laurentium Averſæ retrudi, & qui Theodericus. apud Sanctam Trinitatem in Cava heremiticam vitam addiſcere, Patrum judicio adjudicati ſunt, ſicque dejecit eos Dominus dum allevarentur. Eligitur, & tertius Maginulfus nomine, hic quia nigromantiæ fabulis ſimplicem populum, illos maxime, qui coſcientia ſcelerum, vel habitus ſpe futuri ſucceſſus ad eum refugium fecerant, allicuerat, gravem in Eccleſia calcem impreſſit. Sed dum auguriis fiſus, Pontificium adipiſci nititur, quod ex Diabolo dari non potuit, divinis deſtitutus auxiliis merito amiſit, & Sacerdotium, quod ſine Deo arripuit, tenere non licuit; miſer amiſit, & Urbem, & exul gravi inopia, miſeriiſque afflictus, corroſa ut ajunt lingua vitam cum carne finiret: Sic uno, altero, & tertio impie ſuccedentibus, deficientibuſque confeſſis hæreſim ſuam, qui pie praerat Paſchalis Domnus Papa, nimio* (fortaſſe dolore, quo affligtabatur) *convaluit, quievitque, & civitatem Caſtellanam, ab ſchiſmaticis hactenus retentam, per ſuos aggreſſus, locum natura ſatis munitum, miro Dei auxilio, virtuteque obtinuit*, ſubdit deinde, & Benedictum, ſeu potius Beneventum tranſit, vel ad Bene-

Benedictum in monte Caſſino, nam in Apulia hoc anno Paſchalem Papam fuiſſe ſcimus. Urbe itaque egreſſus Pontifex cum copiis ſuis Cavam, quam Petrus de Columna invaſerat, recepit, & Columnam, & Gazzarolum, ſeu Zagarola Columnienſium oppida expugnavit, ſicque dum Petrus Columna *aliena retinere nititur, turpiter, amiſit & propria*, ait auctor, atque tunc primum nobiliſſimæ Columnenſium familiæ, inter Romanos facile principis, urbiſque decus, & ornamentum, mentio occurrit, quæ jam hujuſce ſeculi initio, nobilitate, & divitiis fulgebat, cum inſignia prope urbem oppida ſuo jure poſſideret.

Paschalis Papa tranquillitatem urbi reſtituit.

3. Eodemque tempore, ut in urbe tranquillitatem reſtitueret, Stephanum e Corſorum domo, qui Baſilicam Sancti Pauli occupaverat, caſtrorumque more munitam tenebat, quique ſceleſtis ſibi conſociatis, *Civitatem confundebat, nihil in urbe tutum, nihil extra ſecurum*; hunc quoque armata manu aggreſſum inde ejecit; *quem quia monachus videbatur, illæſum abire permiſit. Et urbe jam ſedata ex parte*, ſequitur auctor, *eo anno Domnus Papa in Thuſciam apud Florentiam concilium celebravit*; Synodo cauſam dedit, ut Sabellius eneade 9. lib.3., & S. Antoninus titulo 16. cap.11. narrant, Fluentius Florentinus Epiſcopus, qui levitate quadam motus, & ex extraordinariis quibuſdam prodigiis in Cælo viſis, ex Cometæ ſcilicet apparitione, ex Æthnæ montis fremitu, & combuſtione, mariſque violenta agitatione, quorum in vita Paſcalis Papæ meminit Pandulphus, & Sigebertus in chronico, Antichriſtum jam natum fuiſſe ajebat, quod cum turbationes excitaſſet, concilium ibidem Paſchalis celebravit. *In quo cum Epiſcopo loci, de Antichriſto ſatis diſputatum eſt*, ait Pandulphus, ſed ob plebis frequentiam, quæ ibidem aderat, & tumultum ea de cauſa excitatum, *nec concilium finem, nec diſputatio deliberationem ſuſcepit*, ac tamquam arrogans, novitatiſque ſtudioſus Florentiæ Epiſcopus dimiſſus eſt: hoc concilium, quod initio Pontificatus Paſchalis Papæ celebratum fuit, teſte Pandulpho in ejus vita; ad annum 1105., veteres, recentioreſque conciliorum editores, ſine cauſa alligarunt.

Paschalis Papa Florentiam tranſit, concilium celebrat.

4. Antequam Florentiam pergeret Paſchalis Papa, aut inde reverſus, in Apuliam octobri ineunte tranſiit, ac Melphiæ ſynodum celebravit, qua Beneventanos, utpote Romanæ

Paschalis Papa Beneventanos excommunicat in Synodo Melphitana.

Jesu Chr. An. 1100. manæ ſedi rebelles excommunicavit, ut his verbis auctor chronici Beneventani narrat. *Paſchalis Papa deſcendit in Apuliam, & fecit ſynodum in Melphia in menſe octobri, & excommunicavit Beneventanam civitatem, & permanſit ita excommunicata menſes undecim, dies 21.* In Synodi Melphitanæ confirmationem duas Paſchalis Papæ bullas referunt noviſſimi conciliorum editores, quarum prima de reſtitutione Mazarenſis in Sicilia Eccleſiæ Pontifex agit, eaque Melphiæ data dicitur, idibus Octobris anni 1100. Pontificatus ſui anno ſecundo, cui non ſolum Pontifex ſubſcriptus legitur, ſed etiam Albertus Presbyter Card. S. Petri ad Vincula, Oddo Oſtienſis Epiſcopus, Milo Præneſtinus, Joannes Tuſculanus, aliique; de eademque Amalphitana Synodo mentionem habet Paschalis Papa in bulla altera apud Gattulam, Oderico Caſſinenſi Abbati inſcripta, qua Cinglenſis cellæ cauſam agit, de qua Caſſinenſes cum Abbatiſſa ejuſdem loci contendebant, ibique inter cetera hæc leguntur. *In Melphitana ſiquidem ſynodo, quam largiente Domino noſtræ ordinationis anno ſecundo ſolemniter celebravimus, Abbatiſſa, quæ Cinglenſem Cellam ante tenuerat, fortiter reclamavit, &c.*, ac Lateranis hæc data dicitur anno milleſimo centeſimo ſecundo.

Murat. antiq. Ital. to. 1.

to. 20. pag. 1131. ſeqq.

Gatul. hiſt. monaſt. Caſſin. to. 1.

5. Cum in Galiis vulgatum eſt, Paſchalem Urbano Papæ ſucceſſiſſe, gratulatorias hoc, vel elapſo anno ad eum litteras Ivo Carnotenſis dedit, quarum initium eſt: *Paternitatem veſtram Apoſtolici culminis gradum aſcendiſſe, & in locum beatæ memoriæ Papæ Urbani ſucceſſiſſe, noſtra parvitas gratulatur, & ſummæ providentiæ gratias inde referens, ut de bonis principiis meliores exitus proveniant, pro modulo ſuo Dominum quotidianis orationibus deprecatur. Credimus enim religionem veſtram zelum Dei hactenus habuiſſe, & decorem domus Dei non ficte dilexiſſe. Unde poſtquam paternitatem veſtram vicem Apoſtolici gradus accepiſſe cognovimus, ſummum deſiderium noſtrum fuit, ut per propriam perſonam adiremus præſentiam veſtram, ni nos retinuiſſet periculum moleſtiæ corporalis, quod in eundo facile incurreremus*, ab iis, qui Henrico faventes, ſchiſmaticorum partem ſequebantur; nam ut Domnizo in vita Mathildis adnotat. *Atque viam Domini Petri faciebat hic hoſtis*, ideſt Henricus Imperator *cuſtodire*, *viros ſpoliare jubens peregrinos*. His alias plurimas ad eumdem Paſchalem litteras Ivo addidit, quarum altera poſt gratulatorias, ſe ad ulterinum Ro-

Ivonis epiſtolæ ad Paſchalem Papam. Ep. 81. & 89. 90. 94. 95. 193. 4. 5. 108. 9.

Romanæ Eccleſiæ filium eſſe præ humilitate dicit, ſollicitum tamen pro ea couſque eſſe, ut cum eadem *ſcandalizatur*, inquit, non poſſum non uri, *cum tribulatur, tribulor, cum detractatorum livido dente laceratur, diſrumpor*, ac Paſchalem admonet, ne facile accuſatoribus ex Gallia ad Romanam Sedem concurrentibus, vel ad excuſandos Epiſcopos, vel Clericos advenientibus, aures præbeat, ſed maturo judicio ſe gerat, ne decipiatur; Inter cetera *Notum facio*, ait, *excellentiæ veſtræ Belluacenſes clericos contra interdictum veſtrum, & Legatorum veſtrorum quemdam Clericum nomine Stephanum in Epiſcopum aſſumpſiſſe procul a ſacris ordinibus inventum, utpote nondum ſubdiaconum, hominem illiteratum, aleatorem, mulierum ſectatorem, publice olim de adulterio publico infamatum, & ob hoc a Domno Lugdunenſi Archiepiſcopo tunc temporis Sedis Apoſtolicæ Legato, Eccleſiæ communione privatum, de quo poſſem dici multa alia inboneſta, ſed hæc quæ vera & manifeſta ſunt ad repulſionem ejus ſufficiunt, ſi Apoſtolica & canonica inſtituta vigorem ſuum non amittant &c.*, hæc, & alia in eamdem cauſam narrat; epiſtola altera Belluacenſem Eccleſiam, in qua ipſe nutritus, & educatus fuerat, Pontifici commendat, & ut electum ad eam Sedem, cui hoc unum obſtabat, quod in ſacris adhuc ordinibus conſtitutus non eſſet, confirmare dignaretur, rogat; has tamen litteras, importunitate ſua Stephanum extorſiſſe magis, quam promeruiſſe epiſtola altera paulo poſt ſcripta narrat, ac quod ejuſdem electionem, in Sedem Belluacenſem, confirmare renuerit, gratias agit, zelum Paſchalis Papæ in eccleſiaſtica diſciplina tuenda commendans.

JESU CHR. AN. 1100.

Epiſt. 89.

Epiſt. 92.

Ivo Carnotenſis Eccleſiæ jura confirmari poſtulat.

6. Epiſtola altera narrat, ſe ab Comite Carnotenſi obtinuiſſe, ut impoſterum dum ſedes vacaret, ab Eccleſiæ direptione ſe abſtineret, ac ut idem diplomate ſuo ad Clerum dato confirmaret, poſtulat. *Peto*, ait, *ab Excellentia veſtra mitti litteras Clero Carnotenſi continentes hanc ſententiam, ut ſi forte aliqui Carnotenſium Comitum, vel miniſtrorum eorumdem aliquando cupida temeritate, & temeraria cupiditate libertatem a Comite conceſſam infregerint, tanquam eccleſiaſtici juris ſacrilegii pervaſores ab ipſo clero Apoſtolica auctoritate excommunicentur, & Eccleſiæ tam civiles, quam ſuburbanæ uſque ad ſatiſfactionem claudantur. Non enim poteſt populus rapinis aſſuetus aliter a ſua malitia coerceri, niſi ſummo rigore juſtitiæ refrenetur, & ter-*

Epiſt. 94.

JESU CHR. AN. 1100. *& terribili excommunicatione pleƈlatur. Addatur etiam, ut ſi ſuccedens Epiſcopus illius ſacrilegii patratores abſque ſatisfaƈlione abſolverit, vel ambitione adquirendi Epiſcopatus vel timore amittendi ſupportaverit, tanquam ſacrilegii particeps, & Epiſcopatus exutus adjudicetur &c.*

Aliæ Ivonis Carnot. Epiſcop. causæ ad Paschalem delatæ.

7. Epiſtola centeſima tertia narrat Silvanectenſem Epiſcopum ſua ſede injuria dejectum, præbendaque Pariſienſi ſpoliatum fuiſſe, etſi ab urbe reverſus commendatitias Paſchalis Papæ litteras detuliſſet, quibus juſſerat Pontifex, ut ejuſdem cauſa legitima in Synodo retractaretur, & interea ad vitæ ſuſtentationem Præbendam retineret; nihil tamen obtinuiſſe addit, quem ideo *condolens*, ait, *non tantum ejus miſeriæ, quantum ingemiſcens Apoſtolicæ ſedis injuriæ, hac æſtate eum apud me retinui, & pro modulo meo ſtipendia miniſtravi*. Quare ut tantam injuriam Apoſtolicæ Sedi illatam ulciſceretur, & ut oppreſſo ſuccurreret, enixe rogat: ſequenti epiſtola, Gelonem quemdam in locum Stephani, cujus ſupra mentio facta eſt, in Epiſcopum Belluacenſem electum fuiſſe narrat, cui cum nonnulli ex Clericis Stephani fautoribus adverſarentur, ab Philippo Francorum Rege malis artibus obtinuerant, ut conſenſum ſuum electioni Gelonis negaret; *Supereſt ergo*, addit, *dilectiſſime Pater, ut pro poteſtate, & auctoritate veſtra, ſicut cœpiſtis, Eccleſiæ, prout clerici rationabiliter poſtulaverint, ſuccurratis &c.* idemque argumentum epiſtola ſequenti proſequitur. Epiſtola ad Abbatem monaſterii Turonenſis, ab Turonenſi Archiepiſcopo, variis multiſque modis vexatum, ita ut Diœceſanos ſuos monachos ibidem fieri prohibuerit, commendat, ut ibidem videre eſt.

Epiſt. 103. *Epiſt.* 104. *Epiſt.* 108.

Ivo Carnot. Epiſc. ut legatos in Galliam mittat, poſtulat.

8. Cum vero tot undique malis, corrupteliſque Gallicana Eccleſia obrueretur, Paſchalem rogavit Ivo, ut legatos ſuos ibidem mittere dignaretur, Pontificem tamen admonet, ut ex Subalpinis potius Epiſcopis, ſeu Gallicanæ Eccleſiæ aliquem ad id opus eligeret. *Qui & vicinius ſubrepentia mala cognoſcat, & ea vel per ſe, vel per relationem ad ſedem Apoſtolicam maturius curare prævaleat*, in eamque rem Hugonem Lugdunenſem Archiepiſcopum, eadem pro Romana Eccleſia legatione alias perfunctum ceteris aptiorem eſſe adnotat; Epiſtola 110. cum Paſchale Pontifice conqueritur, eo quod cum ingruentibus Eccleſiæ ſuæ malis mederi ſatageret, *in ſtercoribus ſuis conputreſcere cupientes, litteras a ſede Apoſtolica,*

Epiſt. 109. 110. & 117.

lica, neſcio quibus ſubreptionibus impetratas nobis deferunt, ad palliandam malitiam ſuam, vel defendendam inobedientiam &c. Unde cum infructuoſe laboraret, de Epiſcopatu dimittendo ſæpe cogitaſſe, & iter ad Apoſtolicam Sedem ſuſcepiſſe, ac uſque ad Alpes perveniſſe addit, *In quarum anguſtiis, quia inſidias nobis paratas audieramus, uſi magnorum virorum conſilio, inito itinere ſuperſedimus. Itaque Gualonem confratrem, & Coepiſcopum noſtrum, qui in ſuſpectis locis ad occultandum aptior eſt, tranſmiſimus in cujus ore verba noſtra poſuimus, quatenus eum tam pro ſua, quam pro noſtra neceſſitate paterne audiatis, & quæ corrigenda ſunt corrigatis, & quæ utiliter ſtatuenda firmiter ſtatuatis &c.*, eademque fere continet brevior altera epiſtola num.117.

Paſchalis Papa legatos in Galliam mittit.

9. Litteris Ivonis excitatus Paſchalis Papa ſecundus, ut corruptelis ibidem undique ingruentibus remedium ferret, & ut Philippum Regem, qui ob derelictam uxorem legitimam, & pellicem thoro ſuo ſociatam, jam alias ab Urbano ſecundo excommunicatus, & ob ſpem emendationis datam, abſolutus fuerat, poſt Urbani autem obitum eamdem revocaverat, ut non ſemel in litteris ſuis Ivo Carnotenſis Paſchalem admonuerat, ut inquam has, aliaſque ſordes, quæ Gallicanam Eccleſiam infecerant, abſtergeret, legatos ſuos in Galliam miſit Joannem Presbyterum Cardinalem, & Benedictum, de quorum legatione, & geſtis, hæc ad hunc annum narrat Hugo Flavianicenſis in chronico Virdunenſi. *Anno Incarnat. Dominicæ &c. advenerunt miſſi ad Gallias legati S. Romanæ Eccleſiæ Joannes, & Benedictus a quibus Concilium primo apud Eduam deſignatum, apud urbem Valentinam inſtitutum eſt II. Kal. Octobris, ad quod convenerunt Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates numero xxiv. occurrentibus Legatis Domni Lugdunenſis Archiepiſcopi* (ſcilicet Hugonis, ex Dienſi Antiſtite creati Lugdunenſis), *quia ipſe infirmabatur, quamquam Epiſcopi Diœceſeos ejus, Lingonenſis) & Cabilonenſis (Matiſconenſis enim in redeundo a Roma captus a Viberto in cuſtodia detinebatur) non interfuerint, probibiti, ut dicebatur, ab eodem Lugdunenſi. Eduenſis autem interfuit, quia accuſabatur a Canonicis ſuis de ſimonia, & aliis quibuſdam, pro cujus defenſione maxime illo convenerant Lugdunenſis. Ibi ego in primo aditu Concilii, purgationem illatorum offerens, accuſatoribus tacentibus, & deficientibus, judicio Concilii ad primum Abbatis Divio-*

apud Labb. biblioth. mſs. to. 1. p. 254.

Legati Paſchalis Papæ Valentiæ ſynodum celebrant.

Jesu Chr. an. 1100.

nenſis vocem de Abbatia inveſtitus, aſtantibus Canonicis Eduenſibus & laudantibus, cappa, & baculo donatus in circo reſidere juſſus, poſt ſoluto Concilio ad propria ſum remiſſus litteris Apoſtolicis munitus, quas ibidem auctor recitat; paulopoſt, ſubdit. *Obiit Vibertus vigeſimo anno ex quo ſedem invaſit Apoſtolicam, cum haberet in captione Matiſconenſem Epiſcopum, & alios quamplures clericalis ordinis, quos omnes pro abſolutione ſua in egreſſu ſuo per ſe abſolvit*, ac liberos dimiſit. hoc anno, quo Vibertus Antipapa obiit, vel ſequenti, ut aliis placet.

De concilio Pictavis celebran. Ivonis epiſt. ad Joannem.

10. Ante Valentinam Synodum alteram Epiſcoporum frequentia celebriorem, Apoſtolicæ Sedis legati Pictavis celebrandam indixerunt, ad quam Ivo Carnotenſis ab Joanne invitatus, geſta ejus, & conſilia laudavit; de ſynodo vero Pictavis indicta hæc addit. *Quod autem Pictavis, aut intra provinciam Aquitanicam concilium celebrare diſponit omnino laudo &c.... de termino vero habendi concilii quarto Kal. Auguſti*, vix tempus aptum ſibi videri addit, ſuggeritque legato, ut autumni initium differret; *Quoniam & annus erit ad fertilior, & unuſquiſque invitatus, indulto ſibi congruo ſpatio ad eumdum paratior erit*, ſe tamen adfuturum promittit, de pluribus, gravibuſque negotiis tractaturum cum eo, *quæ non ſine ratione interim chartæ commendare diſſimulo &c.*

Epiſt.84.

Pictavienſem Synodum Villelmus Dux Aquitaniæ vi facta diſpergere conatur

11. Cum in Pictavienſi Synodo cauſa Philippi Regis Francorum præcipue tractanda eſſet, prudenti ſane conſilio, extra ejuſdem Regni limites, eamdem Pictavis in Aquitania indixerant, at ibi etiam Gulielmi Aquitaniæ Ducis opera, eadem Synodus vexata fuit; Philippus quippe Rex, ut eam ibidem indictam fuiſſe cognovit, Gulielmo cognato ſuo Pictavis agente ſcripſit, ne talem ſibi injuriam fieri permitteret. Quare cum ibidem una cum Joanne, & Benedicto Cardinalibus. & Romanæ Eccleſiæ legatis, centum quadraginta Patres adeſſent, ac Epiſcopi, & Abbates, Philippum Francorum Regem propter Fulconis Comitis Andegavenſium uxorem, quam in adulterio tenebat, excommunicaſſent *Villelmus Aquitanoum Dux*, ut narrat Gothofredus monachus in vita Bernardi Tironenſis coevus auctor, *totius pudicitiæ, ac ſanctitatis inimicus, timens ne ſimilem vindictam pro conſimilibus actis pateretur, nimio furore ſuccenſus, juſſit omnes illos deprædari, flagellari, occidi. Quod miniſtris ſuis facere incipientibus, Pontifices*,

tifices, & Abbates omnes huc illucque diffugiunt, & ut temporalem vitam retinerent, tuta latibula quærere contendunt. Bernardus vero atque Robertus Abreſſellenſis, qui Concilio intererant, fortiſſimi juſtitiæ propugnatores aliis turpiter diffugientibus, immobiles, conſtanteſque perſliterunt, ut nec ab incæpto excommunicationis deſiſterent: ſed pro Chriſto mortem, vel contumeliam pati glorioſiſſimum ducerent. Mitius tamen ibidem rem geſtam fuiſſe narrat Hugo Flavianicenſis in chronico pag.260., ac diem qua convenerunt, indicat, nempe in octava S. Martini, ac octoginta tantum adfuiſſe Epiſcopos, & Abbates adnotat, cum tamen aliæ ibidem cauſæ agitatæ ſint, hinc alii plurimi accuſatores, vel defenſores Epiſcoporum adfuerunt, ut centumquinquaginta adfuiſſe ſcribere auctor vitæ Bernardi Tironenſis potuerit, & ſane Dragonis cauſam de præbenda quadam cum Catalaunenſi Epiſcopo ibidem agitatam fuiſſe narrat Ivo in epiſtola ad Paſchalem Papam, & epiſtola altera ad Joannem Aurelianenſem Epiſcopum, ſe de Baſilica quadam ſibi abrepta, in Pictavienſi ſynodo causam egiſſe addit. Tandem canones decem, & ſeptem editi ibidem, vulgatique ſunt, quibus omnis ſimoniæ labes, & ſpecies prohibentur; Clericorum, ac Monachorum diſciplina inſtauratur, ut ibidem videre eſt, quos vero canones Baronius recitat, ad aliud Pictavienſe concilium ſub Gregorio ſeptimo celebratum, pertinere, conſtat, ac adnotat Pagius hoc anno nota 8.

Jesu Chr. an. 1100.

Epiſt. 95. & 100.

Labb. to. 10. pag 725.

12. Valentinæ, & Pictavienſi Synodis Anſanam addit Hugo Flavianicenſis, in qua de expeditione in Aſiam excitanda, & ſollicitanda actum eſt, *Anno ab Incarnatione Domini apud Anſam convenerunt Archiepiſcopi Lugdunenſis, Cantuarienſis, Turonenſis, Bituricenſis, & Epiſcopi numero octavo &c. & pace ſtatuta de via Hieroſolymitana loquuti ſunt, eos qui voverant, & voti exequutores non fuerant a communione ſegregantes quouſque votum complerent*; ac Lugdunenſis Epiſcopus jubente Paſchali Papa Romanæ Eccleſiæ legatus in Aſiam delegatus eſt, ut idem auctor narrat.

De aliis conciliis in Gallia celebratis *Lab. biblioth. to. 1. p. 254. Concil. t. 10. p. 726.*

13. Hoc etiam tempore, & anno, vel ſequenti Manaſſes Remorum Archiepiſcopus cum ſuis ſuffraganeis concilium celebravit, ait Manſius, cujus mentio fit in epiſtola Clericorum Belluenſium ad Lambertum Attrebatenſem, qua eum rogant, ut electum a ſe Stephanum Pariſienſem Archidiaconum quo poterat apud Paſchalem Papam gratia commendaret, ut

Sveſsionenſe concilium ab Manaſſe Remenſi Epiſc. celebratur.

Jesu Chr. an. 1100.

eam Sedem reciperet, qua de cauſa a Sveſſionenſi Synodo, & ab Manaſſe Remenſe Archiepiſcopo litteras ad Pontificem directas, ſe obtinuiſſe addunt; Cum tamen in electione Epiſcopi diſcordes fuiſſent, dum alii Galonem elegiſſent, hinc pro Stephano, qui eidem favebant, ſolliciti quam maxime fuerant, de quibus nonnulla ex Ivonis epiſtolis adnotata ſunt, concilii hujus mentio in noviſſima tantum conciliorum editione occurrit, ibique ex Petro Demarcha alterius concilii in Villa Bertrandi in territorio Petralatenſi mentio fit, ad quod Bernardus Gerundenſis, & Berengarius Rarcinonenſis, & Petrus Carcaſſonæ ad dedicationem Eccleſiæ cum Abbatibus, & fideli populo convenerant in honorem B. Mariæ ſemper Virginis, eique Radulphus, & Roſo Romanæ Sedis legati adfuefuerunt, & ante Epiſcopos ſubſcripſerunt, ut ibidem videre eſt.

Labb. to.20. p.1126.

pag.1127.

Robertus de Arbriſcellis fundator Ordinis Fontebraldenſis. *Mabill. Annal.an.1100. lib. 69. cap. 138. Pagi not.27. an. 1100.*

14. Inter Abbates Pictavienſis Synodi cujus ſupra mentio facta eſt, Robertus de Arbriſcellis adfuit, qui auctor ordinis Fontisbraudenſis fuit, de quo ad hunc annum, quo ordinis initia alligantur, hæc narrat auctor chronici Malleacenſis; *Hoc anno Robertus Magiſter* (de Abriſcellis) *cœpit dignoſci apud nos*, in Pictonibus ſcilicet, *& incœpit locum fontis Evardi, ædificare, & fratres, & monachos adjuvare in pluribus locis, qui ſub diſciplina ſua religioſe viuunt*. Is quippe cum in Clero prolapſam diſciplinam inſtaurare cœpiſſet, Rotenſem Abbatiam pro canonicis regularibus primum ædificavit; At cum ex ejuſdem prædicatione quamplurimi utriuſque ſexus converterentur, ac ſeculo relicto, ad monaſticam vitam tranſirent, ejuſdemque diſciplinæ ſeſe ſubiicerent, multa pro utroque ſexu monaſteria ædificavit; Quorum primum fuit monaſterium Fontis Ebraldi dictum, unde eadem Congregatio nomen habuit. Duplex autem monaſterium, illic extruxit, unum virorum; alterum mulierum, tantuſque confluentium ad Robertum numerus virorum, ac mulierum fuit, ut ad duo Baldrico teſte, triaque millia, ejus diſciplinæ ſe ſe ſubmitterent.

An viri Abbatiſſæ ſubjecti eſſent, & quomodo.

15. Qui de ejuſdem ordinis ſcripſere recentiores auctores, illum ita a Roberto inſtitutum fuiſſe dixerunt, ut viros Abbatiſſa, ſeque ipſum ſubjecerit, ait Mabillonius loco ſupracitato, quod ſane non tam facile credendum eſſe adnotat; Nam apud veteres auctores, ſubdit, unum invenio Petrum Abelardum,

dum, qui id afferat, improbetque, ad Robertum vero quod attinet, tantum abeſt, ut Abbatiſſæ ſubjiceretur, ut contra, tam mulieres, quam viri, eum *Prælatum, & Magiſtrum* dicerent. Nam *neque Dominus, neque Abbas vocitari volebat*, ait Balderius; atque in ea congregatione id tantum factitatum fuiſſe adnotat Mabillonius, quod apud Benedictinos familiare erat, ubi alicubi duplicia monaſteria erant, virorum, & mulierum; at in utroque Abbas viris, Abbatiſſa mulieribus præerat; alicubi tamen unum ſanctimonialium monaſterium erat, cui Abbatiſſa præerat; paucos ad ſacra peragenda neceſſarios ſine Abbate monachos habens, in vicinis tamen ſeparatiſque ab fœminis, domibus habitantes, atque in his locis, ubi juſta congregatio non erat, nec Abbas, monachi ad Abbatiſſæ, vel ſanctimonialium nutu admittebantur, eiſque, quibus miniſtrabant, aliquali modo ſubjiciebantur, ut Mabillonius refert, exempliſque confirmat. Nihilominus Abbatiſſis aliquando monachos ſubditos fuiſſe, negari non poteſt; atque adhuc in Belgio, alibique fortaſſe hujuſce diſciplinæ veſtigia ſuperſunt. Vix tamen hæc cum Eccleſiaſtica diſciplina conciliari poſſunt, nam ſpiritualia officia, benedictiones ſcilicet, beneficiorum inſtitutiones, aliaque his ſimilia fœmineo ſexui vix, ac ne vix quidem conveniunt, Carolus Magnus in capitulari anni 789. articulo 76. Epiſcopis, & Abbatibus inſcripto hæc fieri probibuit *Auditum eſt aliquas Abbatiſſas contra morem ſanctæ Dei Eccleſiæ, benedictiones cum manus impoſitione, & ſignaculo ſanctæ Crucis ſuper copita virorum dare, nec non & velare virgines cum benedictione Sacerdotali, quod omnino a vobis ſanctiſſimi Patres in veſtris Parrochiis illis interdicendum ſcitote &c.*, ſi itaque cujuslibet conditionis viris, fœminas præeſſe illicitum id erat, multo magis cum Presbiteris, aut Monachis eadem peragere abſurdum fuiſſet; cum tamen in aliquibus ejuſdem Ordinis monaſteriis poteſtas ſumma apud Abbatiſſas ſit, qua ratione excuſari poſſit, rationem reddit auctor hiſtoriæ ordinum religioſorum, aliqualemque Apologiam profert, ut ibidem videre eſt. *Heliot to. 6. hiſt. ord relig. pag. 86. ſeqq.*

16 Hoc anno Gothofredus Bulio dictus, qui tanta cum gloria inter Cruceſignatos militaverat, quique Hieroſolymorum Rex dictus fuerat, ut anno proximo adnotavimus; hoc inquam, anno; *obiit quinto decimo Kal. Auguſti, anno ab Incarna-* Gothofredus Hieroſolym. Rex obiit.

Jesu Chr. an. 1100. *carnatione Domini milleſimo centeſimo*, ait Villelmus Tyrius lib.9. cap. ultimo, cui quoad annum, & diem emmorualem conſentiunt Fulcherius Carnotenſis lib. 1. aliique. *Uno tantum anno*, inquit Abbas Urſpergenſis, *populo Dei præfuit, languore ſuperatus XV. Kal. Auguſt plenam fide, boniſque operibus præſentem in Chriſto vitam finivit. Exceptis ſive tacitis cunctis, quibus pollebat virtutibus, tanta ſe manſuetudine conjunxerat tam indigenis, quam cum peregrinis, ut vix adverteretur Francis ne plus plangeretur, quam Syris, vel Græcis; In ejus locum Balduinus frater ejus Rex electus eſt, qui Hieroſolymam pervenit die, quo ſolſtitium hyemale accidit*, inquit, idem Fulcherius, qui eum comitabatur, ac addit: *Et præparatis ornamentis, quæ Regi competunt coronando, pacificatoque Daiberto cum Domno Balduino, & cum Canonicis Sancti Sepulchri aliquantis; quia viri ſenſati de hoc tractaverunt, ceſſavit contentio eorum. Anno ab Incarnat. Domini* 1101. *in Baſilica B. Mariæ apud Betheleem die nativitatis Domini ab Patriarcha memorato* (nempe Daiberto) *una cum Epiſcopis, Cleroque, ac populo aſſiſtentibus, in Regem honorifice ſub ſacra unctione ſublitus, coronatus eſt Rex Balduinus. Et quod fratri ſuo prædeceſſori non fecerant, quoniam noluit, & tunc laudatum a quibuſdam non fuit, huic ratione prudentius conſiderata fieri decreverunt.* Fulcherius de die natali currenti Chriſti anni, a quo ſequentem incipit loquitur, quemadmodum Villemus Tyrius lib.10. cap.1. verba facit.

Dainberti Hieroſolymi Episc. epiſt. ad Bohamundum, ejusque querelæ.

17. Mortuo Gothofredo Bulione, graves ſtatim inter Patriarcham, & latinos Comites querelæ exortæ ſunt; Principatum quippe Hieroſolymitanum ſibi deberi, utpote Gothofredi etiam teſtamento relictum, Patriarcha ajebat, Comites vero Balduino Edeſſenorum Principi fratrique Gothofredi, ut ejuſdem poſſeſſionem iniret, hortati ſunt; Daimbertus vero, ut Eccleſiæ ſuæ jura tutaretur Bohamundi Antiochiæ Principis opem, protectionemque imploravit, cujus epiſtolam Gulielmus Tyrius refert. *Scis frater cariſſime*, ait, *quoniam me ignorantem, & invitum bonæ tamen ac ſanctæ intentionis affectu, in eam quæ omnium Eccleſiarum ſingularis eſt mater, & gentium domina, rectorem, & Patriarcham elegeris, electumque communi tam Cleri, ac plebis, quam Principum aſſenſu in hujus ſummæ dignitatis ſedem licet indignum, Dei præeunte gratia, locaveris. In quo ego culmine conſtitutus, quanta pericula,* quot

Vide hiſtor. to.1. p. 188.

lib. 10. n. 4. p. 778.

quot labores, quot perſecutiones ſuſtineam, & injuriis offenſus mille. meus cognoſcit animus, & ipſe cognoſcit omnium inſpector Chriſtus, ac ſibi Gothofredum in die ſolemni Paſchæ promiſiſſe addit, ut ſi abſque liberis moreretur, Turrim David cum Hieroſolymitana urbe Eccleſiæ reſtituturum; At eo mortuo Garnerius Comes David Turrim occupavit. *Unde Dei judicio percuſſus*. ſubdit, *quarto die poſt obitum Ducis obiit*. Garnerio autem e vivis erepto viri ignobiles eamdem turrim, Balduino tradiderunt. Quamobrem Bohamundum, ut cito Hieroſolymam tranſiret, ſibique ad obtinendam urbem opem ferret, enixe hortatur.

JESU CHR. AN. 1100.

18. An autem hanc epiſtolam Bohamundus acceperit, incertum eſt, nam ut narrat Gulielmus Tyrius; *eodem menſe quo Dominus bonæ memoriæ Dux* (Gothofredus) *carne diſſolutus migraverat ad Dominum*, paulo ante, *vel poſtea captus erat ab hoſtibus*, libertatem paulopoſt adeptus in Italiam redierat, inde in Gallias, ac tandem in Orientem reverſus eſt, ut ſuo loco dicturi ſumus; Balduinus interea prudentum virorum interventu, cum Patriarcha reconciliatus eſt in die natalis Domini anni ſequenti 1101. *in Eccleſia Bethlemitica adſtantibus clero, & populo, Eccleſiarumque Prælatis, & Regni primoribus conſecratus eſt, & in Regem inunctus, & regio diademate ſolemniter laureatus, per manum Domini Daimberti Patriarchæ*, ait Gulielmus Tyrius.

Bohamundus a Turcis capitur liber dimissus in Italiam redit. *lib.10. 5.*

Balduinus Hierosolymi Rex coronatur.

19. Ad reſtaurandas Crucefignatorum in Oriente vires, quæ imminutæ adeo, proſtrataque erant, ut ſubſiſtere ibidem vix poſſent, nam famæ, ferro pars maxima perierat, plurimi etiam poſt Hieruſalem captam ad ſua redierant: ne penitus tanto Chriſtianorum labore, & ſanguine fructus deperiret, nova Crucefignatorum expeditio tum in Galliis ut diximus, in Synodo Anſana, cum in Italia parata eſt; alter etiam Germanorum exercitus centum quinquaginta millium circiter adductus eſt anno ſequenti, ſub Ducibus ut Annaliſta Saxo apud Freherium ad hunc annum narrat. *Ex Longobardis cum Mediolanenſi, & Papienſi Epiſcopis, quinquaginta millia ad Hieroſolymitanam profectionem ſignati, in Bulgariæ civitatibus hyemaverunt*; Landulphus vero a S. Paulo in hiſtoria Mediolanenſi narrat *Anſelmum de Buis* Mediolanenſem Archiepiſcopum, ab Apoſtolica Sede admonitum, & excitatum, exercitum ex diverſis gentibus, & præcipue ex Mediolanenſi juventu-

Crucefignatorum alter exercitus in Orientem tranſit.

Murat. rer. Ital. tom. 5. p.470.

ventu-

Jesu Chr. An. 1100.

ventute congregaſſe, quorum animos ad Crucem ſibi ſ impo- nendam iterque Orientale ſuſcipiendum hac cantilena excitabat *Ultreja*, *Altreja*, quod fortaſſe ſignificabat, ultra & eja properate, vel corrupta loquela ultra ite, ideſt ultra mare &c. Horum Duces Guelpho Bavariæ, & Gulielmus Princeps fuiſſe narrat auctor chronici Veſagartenſi apud Lebnititium, ut vero expeditionis impenſis provideret, munera, quo in ſanctorum feſtivitatibus Archiepiſcopo dabantur, dari prohibuit, ac Croſſolanum qnemdam ſeu Groſſolaum Saonenſem Epiſcopum electum, & *ab Armano Brixienſi*, *Arialdo Januenſi*, *& Mamardo Taurinenſi*, ordinatum Vicarium Mediolano delegavit, quem virum vitæ auſteritate, orationis aſſiduitate, ſermocinandi frequentia præclarum fuiſſe addit; Clericorum tamen plurimi, qui ſecularia ſapiebant, ea de cauſa eum ſpernebant; Is vero ſubdit *Per duos annos laboravit*, uſquedum de obitu Anſelmi Mediolanenſis Archiepiſco-pi nuntius advenit.

Anſelmi Mediol. Episc. Guelphonis Bavariæ Ducis obitus.

20. Cumque de ſucceſſore eligendo, Clerus Mediolanenſis diſſideret, tandem ipſe Groſſolanus electus eſt, unde graviores turbæ excitatæ ſunt, ut biennio poſt dicturi ſumus; Interea ut ſubdit auctor. *Archiepiſcopus ille de Buis*, Anſelmus ſcilicet *a Turcis*, *& Saracenis fugatus*, *in gravi luctu Conſtantinopoli expiravit*, ex vulneribus fortaſſe in pugna acceptis, quo in prælio Blandaratus, Mediolanenſium civium potentiſſimus, cum pluribus aliis interierunt, ut Odericus Vitalis, aliique hujus temporis ſcriptores tradunt; Eamdem fere ſortem expertus eſt Guelpho quartus Bavariæ Dux, qui etſi ab ſtrage ereptus aufugiſſet, cum ad ſua rediret, in inſula Cypro morbo tactus, vitam finivit; ibique ſepultus eſt, ut ſupracitatus chronologus apud Lebnitium narrat.

Alexius Imp. Crucefignatorum hoſtis.

21. Crucefignatorum autem res deploratas tunc fuiſſe nemo mirabitur, ſi advertamus Crucefignatorum Principes diviſos inter ſe ad hoſtes vincendos minus aptos fuiſſe, dum alius Hieroſolymis, alius Antiochiæ, aut Edeſſæ Princeps erat, ſuaque quiſque tueri conaretur, cum præſertim novus in eos adverſarius hoc tempore acceſſiſſet; Alexius, ſcilicet, Imperator, qui cum hactenus Occidentalibus Chriſtianis faviſſet, vel favere ſimulaſſet, tandem ſive Crucefignatorum ſucceſſoribus offenſus, vel ſibimet timens, ne Seracenis, Turciſque oppreſſis, Orientale Imperium in latinos transferrent, apertum adverſus eos bellum, cum Chriſtiani nominis hoſtibus ſociatus, ſuſcepit;

ſcepit; Quod nequidem Anna ejus filia diſſimulavit, ac toto fere libro undecimo geſta hinc inde refert, ac primum Alexii querelas Bohamundo expoſitas, quod contra fidem ſibi datam, de tradendis Orientali Imperio urbibus, quas ſubjeciſſent retinuiſſet, cui ſua culpa id factum fuiſſe reſpondit, eo quod pactis Alexius non ſteterat, nec promiſſa ſubſidia dederat, qua reſponſione accepta. *Neceſſarium duxit*, Alexius; ſubdit Anna, *violentis ejus occurrere auſibus, & limites Imperii Romani munire præſidiis, quæ impetum vehementis hoſtis poſſent frangere &c.* In quam rem ingentem paravit claſſem, ut Piſanis, æque ac Genuenſibus navibus opponeret; fuſiorique ſtylo certamina inita deſcribit, ac deinde libro duodecimo, idem proſequitur argumentum, de quibus pauca infrà ſuo loco adnotaturi ſumus; De inſidiis vero ab Alexio Imp. Chriſtianorum exercitui ſtructis, hæc etiam Gulielmus adnotat. *At vero idem Imperator, vetuſto Græcorum more, noſtrorum ſucceſſibus invidens, quamvis eos, ut prædiximus, apud ſe ſatis benigne habuiſſet, occulte tamen per internuncios frequentes in eorum perniciem hoſtes ſollicitabat*, Quare ut poſt aliqua ſubdit, *Noſtrorum adventu præcognito*, vires undique Saraceni colligunt, & Cruceſignatiſ, qui diviſi inter ſe, & absque ordine, vel diſciplina procedebant, obviam facti, ingentem Chriſtianorum ſtragem anno proximo ediderunt; Ita ut, *Ex eis, una die in ore gladii promiſcui ſexus ceciderint plus quam quinquaginta millia*, reliqui ab ſtrage ſuperſtites, amiſſis ſarcinis, omnique ſuppellectile; nudi hinc inde diſperſi, Tarſum tandem ſe collegerunt, ut idem auctor pluribus proſequitur; at de his hactenus.

Jesu Chr. an. 1100.

Anna Comn. hiſt. lib. 11. p. 333. ſeqq.

lib. 10. n. 13 p. 782.

23. Hoc etiam anno, *Incarnationis Dominicæ milleſimo centeſimo, feria quinta, quarto nonas Auguſti Gulielmus Rufus in nova foreſta ſagittæ ictu mortuus eſt, poſtquam duodecim annis, & pene decem menſibus Regno Angliæ potitus eſt*, ait Odericus lib. 16., qui addit Henricum Gulielmi fratrem Dominica die ſequenti ab Epiſcopo Londinenſi conſecratum fuiſſe, eo quod Anſelmus exularet; Tum ſubdit. *Triginta annorum erat Henricus cum regnare cæpiſſet, & 35. annis cum menſibus quatuor regnavit*, multaque laude digna geſſiſſe addit. Poſt quatuor autem menſes ab initio Regni Mathildem Malcolmi Scotorum Regis filiam ſibi deſponſavit, quam S. Anſelmus, in Angliam reverſus; *Die Dominica Sancti Mar-*

Gulielmus Angliæ Rex ſagitta percuſſus obiit.

Henricus Gulielmo Regi ſuccedit.

Jesu Chr. An. 1100.

tini Reginam conſecravit, & coronavit. Henricum Regem ab Mauritio Londinenſi conſecratum fuiſſe teſte Odorico diximus, quem ab Thoma Eboracenſi coronatum fuiſſe, Henſchenius ſcribit, quod nullibi conſtare ait Pagius; lis tamen hæc ex Thoma Elienſi monacho facile componitur, ſi dixerimus utrumque adfuiſſe, ac Londinenſem conſecraſſe, Eboracenſem vero coronaſſe, quod his verbis indicat Elienſis. *Anno Domini milleſimo centeſimo, nonis Auguſti die Dominico, in Weſtmonaſterio a Mauritio Londinenſi Epiſcopo Henricus eſt conſecratus in Regno, & a Thoma Eboracenſi coronatur.*

Bolland. 21. Apr.

Anſelmus in Angliam redit. *lib. 2.*

24. Gulielmi interitum variis modis Anſelmum præſciſſe narrat Eadmerus in ejus vita, inter cetera cuidam ex ſuis nocte quadam apparens, chartam legendam obtulit, qua ſcriptum erat; *Obiit Rex Villelmus*, ejuſdemque generis aliæ in eam rem prædictiones contigerant, ut ibidem videre eſt. Interea ſubdit auctor, *Ecce nuncius unus poſt unum Anſelmo occurrunt litteras ei cum precibus ex parte matris Eccleſiæ Anglorum, ex parte novi Regis Henrici, qui fratri ſucceſſerat, nec non ex parte Principum Regni deferunt, poſtulantes eum feſtinato greſſu redire, aſſerentes totam terram in adventum illius attonitam, omniaque negotia Regni ad nutum ejus pendere dilata. His acceptis Anſelmus velox Angliam petit &c.*, eademque de præcognita Gulielmi morte, deque ejuſdem reditu, adnotat Eadmerus ejuſdem Anſelmi individuus Comes in libro novorum, in quo fuſiori ſtylo Anſelmi geſta proſequitur.

lib. 3. cap. 1.

Henrici Regis cum Anſelmo diſſidia pro inveſtiturarum jure. *lib. 3. cap. 1 p. 57.*

25. In Angliam vix reverſus Anſelmus optata pace frui non potuit, quin potius inter Henricum Regem gravia iterum diſſidia excitata ſunt; Cum etenim, ut narrat Eadmerus, Sarberiæ eum conveniſſet, ac Rex peramanter accepiſſet, excuſationem petens, quod pro coronatione ſua eum non expectaſſet, quam facile Anſelmus admiſit. *Poſtulatus*, a Rege, *ut pro conſuetudine anteceſſorum ſuorum Regi dominium facere, & Archiepiſcopatum de manu ejus recipere*, cui Anſelmus reſpondit: *Si Dominus Rex iſta ſuſcipere, & ſuſcepta ſervare voluerit, bene inter nos firma pax erit: ſin autem non video remanere mecum in Anglia utile fore vel honeſtum, præſertim cum, ſi Epiſcopatus aut Abbatias dederit, privari me penitus tam a ſui, quam & eorum qui ſuſceperint, communione neceſſe ſit. Nec enim ea de cauſa Angliam redii, ut ſi ipſe Romano Pontifici obedire nolit, in ea reſideam: Regem inter & Anſel-*

Anſelmum conventum, & utrimque Romam mitterentur, interimque induciæ uſque ad Paſcha eſſent. Hinc paucis diebus interpoſitis, Mathildis nupſit Henrico Regi, & Anſelmus eos conjunxit.

Jesu Chr. an. 1100.

26. *Eodem anno*, ſubjungit Eadmerus, *venit in Angliam Guido Archiepiſcopus Viennenſis* (Pontifex poſtea Romanus ſub Calliſti II. nomine) *futurus, ut dicebat, legatione totius Brittanniæ, ex præcepto, & auctoritate Apoſtolicæ Sedis. Quod per Angliam auditum in admirationem omnibus venit, & inauditum ſcilicet in Brittania cuncti ſcientes quemlibet hominum ſuper ſe vices Apoſtolicas gerere, niſi ſolum Archiepiſcopum Cantuariæ; Quapropter ſicut venit, ita reverſus eſt, a nemine pro Legato ſuſceptus, nec in aliquo Legati officio functus. Exinde, cum ad tempus induciarum Paſcha* (ſequentis Chriſti anni) *ventum eſſet, & qui Romam miſſi fuerant Nuntii, necdum rediiſſent, uſque ad adventum illorum induciæ dilatæ ſunt*: Agebatur de Inveſtituris, quas Henricus Rex petebat, & Anſelmus ab ſummi Pontificis ſententia recedere nolebat; Quem exitum hæc habuerint, infra videbimus.

Apoſtolicæ Sedis legatus in Angliam quare non eſt acceptus.

27. Cum Henrico Anglorum Rege de Regno adepto litteris ſuis gratulatus eſt Ivo Carnotenſis. iiſque de Regni recta adminiſtratione quamplurima inſeruit; præſertim ut concordiam, & pacem cum Sacerdotio ſervaret, eique ſubeſſet ſicut corpus animæ, digna ſane quæ Regibus ingerantur, noſtris præſertim temporibus, quibus politici eouſque proceſſere, ut quælibet Eccleſiæ diſciplinam ſpectant, Principum poteſtati ſubmittant.

Ivonis Carnot. Epiſc. epiſt. ad Henricum Regem. *epiſt.* 106.

28. Paſchalis interea Pontifex, ut tranquillitati Eccleſiarum conſuleret, quæ ob Henrici Imperatoris ſchiſma turbatæ erant, Legatum ſuum Gebehardum delegavit, ait Bertholdus. *Dominus Paſchalis Nativitatem Domini Romæ cum magna pace celebravit, & per litteras ſuas venerabili Gebehardo Conſtantienſi Epiſcopo in Teutonicis partibus Apoſtolicas vices commendavit, quas ab anteceſſoribus multis obtinuit*. Hæc Bertholdus, qui in his ſcribendi finem fecit, forte præventus morte: qui ex vitæ integritate, & Catholico nomine ſummam ſibi inter Chronologos hujus temporis laudem comparavit.

Paſchalis Papa Gebehardo legationem in Germania committit.

29. Cum in Gallis Ciſtercienſis Ordinis fama bonuſque odor undique dilataretur, Robertus Moliſmenſis Abbas, inſtinctu, & cõnſilio Joannis, & Benedicti Apoſtolicæ Sedis in Gal-

Paſchalis Papa Ciſtercenſem ordinem confirmat.

Jesu Chr. an. 1101.

Gallia legatorum, nec non & Hugonis Lugdunenſis Archiepiſcopi, Joannem, & Ildeboldum Moliſmenſes monachos legatos ſuos ad Paſchalem Pontificem cum legatorum commendatitiis miſit, ut ordinis nuper inſtituti, confirmationem obtineret; quibus acceptis Paſchalis Papa qui Trojæ tunc in Apulia morabatur, ampliſſimum Alberico novi monaſterii Abbati diploma dedit; quo regularem ibidem diſciplinam ſtatutam approbat; ac ſalva Matiſconenſi Epiſcopo reverentia, ſub protectione Apoſtolicæ ſedis monaſterium recipit; ita ut a nulla Eccleſiaſtica, vel ſeculari poteſtate, ſub anathematis pœna, & dignitatum privatione, ejuſdem libertas, vel immunitas turbari poſſit, ac data dicitur bulla *Trojæ per manum Joannis S. R: E. Diaconi Cardinalis*, 14. *kal. Maji*, *Indict.* 8. *Incarnat. Domin.* 1100. *Pontificatus Paſchalis Papæ anno ſecundo*; Aliam pro Cluniacenſi ordine Peſchalis Papæ ex Cluniacenſi bibliotheca epiſtolam refert Mabillonius, Hugoni Lugdunenſi datam, qua jubet, ut in monaſteriis ejuſdem ordinis, quæ hactenus Abbatem non habuerant, nullus Abbas eligeretur, ſed Cluniacenſi Abbati ſubeſſent.

epiſt. 2. — *Labb. to.* 10. *p.* 623. — *Mabill. annal. lib.* 29. *n.* 132. *to.* 5.

JESU CHRISTI AN. 1101. PASCHALIS II. PAPÆ AN. 3. HENRICI IMP. AN. 18. ALEXII COMNENI IMP. 21.

Paschalis Papa inveſtituras in Anglia prohibet.

1. Ob inveſtituras quæſtionem inter Henricum Angliæ Regem, & Anſelmum ibidem vix reverſum agitatam fuiſſe anno proximo diximus, eaque de cauſa inducias uſque ad Paſcha inter eos ſtatutas, eaſdemque prorogatas uſque ad reditum legatorum, qui in urbem hinc inde miſſi fuerant; Ex parte Anſelmi Balduinus, & Alexander monachi, ex parte Regis Girardus Archiepiſcopus Eboracenſis, Herebertus Noruvicenſis, & Robertus Ceſtrenſis, ait Malesburienſis, ac addit proprias quoque cauſas, ad iter ſuſcipiendum Epiſcopis ſtimulum addidiſſe; Girardo ſcilicet pro pallio obtinendo, Heriberto ut monaſterium e ſua juriſdictione Urbani ſecundi Pontificis privilegio, diſtractum, ſibi iterum ſubjiceret; Heribertus interea dum iter ageret, a ſuis, neſcio quo fato, disjunctus, ait auctor, in manus prædonum incidit, ac vix quadraginta marchis ſolutis liber dimiſſus eſt, jurare etiam ab Guidone prædonum Duce compulſus, ſe nihil in urbe adverſus Anſelmum acturum, ſicque *raptim ſocios proſequebatur liberiore*

Guliel. Malesburg. de geſtis Pontif. lib. 1.

riore otio, quia leviore marſupio &c. Romam ingreſſi, Regis legati, *Quidquid poterant promiſſis, & muneribus agunt. ut Regis voluntatem effectui mancipare poſſint, ſed nequidquam* (obtinent) *ſtat ille inflexibilis*, Pontifex ſcilicet, *nolens ſicut dicebat ſtatuta ſanctorum Patrum enervare pro voluntate unius hominis*. Re itaque infecta, cum utriusque partis legati rediiſſent, ac ſecum Paſchalis Papæ litteras detuliſſent, quibus Pontifex Regem admonebat, ut ſe ab inveſtituris Epiſcoporum abſtineret, quas Eadmerus recitat, idemque epiſtola altera ad Anſelmum data confirmaſſet; nihilominus cum Rex litteras ſibi ſcriptas ſuppreſſiſſet, verbiſque vulgaſſet, Paſchalem *Regis inveſtituras æquanimiter ferre, ſi cetera boni Principis officia exequeretur*; Monachi econtra litteris Pontificis ad Anſelmum datis edocti, eaſdem omnino prohibitas fuiſſe probarent, factum eſt, ut contentio augeretur, plurimi quippe monachis fidem nequaquam habendam eſſe dicebant, cum præſertim Epiſcopi, ex urbe reverſi Regis cauſam tuerentur, ac ad unum fere Anſelmum cauſa delata, *Diu fluctuavit Anſelmi ſententia quo vergeret*, cum durum ei videretur duorum monachorum teſtimonium, tribus Epiſcopis præferre; litteris econtra Apoſtolico ſigillo munitis, *non credere ſtultum*, ait auctor; Quare *Ad certitudinem facti cognoſcendam miſſurum ſe Romam, interim illis, qui inveſtirentur nec communionem ſuam negandam, nec benedictionem impertiendam*. Hæc de his geſtis Malesburienſis, eademque fere Eadmerus Anſelmi coævus, & Comes in vita ejusdem, eademque fuſiori ſtylo in libris Novorum, quos utpote nondum editos Baronius deperditos credidit, iiſque quanta Paſchalis Papæ ſollicitudo pro inveſtituris extirpandis eſſet, dilucide apparet. Inter cetera cum Regis legatus Pontifici dixiſſet; *Nec pro Regni amiſſione Rex inveſtituras pateretur amittere*; Minacibus his verbis reſpondit Pontifex. *Si quemadmodum dicit Rex tuus nec pro Regni amiſſione patietur inveſtituras Eccleſiarum amittere; ſcias, ecce coram Deo dico, nec pro ſui capitis redemptione eas illi aliquando Paſchalis Papa impune permittet habere &c.* Hæc de his Eadmerus, qui in libro Novorum fuſiori ſtylo eadem exponens, binas ad Henricum Regem, totidemque ad Anſelmum, alteram Osberno Ceſtrenſi Epiſcopo Paſchalis Papæ litteras in eam rem datas recitat.

Eadmer. lib. 3. novorum cap. 2.
Apud Labb. epiſt. 3.
Anſelm. op. pag. 23.
lib. 3. p. 60. ſeqq.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

2. Quo-

Jesu Chr. an. 1101.

Anſelmus pacis mediator inter Henricum, & Robertum fratrem.

1. Quominus autem pro inveſtiturarum jure retinendo ad extrema tunc Henricus deveniret, & Anſelmum toto Angliæ Regno excedere cogeret; diſſidia inter Henricum, fratremque ejus Robertum, exorta, civiliſque belli periculum in cauſa fuere, nam cum Robertus defuncti Regis, & Henrici frater, ab Orientali expeditione hoc anno circa Pentecoſtes feſtum rediiſſet, Angliæ Regnum ſibi potius, utpote natu majori, quam Henrico deberi ajebat, cui etiam Regni Proceres quamplurimi favebant; jamque ex utraque parte exercitus ad dimicandum parati erant, niſi Anſelmus, cujus apud utroſque maxima erat auctoritas, ſe pacis ſeqneſtrem feciſſet; Quare ut in vita Anſelmi, & libro novorum narrat Eadmerus; *Rex ipſe, non modo de Regni amiſſione, ſed & de vita ſua ſuſpectus nulli credere, in nullo, excepto Anſelmo fidere valebat: unde ſæpe ad illum venire Princeps, quos magis a ſe labi timebat, illi adducere; quatenus, audito verbo illius, & ipſe a formidine relevaretur, & illis metus, ſi a fide quam ſpoponderant, aliquatenus caderent, incuteretur. Ipſe igitur Anſelmo jura totius Chriſtianitatis in Anglia exercere ſe relicturum, atque decretis, & juſſionibus Apoſtolicæ Sedis ſe perpetuo obediturum ſummopere promittebat. Quibus ita ſe habentibus Anſelmus adunatis Principibus cunctis circumfuſi exercitus multitudini*, ut ab armis, vique inferenda ceſſarent, oratione, & auctoritate ſua perſuaſit. Quare *Robertus*, ut ſubdit auctor, poſt aliqua, *amiſſa fiducia, quam in Principum traditione habebat, & non levem deputans excommunicationem Anſelmi, quam ſibi ut invaſori (niſi cæpto deſiſteret) invehi certo ſciebat, paci adquievit, & in fraternum amorem reverſus eſt, exercituſque in ſua dimiſſus*, ſicque tanta tum in Eccleſia, quam in Regno excitata tempeſtas ad tempus ſopita eſt.

Anſelmi op. p. 59.

Obitus Conradi Italiæ Regis.

3. Hoc autem anno Conradus Henrici Imp. filius, qui ob ſchiſma a patre excitatum ab eo rebellis factus diſceſſerat, & cum Comitiſſa Mathilde ſociatus, Italiæ Regnum obtinuerat, hoc in quam anno, immatura morte abreptus eſt. *Anno Domini* 1101., ait Uſpergenſis Abbas in chronico; *Conradus Rex adoleſcens, novem annos, poſtquam a patris palatio diſceſſerat, Mathildis magnæ illius, & nobiliſſimæ, & ut quidam dicunt, religioſæ fæminæ, ſicut ſanguine, ita & contubernio conjunctus, & in rebus per Italiam diſponendis,*

tam

tam illius, quam Domini Apoſtolici, ceterarumque Deum timentium, perſonarum conſilio ſemper uſus, immaturo præventus occaſu, plena fide, & bona confeſſione a regno tranſitorio ad æternum creditur regnum migraſſe. Sunt etiam qui veneno eum dicunt interiiſſe; Mathildis ſcilicet inſidiis, ut his verbis Landulphus junior indicat, *Quum perveniſſet Florentiam Rex ipſe prudens, & ſapiens, atque decorus facie (proh dolor) adoleſcens accepta potione ab Aviano medico Mathildis Comitiſſæ vitam finivit*; at hæc mendaci fama, adverſus talem tantamque fæminam vulgata fuiſſe dubitari vix poteſt, nam etſi cum ea aliquandiu nonnihil diſſidii fuerit, cito tamen cum ea reconciliatus obiit, ut his verſibus in vita Mathildis narrat Donizo, qui menſem obitus ejuſdem adnotavit.

JESU CHR. AN. 1101.

Murat. rer. Ital. tom. 5. p. 472.

Infra Chonradus Longobardos comitatus
Dum ſtaret diſcors a Mathilde, fuit ipſo
Tempore; duravit modicum diſcordia talis:
Nam petiit partes Thuſcanas Rex ibi tandem
Nobilibus quidam facientibus expulit iram
Ad pacem firmam rediit bene cum Comitiſſa;
Poſt iſtam pacem febre tactus; Julius autem
Menſis erat, magnus moritur Chonradus, &c.

ut supra pag. 375.

4. Conradi funeri, funus Rogerii Siciliæ Comitis addimus, quem hoc anno obiiſſe narrat Lupus Protoſpata. *Hoc anno obiit Arnaldus Archiepiſcopus Acheruntinus, & Rogerius Comes Siciliæ menſe Julii*; anno vero ſequenti 1102. menſe Majo Petrum Arnaldo Acheruntino ſucceſſorem electum fuiſſe addit, atque ibidem chronicon ſuum abſolvit; Rogerius in Calabriæ, & Siciliæ Principatu Simeonem filium ſucceſſorem habuit, qui anno ſequenti defunctus, Rogerium fratrem vix quinquennem ſucceſſorem reliquit, Regnique adminiſtratio penes Adelaidem prudentiſſimam fæminam fuit.

Rogerii Siciliæ Comitis obitus.

Murat. 5. p. 49.

5. Hoc quoque anno Bruno Cartuſianorum fundator vivere deſiit. *Anno 11. minus poſt egreſſum Carthuſiæ*, ait auctor de inſtitutionibus Ordinis Cartuſiani, cumque anno milleſimo nonageſimo Romam ab Urbano Papa vocatus advenerit, hoc anno objiſſe patet, atque in monaſterio ſuo Sancti Stephani in Calabria ſepultus fuit, de cujus obitu extat epiſtola encyclica fratrum Turitani eremi ad omnes Eccleſias Italiæ, Galliæ, &

S. Brunonis Cartus. fundatoris obitus.

Lab. bibliot. to. 1. p. 638.

Brit-

Jesu Chr. An. 1102.

Brittaniarum, qua preces, & ſuffragia pro animæ ejus refrigerio poſtulant; Epitaphium ſepulcro inſcriptum, quo tantus vir laudatur, ad hunc annum exhibet Baronius, de quo plura etiam Mabillonius annalibus ſuis inſeruit, quem litteris quoque claruiſſe, ac in pſalmos expoſitionem, & commentaria in epiſtolas D. Pauli reliquiſſe adnotat; cetera opuſcula ejuſdem nomini inſcripta, Brunoni Signienſi Epiſcopo, ſeu Aſtenſi, unde ortum habuerat, reſtituenda ſunt; inter cetera Pſalmorum altera expoſitio Hugoni Aſtenſi Epiſcopo dicata, de quibus plura dabunt auctores hiſtoriæ litterariæ Galliæ, qui diligentia ſumma ſuæ gentis litterariam texuerunt hiſtoriam, vel noviſſimus editor operum Sancti Epiſcopi Bruno Bruni Sholarum Piarum Sacerdos tomo primo.

Mabill. analect. to.4.

Mabill. Annal. lib. 70. n.29. & 30.

Hiſt. litter. tom.9.

JESU CHRISTI An. 1102. Paschalis II. Papæ an. 4. Henrici Imp. 19. Alexii Comneni Imp. 22.

Paschalis Papa concilium Romæ celebrat.

Labb. to.10. p.127.

1. Cum de abolendo, poſt Guiberti obitum, ſchiſmate aliquales ſpem Henricus Imperator dediſſet, eamdemque nihil hominus paulopoſt feſelliſſet, congregata in urbe Synodo Paſchalis Papa, in eum, ſectatoreſque ejus excommunicationis ſententiam ab prædeceſſoribus ſuis latam confirmavit, ut his verbis narrat Uſpergenſis Abbas. *Anno Domini* 1102. *Imperator Henricus habito cum Principibus colloquio, Romam ſe profecturum, ac generale Concilium circa Kalendas Februarii inibi convocaturum, condixit, quatenus tam ſua, quam Domini Apoſtolici cauſa canonice ventilata, Catholica inter regnum, & ſacerdotium confirmaretur unitas, quæ tot annis ſciſſa permanſit. Conſtat tamen, nec ipſum juxta placitum veniſſe, nec nuntia dignitati Apoſtolicæ ſubjectionem profitentia miſiſſe, Nec hoc quod alterum Papam ipſi Domino Paſchali ſuperponere, ſi fieri poſſet, conatus ſit, nec profecerit. Tranſacta poſt hæc media Quadrageſima, convenientibus univerſis Apuliæ, Campaniæ, Siciliæ, Tuſcaniæ, totiuſque ſimul Italiæ Præſulibus, Ultramontanorum autem quam plurimorum Patrum Legatis, Synodus magna Romæ eſt habita: ubi præter antiqua Patrum inſtituta, more ſolito reverenter confirmata, etiam ſæpe dictum noſtri temporis ſchiſma inter præcipuas hæreſes camputatur, ac perpetuo cum ſuis auctoribus atque ſequacibus anathemate hujuſmodi ſubſcripta profeſſione condemnatur*, ac ſententiæ formu-

al

la ibidem additur, his autem præſentem ſe fuiſſe, ait his verbis: *quam ſententiam in Imperatorem, vel Patricium Romanum Henricum idem Apoſtolicus Paſchalis promulgaverit: nos quoque inter innumeras diverſarum gentium catervas, proxima Cœna Domini in Eccleſia Lateranenſi ab ejus ore didicimus; nimirum poſtquam octavo Kalendas Octobris maris fluctibus Joppe traditi, Romæ ſumus per gratiam Chriſti prædicta majori hebdomada introducti &c.* Quare Henricum ab Gregorio ſeptimo, & Urbano prædeceſſoribus ſuis excommuuicatum ob ſchiſma excitatum, ob perjuria, & homicidia, & Eccleſiarum devaſtationes, direptioneſque iterato anathemate ſubjecit, & ut hæc ſententia in Ultramontanis regionibus vulgaretur, juſſit. His ſe præſentem fuiſſe teſtatur Uſpergenſis Abbas, quem ideo hoc tempore vixiſſe Baronius, ait; At eum decimi ſeculi initio ſcripſiſſe conſtat, ut idem ipſe in chronico teſtatur, ac anno 1198. puerum ſe adhuc, & laicum fuiſſe narrat, anno autem 1215. Uſpergenſem Abbatiam obtinuiſſe, ac uſque ad annum 1227. chronicon ſuum perduxit. Quare Romanæ Synodi geſtis hoc anno adeſſe nequaquam potuit. Præſens quidem his Ekardus Abbas fuit; qui chronicon rerum geſtarum ſui temporis, & libellum de expeditione Hieroſolymitana hoc tempore ſcripſit. Uſpergenſis autem Abbas, de verbo ad verbum Ekkehardi chronicon in ſuum transferens, errandi occaſionem nonnullis tradidit, ita ut eum quoque inter hujus temporis ſcriptores recenſerent, ut Manſius, aliique adnotarunt; Ekkardi autem libellus ab Martene tom.5. collect. vet. Monumentorum inſertus eſt; de quibus plura in præfatione adnotat. In eadem Rom. Synodo, Epiſc. Capuanus ab monachis Caſſinenſibus accuſatus, quod Eccleſiam, ſive Capellam Sancti Nicolai, nuper ab Brunone Signienſi Epiſcopo dicatam, invaſiſſet, armataque manu deſtruendam ſpoliandamque juſſiſſet, data ſatisfactione, & promiſſione facta, ſe cuncta reſtituturum, liber dimiſſus eſt, ut ait Petrus Diaconus in chronico Caſſinenſi. *Chron. Caſſin. lib. 4. c. 18.*

2. Eadem etiam Rom. Synodus juramenti formulam ab Archiepiſcopis, & Epiſcopis præſtandam digeſſit, his verbis conceptam. *Anathematizo omnem hæreſim, & præcipue eam, quæ ſtatum præſentis Eccleſiæ perturbat, quæ docet, & aſtruit anathema contemnendum, & Eccleſiæ ligamenta ſpernenda eſſe. Promitto autem obedientiam Apoſtolicæ Sedis Pontifici Do-* *Juramenti formula ab Archiepiſcopis, & Epiſcopis præſtanda.*

Jesu Chr. an. 1102.

mino Paſchali, ejuſque ſucceſſoribus ſub teſtimonio Chriſti, & Eccleſiæ, affirmans quod affirmat, damnans quod damnat ſancta & univerſalis Eccleſia, cumque nonnullis id grave videretur, ad Panormitanum Archiepiſcopum, ſeu potius ad Colonienſem, ut adnotat Baluzius in ſupplemento lib. 5. de concordia Sacerdotii, & Imperii cap. 48. num. 3. ſcribens Paſchalis Papa, cum Pallium ei miſit, eo quod juramentum præſtare renueret, hæc habet, quæ in corpore juris inſerta ſunt capite quarto extra de electionibus; *Significaſti Reges, & regni Majores admiratione permotos, quod pallium ab Apocriſariis noſtris tali conditione oblatum fuerit, ſi ſacramentum, quod a nobis ſcriptum detulerant, exhibereris*. Et inferius de cauſa hujus faciendi decreti. *Nonne malum eſt, ab Eccleſiæ unitate, & Sedis Apoſtolicæ obedientia reſilire, & contra canonum ſtatuta prorumpere? quod multi etiam poſt ſacramentum præſtitum præſumpſerunt*. Et infra. *Hoc nimirum malo ac neceſſitate compellimur juramentum pro fide, pro obedientia, pro unitate requirere. Ajunt in Conciliis ſtatutum non inveniri: quaſi Romanæ Eccleſiæ Concilia ulla lege præfinierint, cum omnia Concilia per Romanæ Eccleſiæ auctoritatem & facta ſint, & auctoritatem & robur acceperint, & in eorum ſtatutis Romani Pontificis patenter excipiatur auctoritas*. Et infra. *Cum igitur a Sede Apoſtolica veſtræ inſignia dignitatis exigitis, quæ a Beati Petri tantum corpore aſſumuntur juſtum eſt, ut vos quoque Sedi Apoſtolicæ ſubjectionis debita ſigna ſolvatis, quæ vos cum Beato Petro tanquam membra de membro habere, & Catholici capitis unitatem ſervare declarent*. Hæc Paſchalis ad Archiepiſcopum Panormitanum, ſeu potius Colonienſem.

Labb. to.10. p 627.

Paschalis epiſtola ad Archiepisc. Poloniæ. *Labb. ut ſupra.*

3. Eadem de cauſa alteras ad Poloniæ Archiepiſcopum litteras Paſchalis Papa dedit, quarum cum idem ſit initium ſcilicet *ſignificaſti frater cariſſime, Regem, & Regni majores admiratione permotos*, quod in pallii traditione juramentum fidelitatis exigeretur, ac eadem fere, ac in ſupracitata epiſtola repetit, exemplum ei proponens Epiſcoporum, qui in Saxonia, & Dania erant; *Numquid non ultra vos*, inquit, *Saxones, Danique conſiſtunt, & tamen eorum Metropolitani, & idem juramentum aſſerunt, & legatos Apoſtolicæ Sedis honorifice tractant, & ſuis neceſſitatibus adjuvant, & Apoſtolorum limina per legatos ſuos, non tantum per triennium, ſed annis ſingu-*

ſingulis viſitant; *Ita te frater cariſſime fruamur in Domino, ne per te in Eccleſia ſubtractionis, & diſſidii, quod abſit oriatur occaſio*. Hæc Paſchalis Papa, maximam, in exigenda ab Archiepiſcopis totius orbis reverentia, & obedientia, ſollicitudinem gerens. Jesu Chr. an. 1102.

4. Anſelmus in Angliam reverſus gregi ſibi commiſſo, Eccleſiiſque Anglicis invigilans Londini concilium celebravit, in quo cum Epiſcopis, & Abbatibus, aliiſque Eccleſiaſtici ordinis, Regni quoque Proceres plurimi adſuerunt; ut ſtatuta auctoritate eorum intacta ſervarentur curarent, ut his verbis narrat Eadmerus individuus Anſelmi Comes; *Anno Dominicæ Incarnat.* 1102., *quarto autem Præſulatus Paſchalis ſummi Pontificis, III. regni Regis Henrici glorioſi Anglorum, ipſo annuente celebratum eſt Concilium in Eccleſia B. Petri &c. in quo præſedit Anſelmus Archiepiſcopus Dorobernenſis, & Primas totius Brittaniæ &c. Huic conventui affuerunt, Anſelmo Archiepiſcopo petente a Rege, Primates Regni: quatenus quidquid ejuſdem Concilii auctoritate decerneretur, utriuſque ordinis concordi cura, & ſollicitudine ratum ſervaretur*. In eo concilio Abbates tres ibidem nominati ſimonia notati depoſiti ſunt, & aliqui alii propter alias cauſas ab Abbatiis remoti. Decretum etiam, *ut nullus Archidiaconus uxorem ducat, vel ductam retineat*: Præterea *ut Presbyter, quandiu illicitam converſationem mulieris habuerit, non ſit legalis: nec Miſſam celebret, nec ſi celebraverit audiatur*; his alia plura adverſus ſimoniam, & clericorum incontinentiam addita ſunt; ſicuti de clericorum vita & honeſtate de monaſtica diſciplina ſervanda, deque flagitiis coercendis, ut ibidem videre eſt; Sodomitici vero criminis rei, vel cooperatores, ab omni Eccleſiaſtico officio, ſi habuerint, arceantur, ſi laici dignitate privantur, ejuſdemque facinoris abſolutio ſoli Epiſcopo reſervatur; *Et ne hujus criminis abſolutionem . . . aliquis niſi Epiſcopus facere præſumat*. Hæc, & alia ibidem Eadmerus, qui Epiſcoporum nomina, & ſedes recenſet, eademque fere Malesburienſis ex Eadmero exſcriptis.

Concilium Londinense ab Anselmo celebratur. *Eadmi. lib. 3. Novorum p. 67.*

Labb. Concil. to. 10. p. 728

Peccati abſolutio Epiſcopo reſervata.

5. *Finito concilio Anſelmus Laudonia diſceſſit*, ait Eadmerus, atque Cantuariam reverſus, Londinenſium canonum promulgationem aliquandiu, donec clarius exponerentur, ſuſpendit, ut in epiſtola ad Villelmum Archidiaconum his verbis teſtatur; *Sententias capitulorum concilii expoſitas nolo vobis,*

Anſelmi ſollicitudo pro Eccleſia ſibi commiſſa.

JESU CHR. AN. 1102.

Labb. ut ſupra lib. 3. epiſt. 62.

aut alicui ad præſens mittere, quia quando in ipſo concilio expoſitæ ſunt non potuerunt ad plenum, & perfecte recitari, propterea quia ſubito ſine præmeditatione, & competenti tractatione, ſicut oportet, ſunt prolatæ &c. ad trutinam itaque eoſdem revocandos, Epiſcoporumque iterum examini ſubjiciendos cenſuit, cum primum conveniſſent: Interea Villelmo Archidiacono canonum ſummam miſit, eumdem admonens, ut interea Sodomitici criminis reos impoſita pœnitentia abſolveret, ac ut ætatem, peccatique diuturnitatem conſideraret, vel ſi uxorem habebant, & ante, vel poſt latam excommunicationem, in tantum facinus prolapſi eſſent; *de his*, ſubdit, *qui tonderi nolunt ſcriptum eſt, ut Eccleſiam non ingrederentur, non tamen præceptum eſt, ſi ingrederentur, ceſſarent, ſed tantum annuntiarent illis, quia contra Deum, & ad damnationem ſuam ingrederentur*. Deinde *de calceamentis laicorum nihil decrevimus, ſed tantum Clericorum. De Archidiaconibus, & Canonicis, qui uxores ſuas derelictas extra domos ſuas in maneriis ſuis ponunt: exiſtimo, interim donec aliud ſtatuatur, tolerandum, ſi certam promiſſionem fecerint ſe nullam converſationem cum illis habituros, nec ſine legitimis teſtibus loquuturos. De Presbyteris qui timore non audent fœminas ſuas relinquere, quod ſtatutum eſt in concilio ſervabitur: quia quamdiu eas aliqua occaſione tenebunt, nec Miſſas celebrabunt, nec legales erunt, ſed tantum uſque ad initium Quadrageſimæ, ſi habuerint qui pro illis caſte in Eccleſiis ſerviant beneficiis Eccleſiæ non privabuntur. Illos autem qui Presbyteros propinquas ſuas dimittere probibent, ſicut eos qui contra Deum, & contra Chriſtianitatem agunt, arguite, & totum peccatum fornicationis Presbyterorum illis imputandum oſtendite: & noſtram, & omnium coepiſcoporum noſtrorum excommunicationem illis promittite*. Hæc ibidem Anſelmus pro eccleſiaſtica diſciplina tuenda, moribuſque clericorum corrigendis, coercendiſque, quorum tanta fuit, in retinendis concubinis contumacia, ut teſte Simeone Dunelmenſi in ſua hiſtoria *plures eorum oſtia Eccleſiarum obſerarent, omittentes omnia eccleſiaſtica officia*; inveterata quippe corruptela vix medelam admittebat, nec niſi temporis decurſu extirpari potuit, ſeu potius extirpari omnino penituſque numquam potuit. His aliiſque curis intentus Anſelmus, gravioribus adhuc anguſtiis ab Henrico Rege afficiebatur, qui inveſtiturarum juribus ſe privari nequaquam pati ſuſtinebat; unde ſanctus vir iterum Anglia

glia excedere, & ad urbem redire coactus fuit, ut anno ſequenti dicturi ſumus.

Presbyteri fornicarii infelix obitus. *Petrus Cluniac. lib. 1. de miracul. cap. 25.*

6. Nec in Anglia ſolum Clericorum incontinentia vigebat, ſed ubique eadem ſerpebat, in Italia, Germania, & Gallia, in quam rem Venerabilis Petrus Cluniacenſis Abbas, funeſtum caſum, miſerumque, ad aliorum exemplum refert Presbyteri cujuſdam Pictavienſis Diœceſis apud Caſtrum Signiacum, qui cum ordinis ſui dignitatem fœminarum conſortio deturparet, conſcientiæ tamen ſtimulis aliquando territus, *familiaritatem quorumdam bonorum virorum expetit, & Abbati Bonævallis, ac fratribus ejuſdem Monaſterii ſe in amicitiam ſpecie tenus copulavit*; ſperans fortaſſe, eorum orationibus ſe iram Dei evadere poſſe, admonitus non ſemel, ut mores emendaret, verbis promittebat, vitam tamen non mutabat; *In morbum interea incidit. Quo graveſcente ad extrema pervenit, aderat tum viſitationis gratia Prior jam dicti Monaſterii. Et ecce nocte ſuperveniente, cum cunctis diſcedentibus ſolus lecto ejus aſſideret, clamare terribiliter æger ille ad Priorem cœpit: Succurre, ait, ſuccurre, ecce duo ſuper omnem feritatem expaveſcendi leones in me impetum faciunt, biante ore ac rictu feroci per fruſta diſcerpturi in totum conſumere volunt. Deprecare cito Dominum, ut ab his eripiar, antequam morſibus eorum conſumar. Dicebat hæc, & tremebat, ac velut devoraturos fugiens, timore, defecto corpori vires addente, retrocedebat. Prior vero vocis illius, ac geſtus terrore turbatus, non ſine multo, & ipſe timore erat; ad preces tamen, ipſa neceſſitate impellente, converſus, pro miſero illo, ut poterat, Dominum exorabat. Quo orante, mutata voce æger, bene*, inquit, *bene, receſſerunt crudeles beſtiæ, & per orationes tuas jam ultra nuſquam apparent.* At horæ ſpatio vix elapſo iterum clamare cœpit, quod igne conſumeretur, ac ut iterum pro ſe Deum deprecaretur Priorem rogavit, quo orante ſe iterum periculum evaſiſſe dixit; Paulopoſt tamen ſe ad Dei judicium, æternamque mortem deſtinatum fuiſſe infelix Presbyter dixit; *Ecce ignita ſartago plena bullienti adipe, quam coram me tormentorum miniſtri detulerunt, eamque ad me frigendum undique ſuccenderunt*; cumque ut pœnitentiam ageret, confideretque in Dei miſericordia Prior hortaretur, *Ceſſa*, inquit, *ceſſa pro me orare, nec ultra fatigeris*, pro qua nullatenus exaudieris, hæcque dicens, favilla quædam, priore vidente, manum

Jesu Chr, an. 1102.

num infirmi tetigit *quæ cutem & carnem uſque ad intima oſſis combuſſit*; ſicque ululans, atque de ſalute deſperans, impuram efflavit animam, ut idem Venerabilis Abbas enarrat, cujus integrum textum recitat Baronius anno 1100. n. 24. 25. 26.

Otto Bambergenſis Episc. confirmari ab Paſchali Papa poſtulat.

7. Hoc anno, defuncto Ruperto Epiſcopo Bambergenſi, ab Henrico Imperatore ſubſtitutus eſt Otto Cancellarius ejus: ait Uſpergenſis hoc anno. Porro cognita eſt in eodem Ottone electo mutatio dexteræ Excelſi. Siquidem execratus mox ſchiſma, verum in Eccleſia Catholica caput agnovit, Paſchalem Romanum Pontificem: apud quem Romam veniens inſignia regiæ inveſtituræ quam acceperat ab Imperatore, facti pœnitens depoſuit, projiciens ad pedes ejus, ut auctor vitæ ejus anonymus, & coævus narrat, qui in præfatione adnotat tanti viri geſta ſe exponere, quæ idem ipſe oculis ſuis viderat, atque Ebbonem S. Ottonis vitæ auctorem fuiſſe cenſent Bollandiſtæ, Idem vero Otto Bambergenſem Eccleſiam accipere coactus, qui antea Auguſtanam, & Halberſtadenſem recuſaverat, *Vovit*, ait auctor, *numquam ſe in Epiſcopatu manſurum, niſi & conſecrationem pariter, & inveſtituram canonico conſenſu, & petitione Eccleſiæ ſuæ a manu Domini Apoſtolici ſuſcipere mereretur*, in eamque rem legatos ſuos, & litteras obſequii, & obedientiæ ſuæ refertas ad Paſchal. Pontificem miſit: *Quia totius Eccleſiaſticæ dignitatis, ac religionis firmamentum in Chriſto* qui *petra eſt, & in Petro ejus diſcipulo, & ejus ſucceſſoribus; idcirco ab hac linea, ab hac virga directionis, virga regnorum, pontificatuum, & omnium poteſtatum in Eccleſia, inſanum duxi aberrare. Vobis igitur, Pater ſanctiſſime, & ſanctæ matri noſtræ Romanæ Eccleſiæ collum devote ſubmittens, auxilium & conſilium de rebus meis flagito. In obſequio enim domini mei Imperatoris per aliquot annos degens, & gratiam in ejus oculis inveniens, ſuſpectam habens in manu Regis inveſtituram: ſemel, & iterum cum dare vellet, renui Epiſcopatum: nunc vero jam tertio in Bambergenſi Epiſcopatu me ordinavit. In quo tamen minime permanebo, niſi veſtræ complaceat Sanctitati per vos me inveſtire, & conſecrare. Quidquid ergo placeat diſcretioni veſtræ de me, per Nuntios mihi ſignificate ſervo veſtro, ne forte in vanum curram, ſi ad vos currere non incipiam. Omnipotens mihi propitiam incolumitatem veſtram cuſtodiat*: hactenus Ottonis litteræ: pergit auctor. *Dominus autem Apoſtolicus viſis litteris gaviſus, eo quod pauci Epiſcopi Teutonici*

Bolland. die 2. Julii.

tonici regni, in ea malignitate temporum, matri ſuæ ut juſtum eſſet, deferrent, ei tales literas deſtinavit. Paſchalis ſervus ſervorum Dei, Ottoni dilecto fratri Bambergenſis Eccleſiæ electo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Filius ſapiens lætificat matrem ſuam; opera tua, & conſilium tuum virum præſeferunt ſenſatum. Nos igitur honorare, & profectus tuos juvare, congruum duximus. Nihil ergo de noſtra benevolentia dubitans, tuam nobis quantocyus valeas præſentiam exhibeto. Certi enim ſumus, quod divina Sapientia etiam malis hominibus bene uti novit: hucuſque Paſchalis litteræ. Porro adventus hujus Romam, ubi a Paſchali Papa Epiſcopalem promeruit ordinationem, anno ſequenti contigit, ait Baronius, cui etiam Pagius ſubſcribit not. 1. ann. 1103. At ad annum uſque 1106. Ottonis ordinationem differendam eſſe Bollandiſtæ cenſent, ut ad eum locum adnotat Manſius, de qua ibidem acturi ſumus.

Paschalis Papæ epiſt. 7. ad Robertum Flandriæ Comitem. *Labb. to. 10. p. 630.*

8. Hoc etiam anno, & tempore cum Robertus Flandriæ Comes, ante biennium ab Hieroſolymitana expeditione reverſus, in ſchiſmaticos Romanam Eccleſiam impugnantes, & Cameracenſes Henrico Imp. ſociatos arma convertiſſet, ut Leodienſes quoque eadem inſania laborantes, in officio armis ſuis contineret his litteris excitavit Paſchalis; *Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui in te virtutis efficaciam operatus, qui reverſus Hieruſalem Syriæ, in cœleſtem Hieruſalem juſtæ malitiæ operibus ire contendis. Hoc eſt legitimi militis ut ſui Regis hoſtes inſtantius perſequatur. Gratias ergo prudentiæ tuæ agimus, quod præceptum noſtrum in Camaricenſi parochia executus es: idipſum de Leodienſibus excommunicatis pſeudoclericis præcipimus. Juſtum enim eſt, ut qui ſemetipſos a Catholica Eccleſia ſegregarunt, per Catholicos ab Eccleſia beneficiis ſegregentur. Nec in hac tantum parte, ſed ubique cum poteris, Henricum hæreticorum caput, & ejus fautores pro viribus perſequaris. Nullum profecto gratius Deo ſacrificium offerre poteris, quam ſi eum impugnes, qui ſe contra Deum erexit, qui Eccleſiæ Dei regnum auferre conatur, qui in loco ſancto Simonis idolum ſtatuit, qui a principibus Dei ſanctis Apoſtolis, eorumque Vicariis de Eccleſiæ domo ſancti Spiritus judicio expulſus eſt. Hoc tibi ac militibus tuis in peccatorum remiſſionem, & Apoſtolicæ Sedis familiaritatem præcipimus, ut his laboribus, ac triumphis ad cœleſtem Hieruſalem Domino præſtante, pervenias. Datum Albani duodecimo Kalend. Februarii*: Hæc ad Robertum Paſchalis Papa.

Ut

Jesu Chr. an. 1102.

Leodienſium querelæ, ſeu invectiva adverſus Paſchalem Papam ut ſupra pag. 630.

9. Cumque per Belgium, & Leodienſem provinciam Paſchalis Papæ litteræ, quibus Robertum ad ſchiſmaticos debellandos excitabat, vulgatæ ſunt, Leodienſes in ſchiſmate obſtinati, adverſus Paſchalem Papam litteras querelarum plenas, longioremque invectivam vulgarunt, variis hinc inde ex veter, novoque teſtamento, vel Sanctorum Patrum auctoritatibus, collectis; immane tunc ab Eccleſia Romana facinus prodiſſe adnotant, eo quod adverſus ipsos Robertum Comitem ad arma in eos ferenda excitavit. Inter cetera poſt lugubrem præfationem, Petri Apoſtoli locum adducentes, *Salutat vos Eccleſia quæ eſt in Babylone collecta*, hæc addunt. *Hactenus interpretabatur*, ideo voluiſſe Petrum per Babylonem, ſignare Romam, *quia tunc Roma confuſa erat Idolatria, & omni ſpurcitia: at nunc dolor meus mihi interpretatur, quod Petrus prophetico ſpiritu, dicens Eccleſiam in Babylone collectam, prævidit confuſionem diſſenſionis, qua hodie ſcinditur Eccleſia. Nam quamvis Eccleſia ſit in Babylone mundi, tamen debet eſſe collecta per fraternam unanimitatem: Qui ſint turbines ab Africo, diſcimus patiendo magis quam legendo. De terra horribili, a Romana ſcilicet Eccleſia, viſio dura nuntiata eſt mihi: inde turbo ut tempeſtas venit ab Africo. Romanus enim præſul, pater omnium Eccleſiarum, litteras contra nos mittit Roberto Flandrenſium comiti quale exemplar tale eſt*, ac Paſchalis epiſtolam inſeruerunt, qua, & quanta ira, & furore excitati in eam epiſtolam, ſeu potius epiſtolæ auctorem ingeminaverint, ex loco ſupra exſcripto, tamquam ex ungue Leonem, conjicere licet, longam quippe rapſodiam, & ad nauſeam uſque ingeminatas ſchiſmaticorum querelas, nullatenus exſcribendas cenſemus, ibi enim lectores curioſi videri poſſunt.

1. Petri c. 5.

Mathildis Comitiſſa donationem Romanæ Eccleſiæ factam confirmat.

10. Dum hoc tempore Paſchalis Papæ fama, & nomen, Leodienſibus, aliiſque ſchiſmaticis injuriis calumniiſque proſcinderetur, Mathildis Comitiſſa, in Romanæ Eccleſiæ obſequio ſibi ſemper conſtans, cum didiciſſet donationem a ſe tempore Gregorii Papæ ſeptimi bonorum omnium ſuorum factam, ſive incuria, ſive invidorum opera excidiſſe; Alteram hoc anno fieri juſſit, quam Donizo in appendice ad vitam Mathildis verſibus ſcriptam inſeruit his verbis conceptam. *In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Anno ab Incarnatione Dom. Noſtri Jeſu Criſti milleſimo centeſimo ſecundo, quintodecimo die, Kalendas Decembris, Indictione decima, tempore Domi-*

Murat. to. 5. p. 138.

Domini Gregorii ſeptimi Papæ in Lateranenſi palatio, in capella ſanctæ Crucis, in præſentia Cencii Frangipani, Gratiani, Cencii Franculini, & Alberici de Petro Leone, & Benincaſa fratris ejus, Alberti de Tuſcio, & aliorum plurium, ego Mathilda Dei gratia ſi quid eſt, in hac charta a me facta &c., ideſt ſubſcripſi, deinde *ego Arderico judex interfui &c. Ego Ubaldus judex interfui &c. Signum manu Attonis de monte Boranzonis, & Bonvicini de Canuſio teſtes rogati*, Tandem, *ego Guido notarius Palatii ſcriptor hujus chartulæ offerſionis poſt traditam complevi, & dedi &c.* de Mathildis autem donatione Romanæ Eccleſiæ facta, & confirmata hoc anno, ne actum agamus, nil ultra addimus; de qua copioſe ſane eruditeque commentaria, diſſertationeſque ediderunt viri celeberrimi. De Bernardo autem Vallis Umbroſæ, primum Abbate, dein Cardinali Presbytero, cui donationis chartam Mathildis tradidit ſequentibus annis occurrit ſermo, cum Parmenſis Epiſcopus eſt ordinatus.

Jesu Chr. an. 1102.

Murat. aliique.

Cennius to. 2. Codic. Carol. diſſert. 5. Borgia Monum. hiſt Beneven. Dionys crypt. Vatic. p. 89. 90.

11. Biennio ante, ſeu anno 1100. Anſelmus Mediolanenſis Archiepiſcopus, cum exercitu Cruceſignatorum in Italia collecto in Orientem tranſierat, ibique, ut anno 1100. diximus Conſtantinopoli vivere deſierat, quod ubi Mediolani nunciatum eſt, Groſſolanus Joanenſis Epiſcopus jam ordinatus, cui Eccleſiam Mediolanenſem, ſe abſente, Anſelmus commendaverat; Archiepiſcopalem Sedem induſtria ſua, vel hypocriſi obtinuit; eique Bernardus Vallis Umbroſæ Abbas, & Romanæ Eccleſiæ Cardinalis favebat; At Luitprandus Mediolanenſis Presbyter, qui olim eo quod concubinariis clericis, & ſimoniacis reſtitiſſet, naſo, & auribus obtruncatus fuerat, ejuſdem conatibus aliquandiu reſtitit, ut pluribus narrat Landulphus junior in hiſtoria Mediolanenſi, cui vitæ aſperitas Groſſolani ſuſpecta erat; unde aliquando ei dixit, *Ut horridam cappam exueret, & convenientem tanto Vicario induceret*, cui cum reſpondiſſet Groſſolanus, ſe in Mundi contemptu vitam ducere velle, reſpondit Luitprandus. *En Civitas iſta ſuo more utitur pellibus variis, grixiis, marturinis, & ceteris pretioſis ornamentis, & cibis &c* Cum autem biennio ea vitæ auſteritate, orationis, & ſermocinationis frequentia gratiam ſibi Cleri, populique Mediolanenſi, promeruiſſet, ſtatim ac de Anſelmi obitu nuncius Mediolanum allatus eſt, ut ſucceſſorem ſe præsente eligerent Clerum admonuit, cum-

Groſſolanus Mediol. Archiepis. creatur.

Apud Murat. rer. Ital to. 5. cap. 4. 5. 6.

Jesu Chr. an. 1102.

cumque habito inter clerum, & cives Mediolanenſes conſilio. *Alterum de duobus Landulphis Mediolanenſis Eccleſiæ ordinariis, videlicet de Badagio, & de Verigiate*, qui Hieroſolymam tunc perrexerat, eorum votis reſtitit Groſſolanus, abſenteſque eligere prohibuit; Quare cleri, populique pars altera ipſum Groſſolanum Epiſcopum elegit, cui cum nobilium plurimi acceſſiſſent, Archiepiſcopalem Sedem aſcendit; At ejuſdem ordinationi Luitprandus Presbyter cum ſociis ſuis reſiſtit, eaque de cauſa ex utraque parte legati Romam ad Paſchalem Papam miſſi ſunt; alii confirmationem electionis ejus poſtulantes, alii econtra, ne Groſſolani electionem admitteret; At Bernardus Umbroſæ Vallis Abbas, & Cardinalis Romanus, Groſſolano favens, effecit, ut qui Groſſolani electioni reſtiterant, nequaquam audirentur, quin idem ipſe Bernardus, favente etiam Comitiſſa Mathilde, ſtolam, in ſignum collatæ dignitatis, Mediolano Groſſolano detulit, qui cum illuc perveniſſet, uſque ad majorem Eccleſiam portavit; *Clamando Heccum la ſtola*, *Eccum la ſtola*, ſeu ecce ſtola Pontificalis, cui coadunata plebs clamavit. *Moriatur quiſque contradixerit*; ſicque Abbas Bernardus, & Groſſolanus pulpitum majoris Eccleſiæ aſcendens, ejuſdem Eccceleſiæ poſſeſſionem ſolemni ritu iniit; & ut benefactoribus ſuis vicem aliquam redderet Arialdum S. Dionyſii Abbatem, qui nobilium Mediolanenſium plebiſque gratiam conciliaverat, ad majorem Abbatiam, ſeu Clarevallenſem tranſtulit, ait Landulphus, Bernardus vero Vallis Umbroſæ, poſt paucos dies, ſeu potius annos Parmenſem Epiſcopatum ſuſcepit.

Groſſolani Mediol. Archiep. geſta.

12. Groſſolanus interea Mediolanenſi Archiepiſcopatu adepto, victus veſtituſque aſperitate depoſita, *Cibis delitioſis & veſtibus prætioſis uſus eſt*, ait is auctor, *& quoſcumque non potuit ſibi blandire, tentavit minis terrere*, præcipue Luitprandum Presbyterum, cum quo graves, diuturnaſque contentiones habuit; Luitprandus enim ſimoniacum eum fuiſſe dicens, ac divino judicio, ſeu per ignem tranſeundo, id probaturum ſe fore offerebat; *Sed Groſſolani turba hoc perturbabat auctoritate Pontificum, qui Mediolani venerant, ad celebrandam ſynodum cum Groſſolano*, in qua ſe tum a ſimonia, cum ab carnis coinquinatione innoxium fuiſſe juravit, ac addidit. *Si quis vult adverſum me aliquid dicere, nunc dicat; quod ſi modo tacuerit, amplius adverſum me audientiam*

Vt ſupra c. 7. 8. 9. 10.

non

non habebit &c., ſicque Synodum clauſit, at cum hæc audiſſet Luitprandus, & populo perſuaſiſſet, ſe eum Simoniacum probaturum, poſt multas in eam rem hinc inde concertationes habitas, quas referre longum eſſet; tandem Luitprandus Petri ignei exemplo, qui ignem ingrediens ſub Urbano ſecundo, Petrum Florentinum Simoniacum fuiſſe probavit, ignitam cataſtam ingrediens, ſimoniaca labe, Groſſolanum infectum fuiſſe probavit, demonſtravitque. Quare Groſſolanus Mediolano excedens, Romam profectus eſt, ubi biennio poſt, ſeu anno 1104., cum in urbem accuſator ejus Luitprandus tranſiiſſet ejuſdem cauſa in Romana ſynodo agitata fuit; ut ibidem dicturi ſumus. JESU CHR. AN. 1103.

13. Hoc anno mortuus eſt Vradislaus hujus nominis primus Polonorum Dux; poſtquam viginti regnaſſet annos. Cumque de ſucceſſione ejus inter *Boleslaum*, *&* *Sbigneum* filios controverſia orta eſſet, tandem convenit, ut æqualem uterque partem acciperet. Sbigneus filius nothus erat Uladislai, & *Boleslaus* hujus nominis III. *Crivauſtus* cognominatus fuit. De utroque legendus Chromerus lib. 5. de rebus Polonorum ait Pagius.

Uladislaus Poloniæ Dux moritur, cui Boleslaus, frater succedit.

JESU CHRISTI AN. 1103. PASCHALIS II. PAPÆ AN. 5. HENRICI IMP. AN. 20. ALEXII COMNENI IMP. 23.

1. Cum diſſidia ob inveſtituras inter Henricum Angliæ Regem, & Anſelmum Epiſcopum indies augerentur; variæque in Anglia de PaſchalisPapæ ſententia ſpargerentur voces, cum alii, eaſdem eum toleraturum dicerent, alii econtra id negarent, ne diutius, de ſententia ſua Henricus Rex, vel Epiſcopi dubitarent; ad Anſelmum ſcribens Pontifex, ſe omnino inveſtiturarum uſum, ſeu abuſum improbare teſtatus eſt; inter cætera; *dolemus*, ait, *quia confratres noſtros Epiſcopos, Legatos Regis Anglorum benigne ſuſcepiſſemus: quæ nec diximus eis, nec cogitavimus, redeuntes ad propria retulerunt. Audivimus enim eos dixiſſe: Quia ſi Rex in aliis bene ageret, nos inveſtituras Eccleſiarum, nec probibere, nec factas excommunicare. Et quod ideo nolebamus chartæ committere; ne ſub hac occaſione, & cæteri Principes in nos inclamarent. Unde Jeſum, qui renes & corda ſcrutatur, in animam novum teſtem inducimus: ſi ex quo hujus Sanctæ Sedis curam cœpimus gerere: hoc immane ſcelus, vel deſcendit in mentem,*

Paschalis Papa inveſtituras Eccleſiarum condemnat.
lib. 3. epiſt.
lib. Novorum 3. pag. 65.

 & hoc

JESU CHR. AN. 1103.

& hoc a nobis Deus avertat, ut eſt; & non ſurrependo inficiat nos, ut aliud habeamus ore promptum illud corde reconditum &c. deinde poſt aliqua. *Si ergo virgam paſtoralitatis ſignum, ſi annulum ſignaculum fidei tradit laica manus; Quid in Eccleſia Pontifices agunt; Eccleſiæ honor atteritur, ſolvitur diſciplinæ vigor, & omnis religio chriſtiana conculcatur. Si quod novimus Sacerdotibus ſolis deberi, laica patimur temeritate præſumi, non eſt laicorum Eccleſias tradere, nec filiorum matrem adulterio maculare .... Laicorum eſt Eccleſiam tueri, non tradere*: Hæc, & alia ibidem Paſchalis Papa, ſententiam ſuam aperte Anſelmo, ceteriſque ſive ex clero, ſive ex populo, de inveſtituris ſententiam ſuam exponens.

Henricus Angliæ Rex cum Anſelmo iterum pro inveſtituris diſſidet.

Anſelmi op. pag. 23. lib. 3. Nov. p. 64

2. Cum tamen neque Pontificis voluntati, aut Anſelmi precibus cederet Henricus Rex, nec inveſtituræ jura dimmittere vellet; Anſelmus econtra ab eo ad Eccleſias regendas electos conſecrare, vel confirmare recuſaret; diſſidia iterum inter eos excitata ſunt, ut fuſiori ſtylo tum in vita Anſelmi, cum in libro novorum narrat Eadmerus; tandem ut iterum legati ad Pontificem ex utraque parte mitterentur, ac idem Anſelmus Romam pergeret, Henricus Rex rogavit, cum etenim Cantuariam Rex media quadrageſima advenifſet, quaſi alia negotia tractaturus; per ſuos miſſos Anſelmum conveuit, eum admonens, ne diuturna ſua patientia abuteretur, extrema minitans, niſi ſuæ voluntati ceſſiſſet. His autem Anſelmus reſpondit.

Anſelmi reſponſio ad Regis miſſos

Nuncii, quos pro verbis, quæ detulerunt Epiſcopi, jam reverſi ſunt, & veritati atteſtantes, ut ajunt, *litteras attulerunt. Ipſe, quæſo, litteræ inſpiciantur, ſi forte illis aliquid quod me voluntati ſuæ condeſcendere ſinat, inveniatur. Nequaquam, ambages hujuſmodi ultra non feram*, ait Henricus; *Finalem cauſæ volo habere ſententiam. Quid mihi de meis cum Papa? Quæ anteceſſores mei hoc in Regno poſſederuut, mea ſunt. Hæc ſi quis auferre mihi voluerit, quod inimicus meus ſit, omnis, qui me diligit certiſſime noverit*. Tunc Præſul ad iſta: *Nihil eorum quæ ipſius eſſe ſcio ipſi tollo, aut tollere volo. Veruntamen noverit quod nec pro redemptione capitis mei conſentiam ei de iis, quæ præſens audivi in Romano Concilio prohiberi, niſi ab eadem Sede interdictorum abſolutionis ſententia prodeat, a qua conſtitutionis ipſorum vinculum prodiit*. Tantumque tunc contentio recruduit, ut ne Anſelmus ex Anglia ejiceretur, quamplurimi timerent. Henricus tamen Anſelmi conſtantiam admirans

rans. *Anſelmo mandat, & multis precibus obſecrat*, ait Eadmerus, *quatenus ipſe per ſe Romam ire, & quod alii nequiverant, ſua induſtria conetur adquirere, ne ipſe perdendo ſuorum jura anteceſſorum, eis vilior fiat &c.* Ad hæc Anſelmus uſque ad Paſcha dilationem petiit, ut cum Epiſcopis de his conſuleret, qui cum in unum conveniſſent, Omnium una ſententia fuit. *Æquum fore illum tantæ rei gratia laborem non debere ſubterfugere*; cumque addidiſſet Anselmus, ſe nil a Pontifice petiturum umquam fore, quod Eccleſiæ libertati, aut honeſtati repugnaret, illi dixerunt. *Legatum ſuum Dominus Rex ſuas preces, Regnique negotia Apoſtolicis auribus expoſiturum tecum diriget, & tu ſolummodo iis, quæ verba dixerit atteſtare &c.*, ſicque ea conditione admiſſa, iter Anſelmus aggreditur.

Anselmus Romæ cum honore ſuſceptus. lib. 3. Nov. p. 65.

3. *Finitis itaque Paſchalibus feſtis*, ait Eadmerus, *a curia diſceſſit Anſelmus iter Angliam exeundi quantocius accelerans*; *Venimus itaque Cantuariam* ait auctor, *ubi non ultra quatuor dies demorati, & ad portum properavimus, itaque naves ingreſſi, ad Vitſandum appulimus, facta ſunt hæc anno Incarn* 1103. *quinto Kalen. Maji*. Romam adveniens Anſelmus, quem Villelmus Regis legatus præceſſerat, poſt biduum, ut ab itineris, labore ſe reficeret, *Papæ præſentatus honorifice ſuſcipitur: ac pro ejus adventu, ipſe, & quæ confluxerat Romana Curia, vehementer se lætari fatetur &c. Adeſt, & Villelmus Legationi qua fungebatur, toto ſtudio curam impendens, &c. Exponit etiam ſtatum regni, Regiamque in Romanos munificentiam: unde ampliori quadam & digniori præ cæteris ſublimitate, ex Apoſtolica largitione Regis Anglorum probat antiquitus uſos: eaque re non ſolum moleſtum, & indecens fore, huic ſuorum Anteceſſorum jura perdere. Verum etiam ſicut ſe certo cognoviſſe ferebat, magno hoc ipſum Romanis damno futurum, ſi contingeret &c. Dum hæc Regis legatus exponeret, Paſchalis Papa diligenter cuncta conſiderabat, Villelmus vero nihil eorum quæ quærebat, ſibi negaturum, arbitrans addidit: Quidquid hinc inde dicatur: volo norint, quicunque aſſiſtunt Dominum meum Regem Anglorum; nec pro amiſſione regni ſui paſſurum ſe perdere inveſtituras Eccleſiarum. Tunc vir Apoſtolicus paucis hæc verba locutus eſt. Si quemadmodum dicis: Rex tuus, nec pro regni amiſſione patietur Eccleſiarum donationes amittere: ſcias ecce, coram*

JESU CHR. AN. 1103.

coram Deo dico; quia nec pro redemptione ſui capitis eas illi aliquando Paſchalis Papa impune permittet habere quod auditum oppido conturbavit Villelmum &c. ne tamen Regem nimium exaſperaret, Romanorum conſilio Paſchalis Papa nonnulli paternos uſus, interdictis omnino Eccleſiarum Inveſtituris, Regi conceſſit: eumque ab excommunicatione, quam anteceſſorem ſuum feciſſe ſuperius diximus, immunem ad tempus conſtituit: iis dumtaxat, qui a manu ipſius Inveſtituras ſuſceperant, vel deinceps ſuſciperent uſque ad dignam tanti reatus ſatiſfactionem pro ſervanda Eccleſiaſticis rigoris diſciplina, ſub excommunicationis catena retentis. Paucis interpoſitis: *Nobis itaque Roma deſcedentibus Villelmus remanſit, aſſerens, ſeſe voto conſtrinxiſſe, Beatum Nicolaum adire. Re autem vera, Romæ moraturus, & ſi poſſet; Anſelmo abſente, quod eo præſente nequiverat Antiſtitem a data ſententia traducturus. Quod quia nequaquam facere potuit: perſuaſiores litteras Regi deferendas ne nil videretur egiſſe a Papa obtinuit*, iiſque Pontifex quod ſoſpes eſſet, virilique prole tunc auctus impenſe cum eo gratulatus eſt, ac ſe eidem in omnibus, quantum tuta conſcientia poterat ſatiſfacturum pollicitus eſt, & ne diutius Anſelmum, ob negatas inveſtituras, vexaret, eumdemque exulem revocaret hortatus eſt, ac data dicitur in Lateranis nono Kal. Decembr.

Lib. Novor. p. 67.

Anſelmus in Angliam redire prohibetur.

4. Anſelmus vero Roma egreſſus, poſtquam Paſchalis litteras accepiſſet, quibus in tota Anglia Eccleſiæ ſuæ Primatus confirmabatur, Placentinos tranſgreſſus fines, Lugdunum pervenit, *Acturi illic feſtum*, ait Eadmerus, *quod inſtabat Dominicæ Nativitatis: ſed cum Villelmus*, Regis legatus, *feſtinaret, nec nobiſcum Lugdunum divertire vellet, ſeparando ſe a Patris comitatu*, dixit ei: *Putabam Romæ cauſam noſtram alio eventu proceſſuram, & idcirco diſtuli ea, quæ Rex Dominus meus tibi dicenda mandavit hucuſque propalare. Nunc autem quia, cito greſſu ad eum redire diſpono, quæ mandat ulterius abſcondere nolo. Dicit qui ſic ad eum redieris, ut talem te illi per omnia facias quales Anteceſſoribus ſuis Anteceſſores tui ſe feciſſe noſcuntur, tunc libenti animo tuum in Angliam reditum volet, & amplectitur*. Cui Pater: *Ne amplius dices? Prudenti loquor*, ait, hac de re nihil amplius dicto. At ille: *Scio quid dicas atque intelligo*. Diviſi ergo ſunt in iſtis ab invicem, & Anſelmus cum honore, & gaudio ab Hugone Lugdunenſi Archiepiſcopo, & toto Clero ſuſce-

ſuſceptus fuit, ubi cum eſſet litteras ad Henricum Regem ſcripſit, quibus de geſtis ab ſe Romæ rationem reddidit, ſibique in Anglia reditum ab Villelmo de Vareslat ſuo nomine negatum fuiſſe addidit; Unde poſt aliqua. *Precor*, ait, *ut mihi veſtram ſi placet mandetis voluntatem; utrum ſic, quemadmodum dixi poſſim in pace veſtra, & officii mei poteſtate redire in Angliam &c.* ceterum ad omnia paratum eſſe teſtatur; At Henricus ob negatas inveſtituras in eum exaſperatus, omnes Archiepiſcopatus redditus in ſuos uſus redegere præcepit, ſicque annum unum menſes quatuor rebus omnibus ſpoliatus, Lugduni apud Hugonem reſedit; ait Eadmerus; de cujus in Angliam reditu ſuo loco ſermo fiet.

JESUS CHRISTI AN. 1104. PASCHALIS II. PAPÆ AN. 6. HENRICI IMP. AN. 22. ALEXII COMNENI IMP. 24.

Richardus Albani Epiſcop. a Paſchali Papa legatus in Gallia mittitur.

Apud Labb. biblioth. Mſ. to. 2. p. 269. Ivonis epiſt. 141. ad Richardum.

1. Chronicon ſuum ad annum 1102. Hugo Flavinicenſis Abbas, his verbis abſolvit; *Legatus in Burgundiam & Franciam directus eſt Richardus Albanenſis Epiſcopus, primo S. Stephani Mettenſis Eccleſiæ Diaconus*, qui cum ibidem hoc anno eſſet, inter cetera, concilium in oppido Balgentiaco prope Aurelianos pro abſolutione Philippi Regis congregavit; quod ut indictum novit Ivo Carnotenſis, litteras ad eum dedit, eum admonens, ut ſicuti publicum fuit ſcandalum ob initum cum Bertrada conſanguinea connubium cujus cauſa excommunicatus fuerat, ita publice etiam abſolutio eidem impertiretur, & ut ſibi ſecuritatem impetraret, vel ab Rege, vel a Comitiſſa, ut concilio adeſſe poſſet.

Synodus Belgenica pro Regis abſolutione.

2. Quem exitum hæc habuerint, epiſtola altera ad Paſchalem Pontificem data idem his verbis narrat. *Notum facimus paternitati veſtræ, quod tertio Kal. Auguſti plures Epiſcopi tam Rhemenſis, quam Senonenſis provinciæ, invitati a Domino Richardo, Albanenſi Epiſcopo Legato veſtro, convenimus in quoddam municipium Aurelianenſis Epiſcopatus, nomine Balgengiacum, ad faciendam abſolutionem Regis ſecundum tenorem litterarum, quas ſuper hac re miſerat moderatio veſtra. Convenit etiam Rex, & lateralis ſua, & ſecundum præceptum veſtrum, tactis ſacroſanctis Evangeliis, parati fuerunt abjurare abſolute omnem carnalis copulæ conſuetudinem, inſuper & mutuam collocutionem niſi ſub teſtimonio perſonarum minime ſuſpectarum, uſque ad veſtram di-*

Jesu Chr. an. 1104.

ſpenſationem. Cumque ibidem congregati Epiſcopi inter ſe diſſiderent, re infecta ſolutum eſt concilium, & Pontificem Rex Philippus iterum interpellavit, *Cum itaque, ſubdit Ivo; ita res indefinita remanſerit in medio: Rex clamitans ſe male eſſe tractatum; tamen per ſe, & per nos adhuc pulſat ad aures paternitatis veſtræ, ut ſecundum moderationem litterarum veſtrarum, & verba, quæ Domno Galoni Coepiſcopo noſtro injunxiſtis, cauſam ejus temperetis, ne contingat de eo illud Salamonis: Qui multum emungit, elicit ſanguinem. Diſpenſationis autem modus nulli unquam ſapientum diſplicuit. Unde beatus Cyrillus ad Gennadium præsbiterum. Sicut enim, qui mare navigant, tempeſtate urgente, navique periclitante, quædam exonerant, ut cætera ſalva permaneant; ita & nos cum non habemus ſalvandorum omnium negotiorum certitudinem, deſpicimus ex iis quædam, ne cunctorum patiamur diſpendia. Et qui hæc ſuggerendo dicimus, non docendo; noſtræ ſuggeſtionis ſumma eſt, imbecillitati hominis amodo quantum cum ſalute ejus poteſtis, condeſcendatis, & terram, quæ ejus anathemate periclitatur, ab hoc periculo eruatis.*

Paschalis Papa Philippi Regis cauſam Galliæ Episc. committit. *Labb. to.* 10. *epiſt.* 35. *p.* 658.

3. Paſchalis autem Papa Epiſcoporum Galliæ conſilium ſequens, eorum arbitrio cauſam delegavit; Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Remenſem, Senonenſem, & Turonenſem provincias conſtitutis hæc ſcribens. *Significatum nobis eſt quorumdam veſtrum litteris, quia filius noſter Francorum Rex fœminam illam pro qua toties admonitus, immo excommunicatus fuit, juxta præceptum noſtrum abjurare decreverit, ipſa etiam mulier Regem abjurare parata ſit*; Idque lætiſſimum ſibi fuiſſe addit, deinde. *Hanc cauſam fratri noſtro Albanenſi Epiſcopo reminiſcimini a nobis fuiſſe commiſſam Si ergo idem frater Franciæ jam fines egreſſus eſt, nos eamdem cauſam. aſpirante Domino, una vobiſcum peragendam venerabili fratri Lamberto Attrebatenſi Epiſcopo committimus &c. Quare ſi idem Rex ſatisfactione oblata, illicito connubio abdicato. ac ad idem flagitium numquam rediturum promiſerit, ſatisfactionem eorum vice noſtra vobiſcum Artrebatenſis Epiſcopus ſuſcipiat, & a vinculo excommunicationis abſolvat, quatenus largiente domino, & filium Eccleſia, & Regem ſibi Franciæ reconciliatum Epiſcopali miniſterio gratuletur. Datum Laterani per manum Joannis III. nonas Octobris.*

Pari-

4. Pariſiis itaque Epiſcopi congregati, cum ibidem Philippus Rex, & Beltrada juramento ſeſe obſtrinxiſſent, mutua conſuetudine receſſuros, abſolutionem promeruerunt; Juramenti formulam ex Dacherio tom. 3. Spicilegii exhibet Labbeus loco ſupracitato, ac *Actum Pariſiis*, dicitur, *in præſentia Domini Daimberti Senonenſis, & Radulphi Turonenſis Archiepiſcoporum, aliorumque ex clero, & Regni Proceribus. Sicque ex Apoſtolicæ Sedis auctoritate reincorporatus eſt Philippus Rex Francorum Sanctæ Catholicæ Eccleſiæ matri ſuæ IV. Nonas Decemb. Indict. XIII. Anno autem Dei Chriſti* 1104. *Pontificante vero in ſede Romana Domno Paſchali Papa II. anno ſexto*. Idemque conſtat ex altero Codice Igniacenſi dicto, ab Sirmondo primum, dein ab Labbeo edito, etſi per errorem annus 1105. ibidem legatur.

Jesu Chr. An. 1104.

Juramentum Philippi Regis, & abſolutio.

Pag. 742.

5. In eam rem extant adhuc epiſtolæ tum Philippi Regis ad Lambertum Attrebatenſem Epiſcopum, qua eum rogat, ut juxta delegatam ſibi ab Paſchali Pontifice poteſtatem, cum Epiſcopis *in craſtino feſtivitatis S. Andreæ adeſſe dignetur*; His vero peractis Lambertus Paſchalem Papam litteris ſuis certiorem reddidit. *Convenientes Pariſiis ex veſtra auctoritate Archiepiſcopi Daimbertus ſcilicet, & reliqui quorum ibidem nomina leguntur; Fecerunt recitare litteras a veſtra Sede pro ſatisfactione, & abſolutione Regis miſſas, lectis itaque, & intellectis miſerunt ad Regem Joannem Aurelianenſem, & Gualonem Pariſienſem Epiſcopos ſciſcitantes, ſi Rex juxta tenorem litterarum veſtrarum ſatisfaceret, & carnalis, & illicitæ copulæ peccatum abjurare decreviſſet; Quibus benigne reſpondens ait, ſe Deo, & Rom. Eccleſiæ libenter velle ſatisfacere, & Apoſtolicæ Sedis præcepto, Archiepiſcoporum quoque, & Epiſcoporum præſentium acquieſcere conſilio &c.*, ac coram præfatis Epiſcopis, Abbatibus, Clericiſque plurimis, Rex adveniens. *Satis devote, multumque humiliter, nudis pedibus peccato renuncians, & excommunicationem emendans, & ſic ex veſtra auctoritate abſolutionem ſuſcipere meruit*; cum juramentum, cujus ſupra mentionem fecimus, præſtitiſſet, ſicque hæc tandem Philippi Regis cauſa, quæ jamdiu Romanos Pontifices, & Galliarum Epiſcopos ſollicitos detinuerat, finem habuit.

Lamberti Attrabaten. Episc. de Philippi abſolutione litteræ ad Paschalem.

6. Hoc eodem anno aliud Trecis concilium celebravit Richardus Rom. Sedis legatus, cujus meminit Ivo in epiſtola

Concilium Trecense ab Richardo Ro

Jesu Chr. an. 1104.

manæ Sedis legato celebratur.

Labb. to. 10. *p.* 738. *Epiſt.* 258.

Bollandi Sur. d. 8. *Novembris.* *Labb. p.* 738.

Godefridus Ambianenſis Episc. ordinatur.

Pagi n. 8.

ſtola ad Paſchalem Papam, ac ibidem Silvanectenſem Epiſcopum ſimoniæ crimine ab malevolis accuſatum, cum tanti criminis nullam probationem attuliſſent, juramento ſe purgaſſe narrat. In eodem etiam concilio Godefridus Abbas Novigenti, vir pietate doctrinaque inſignis, Ambianenſis Epiſcopus electus, ab Richardo Paſchalis Papæ legato confirmatus fuit, ut Nicolaus Sveſſionenſis monachus coævus, vel Godefrido proximus narrat; *Eodem tempore*, quo electio ejus facta fuerat; *Richardus Cardinalis & Apoſtolicæ Sedis legatus apud Trecenſem celeberrimum habuit conventum Epiſcoporum, Abbatum, & Galliarum procerum. Eo igitur ſe Ambiorum legati conferunt, ſuo proponunt ſe paſtore orbatos, unanimiter a Clero, & populo aſſerunt Godefridum, Rege quoque aſſentiente. Tum vero omnes, qui in eo conventu Godefridum noverant, Chriſtum ſummopere collaudarant. Sed ille interim fugam meditabatur* (aderat enim ibi ut Abbas cum ceteris) *At vero interceptus, jubente Cardinali, & Epiſcopis, in medio eorum adducitur, cunctis acclamantibus dignum eum fore Eccleſiæ miniſtrum, ſtrenuum diſpenſatorem; beatum futurum populum, qui talem ſit paſtorem habiturus*, & ſane in ea Sede poſitus, *Sanctitatis, & pudicitiæ cuſtos adeo præclarus, & ſtudioſus ubique extitit, ut infames clericos, vel impuro matrimonio copulatos, non ſolum a ſuo conſortio, ſed etiam a Chori ingreſſu conſtanter arceret*, ait idem Nicolaus vitæ auctor, Trecenſis etiam concilii meminit auctor chronici Petri vivi Senonenſis, his verbis. *Anno millecenteſimo quinto tenuit concilium apud Trecas Richardus Albaniæ Epiſpus quinto Kal. Aprilis*, ſed legendum eſt ait Pagius 1104. nam deſinente hoc anno a Galliis exceſſerat Richardus: Qua de cauſa, eo abſente, cauſam Philippi Regis Galliarum Epiſcopis commiſerat, ut ſupra diximus, duo tamen Trecis concilia hoc, & ſequenti anno celebrata fuiſſe Manſius contendit, tertium etiam anno 1107. ab Paſchali Papa, at cum alterius Trecenſis concilii acta perierint, ut ait Manſius, plura in hanc rem non addimus, ne in incerta quæstione lectores detineamus; extat etiam Ugonis Trecenſis Comitis charta donationis Eccleſiæ Trecenſi facta, ac in ſynodo oblata, & confirmata ab Richardo legato, ceteriſque adſtantibus ibidem Epiſcopis, coram ſubſcriptis teſtibus, *Actum Trecis anno* 1104.

nonas

ab Incarnat. 4. *nonas Aprilis*, *indict.* 12. ut apud Labbeum videre eſt tom. 10. p. 739. Jesu Chr. an. 1104.

7. Inter Pariſienſis concilii Epiſcopos Gualo, ſeu Valo Pariſienſis recenſetur, quem hoc anno ex Bellovacenſi ſede translatum fuiſſe ſcimus; Hic porro ante tres, quatuorque annos Bellovacenſis Epiſcopus electus, ejuſdem Eccleſiæ poſſeſſionem, reſiſtente ſibi Lodovico Philippi filio, adire non potuit, eumdemque, ut ad Pariſienſem Eccleſiam transferreretur Ivo Carnotenſis auctor fuit, de quibus ad Paſcahalem Papam ſcribens hoc anno · *De cetero*, ait *ſanctæ paternitati veſtræ ſupplicando ſuggerimus, ut domnum Galonem Coepiſcopum noſtrum, de Belvacenſi Episcopatu, quem propter ſacramentum Domini Ludovici habere non poteſt, per manum Senonenſis Archiepiſcopi transferre jubeatis in Pariſienſem Epiſcopatum quem ei gratanter, & devote concedunt pro veſtro amore Rex, & Regis filius. Qualiter autem in eum cleri, & plebis vota conveniant, dicet vobis præſentium portitor clericus Pariſienſis Eccleſiæ Canonicus, ut cognoſcatis eum bene poſſe transferri, qui ſedem propriam nulla ratione prævaleat adipiſci*, & epiſtola altera Manaſſem Remenſem Epiſcopum admonet, ne Valone rejecto, alterum in eam Sedem conſecraret, *donec pax quæ inter Dominum Regem, & Domnum Gallonem Belvacenſi Eccleſiæ conſecratum, aut integre ſolidetur, aut penitus diſrumpatur*, ne majores eadem cauſa pendente turbas excitaret; Tandem cum de reintegranda inter eos concordia pene diſperaret, ut idem Galo, ſeu Valo in Pariſienſem Sedem transferre poſſet, Paſchalem Papam rogavit, eodemque tempore ad Daimbertum Senonenſem Metropolitam pro eadem translatione ſollicitans hæc ſcripſit: *Notum facimus veſtræ paternitati, quod Clerus, & populus Pariſienſis Eccleſiæ voto, & voce Domnum Galonem Belvacenſi Eccleſiæ conſecratum in Epiſcopum elegerunt, & ipſam electionem cum litterarum adſtipulationis miſſis ex clero idoneis perſonis prædicto Epiſcopo præſente, ut paſtoralem prædictæ Eccleſiæ, curam ſuſciperet, humiliter, & devote petierunt. Sed quia translationes Epiſcoporum neceſſitate urgente Metropolitani auctoritate, & ſummi Pontificis diſpenſatione fieri oportet, nos quantum in nobis eſt eidem electioni adſtipulando, a Domno Papa poſtuleris, ut prædictum Epiſcopum per manum veſtram transferri præcipiat, cum*

Valo ex Bellovacenſi ſede in Pariſiensem translatus.

Ivon. epiſt. 144., 145., 146.

F 2 *pro-*

Jesu Chr. an. 1104.

propriam Sedem obtinere non valeat &c. hactenus de his Ivo Carnotenſis.

Gualo, ſeu Valo ab Paſchali Papa legatus in Poloniam miſſus.

8. Intermedio autem hoc tempore, quo Gualo Bellovacenſis Epiſcopus electus, & conſecratus fuerat, & Pariſienſem Sedem poſtea obtinuit, ideſt inter annum 1101., & 1104. cum in urbem advenifſet Valo, cauſam ſuam, pro Bellovacenſi ſede obtinenda acturus, cum eum prudentia in rebus agendis, ac pietate quoque præditum eſſe Paſchalis Papa cognoviſſet, in Poloniam legatum miſit, cujus legationis in hiſtoria Polonica his verbis Longinus meminit. *Summi Pontificis Paſchalis ſecundi Nuncius cum poteſtate Legati de latere Gualdo*, alias Vvalo, *Epiſcopus Bellovacenſis in Poloniam, Boleslao de Moravica expeditione redeunte, venit. Qui a Boleslao comiter exceptus, Polonica viſitata, prout a Summo Pontifice juſſus erat, Eccleſia, rigore juſtitiæ in ſceleratos, Boleslai Ducis illum animante acuenteque aſſiſtentia, duos Provinciæ Gneſnenſis Epiſcopos, culpa exigente, damnavit, & ſuis per ſententiam depoſitionis privavit ſedibus. &c.* quinam ii duo Epiſcopi fuerint ab Valone depoſiti, ſe ignoraſſe teſtatur; Ex conjectura tamen addit, ex his unum fuiſſe Cracovienſem Epiſcopum, qui *nulla ſummi Pontificis auctoritate ſed ſola Ducis Poloniæ donatione* eam Eccleſiam retinebat; Ea autem legatione ſancte laudabiliterque perfunctus Valo, in urbem geſtorum ſuorum Pontifici rationem redditurus, reverſus eſt, a quo in Galliam remiſſus? Pariſienſem Sedem obtinuit, uti ſupra diximus

Ivonis epiſt. ad Richardum Apoſt. sedis legatum, qua se suosque excuſat. Epiſt. 133.

9. Poſt Trecenſem ſynodum, cum adhuc in Galliis eſſet Richardus Apoſtolica legatione ab Paſchali Papa ſibi delegata perfungens, Carnotenſem clerum, una cum Epiſcopo Ivone, tamquam ſimoniaca labe infectum nonnulli apud eum accuſarunt, quam calumniam falſamque accuſationem, ut a ſe ipſo, & clero ſuo dilueret Ivo Carnotenſis, longiorem ad eum epiſtolam dedit: Inter cetera, cum omnis ſimoniæ ſpeciem ab Eccleſia ſua, ſe extirpaſſe dixiſſet, hæc ad ſuorum excuſationem addit. *Si quæ autem adhuc ſunt, quæ pro conſuetudine antiqua publice exigant Decanus, & Cantor & alii miniſtri ab his, qui Canonici fiunt, me contradicente, & perſequente: Romanæ Eccleſiæ conſuetudine ſe defendunt, in, qua, dicunt, Cubicularios, & miniſtros ſacri Palatii multa exigere a conſecratis Epiſcopis, vel Abbatibus, quæ oblationis,*

vel

vel benedictionis nomine pallientur, cum nec calamus, nec charta, gratis, ut ajunt habeatur, & hoc quaſi lapide conterunt frontem meam, cum non habeam quid reſpondeam, niſi Evangelicum illud. Quod dicunt, ſervate, & facite, ſed ſi id faciunt, ſecundum opera eorum nolite facere &c.. Si quæ tamen adhuc in domo ſua, ſeu Eccleſia ſibi commiſſa erant, quæ emendatione indigerent, ſe hominem eſſe erroribus obnoxium addit, nec ſe Noe meliorem, in cujus arca, *deriſor patris inventum eſt*, ideſt Cham, aut Abraham, cui dictum eſt, ejice Ancillam, & filium ejus, aut Iſaaco in cujus domo cum Jacob, Eſau erat, & in familia Redemptoris Iudas quoque inventus eſt; Hæc, & alia ibidem, quæ exſcribere non juvat

Jesu Chr. an. 1104.

Ivonis epiſt. altera ad Paſchalem Papam de appellationum frequentia. *epiſt. 219.*

10. Epiſtola altera ad Paſchalem Papam eodem ferme tempore data, de frequentiori ad Apoſtolicam ſedem appellatione conqueritur, ut etenim abuſus aliquot in clero ſuo emendaret, nunnullos, vel officio, vel ab fructibus percipiendis prohibuerat, ac præpoſituræ partem quibuſdam negligentibus ſubtractam, in alios, qui diligenter officio ſuo fungebantur, tranſtulerat, idque cum cleri ſui conſenſu, & Richardi Paſchalis Papæ legati approbatione ſtatuerat, ut ibidem Ivo narrat; At indiſciplinati clerici, ut ejuſdem ſententiæ ſe ſubtraherent, Romam profecti querelas ſuas adPontificem detulerant, ac inde reverſi, litteraſque ab urbe ferrentes, ut ſuis officiis, vel ſtipendiis reſtituerentur, has utpote obreptitias habuit Ivo Carnotenſis, ac Pontifici reſcribens, hæc adnotat. *Nuper litteras accepi a quodam adoleſcente canonico Eccleſiæ noſtræ charactere Apoſtolico ſignatas, quas cum aperuiſſem, & perlegiſſem, multis de cauſis ſuſpectas habui, exiſtimans eas aut eſſe furtivas, aut aliqua ſuggeſtione fallaci ſubreptas. Primo quia prædictus adoleſcens infeſtus eſt mihi, quod eum non permitto contra canones, & Conciliorum edicta per manum laicam in quadam Eccleſia Presbyterium uſurpare, & Presbyteri oblationes Presbytero ablatas ſuis uſibus mancipare. Alter vero clericus qui cum adoleſcente fuit, & ipſe mihi infeſtus eſt, qui in hoc negotio nullus eſt: quia canonicus non eſt, nec in conventu bonorum audiendus, qui a me ſuſpenſus eſt ab officio Diaconi propter inceſtum patratum cum uxore conſanguinei ſui. Hæc de perſonis interim dicta ſint. Præterea conſuetudinem Apoſtolicæ*

epiſt. ut ſup.

Jesu Chr. an. 1104. *ſtolocæ Sedis hactenus fuiſſe nec legimus, nec audivimus, ut ad delationem unius perſonæ quamlibet ſplendidæ ſententia daretur in abſentem, præcipue qui nec auditus fuerat, nec vocatus &c.*, ac ad innocentiam ſuam demonſtrandam plurima ſubdit; deinde quantum in excitanda canonicorum Eccleſiæ ſuæ in officiis divinis diſciplina hactenus egerit, sed fruſtra exponit, tandem ne abs ſe ſtatuta revocaret, aut diſcolis clericis aures præberet, precatur, hæc etiam ſubdens: *Quod ſi juvenili vigore poſſemus adhuc peditare per ruinoſas Alpium vias, equitare per præcipites præterfluentium torrentium undas & præcedere aut ſubſequi ad Apoſtolicam Sedem delatores noſtros: proculdubio refrenaret ſe murmurantium lingua quæ parum adhuc novit, quid diſtet inter ſerenitatem charitatis, & caliginem cupiditatis. Si ergo aliquod temperamentum adverſus hæc incommoda non procuraveritis, & inveteratis dierum malorum, & indiſciplinatis juvenibus, qui vix ſunt digni habere, quæ habent, nedum ambire quæ non habent, vexandum me expoſueritis? unum reſtat mihi tutum, & totum conſilium, aſſumptis pennis columbæ, a moleſtiis inutilibus avolare; & in ſolitudine requieſcere &c.* poſt abdicatam Epiſcopatus ſarcinam, uti ſæpius cogitaverat, ac ut id ſibi liceret Pontificem alias rogaverat

De appellationibus ad Rom. Eccleſ. quærelæ.

11. Vetus querela Epiſcoporum in Romanam Eccleſiam ait hoc loco Baronius, de appellationibus per clericos incorrigibiles ingeri ſolitis, ut evitent, vel ſaltem differant, quam juſte merentur ſubire ſententiam, de qua abunde ſatis Sanctus Bernardus ad Eugenium Papam ſcripſit. Cui malo cum plura ſint adhibita per Pontificia decreta remedia, tamen quod aditus iſte non poteſt, nec debet ita occludi malis, ut non pateat bonis adverſus malos: haud omnino ita potuit in omnibus eſſe proſpectum, ne cum bonis mali ſe miſceant in ingreſſu, cum præſertim juſtitiæ ſpeciem in omnibus repræſentent, & voce magis oſtentent, & non niſi adverſus malum remedia poſtulare proclament, nec prohiberi poſſe quemquam ab illo confugio, quod omnes homines poſſident jure naturæ, a minori ad majorem potentiam provocandi.

Ivonis Epiſc. in Sedem Apoſtol. reverentia.

12. In Apoſtolicæ autem Sedis obſequio, & obedientia, uſque ad obitum Ivonem perſeveraſſe, epiſtolæ ejus aperte teſtantur; Inter cetera, cum Turgedus Abrincenſis Epiſcopus

pus, eo adductus eſſet, ut vel Paſchali Papæ, vel Regi contraire cogeretur, ac ad Ivonem, confugiſſet, conſilium ab eo expoſtulans, Apoſtolicæ Sedis præcepta, Regalibus præferenda eſſe aperte Ivo teſtatus eſt; *Cogit enim vos ex una parte legatio Apoſtolicæ Sedis, ut præceptis ejus obediatis: urget vos ex altera parte regia poteſtas, ut reſiſtatis. Cum igitur ſibi invicem adverſentur præcepta Apoſtolica, & regalia: ſanum conſilium nemo vobis dare poteſt aliud, quam quod Suſanna dictante Spiritu ſancto ſibi dedit: Melius eſt mibi incidere in manus hominum, quam derelinquere legem Dei mei. Videlicet ut aut Apoſtolicæ Sedi in Legatis ſuis plenarie obediatis, aut principaliter ad Sedem Apoſtolicam vicarios veſtros mittatis, qui ibi pro vobis ſatisfaciant. & gratiam Sedis Apoſtolicæ vobis reſtituant: alioqui anahtematis vinculum rumpere poteſtis, ſolvere non poteſtis.* Hactenus Ivo ad Turgedum Epiſcopum, quem circa hæc tempora Abrincenſem Epiſcopum ordinatum fuiſſe ſcimus, ac ejuſdem Eccleſiæ Præſulatum triginta ferme annis tenuiſſe adnotat Ordericus libro quarto; ideſt ultra annum 1130. *epiſt. 273.*

13. Engilberto Trevirenſi Archiepiſcopo nonis Septemb. anni 1101. demortuo, Trevirenſes ab Henrico Imp. ſibi Epiſcopum dari petierunt, & civibus conſentientibus Bruno Francus natione ordinatus eſt idibus Januarii anni 1102., & Trevirim venit die Purificationis ſanctæ Dei Genetricis, uti refert Auctor Anonymus Hiſtoriæ Trevirenſis Tom. 12. Spicilegii Dacheriani ex Codice MS. Sancti Cornelii Compendienſis, qui etiam Concilium hoc anno Romæ celebratum, & a Labbeo prætermiſſum his verbis narrat: *Anno ordinationis ſuæ tertio menſe Martio, Romam profectus Apoſtolorum gratia, & percipiendæ benedictionis magiſtri cauſa, invenit Dominum Paſchalem Papam univerſali Synodo præſidentem, Papatus ſui jam annum octavum* (legendum annum quintum) *agentem, a quo honorificeſuſceptus eſt, utpote Belgicæ, Galliæ primæ Metropolis Præſul magnificus, &c. Sed quoniam Epiſcopalia, annulum videlicet, & baculum per manum laicam ſuſcepiſſet, atque quia Eccleſias dedicaſſet, & Clericos necdum Pallium conſecutus promoviſſet, multum aſpere correptus eſt, & decernente Epiſcoporum ibi congregatorum Concilio Pontificatus officium depoſuit, quod tamen ipſis intervenientibus, quia diſcretio ejus, & prudentia officio, & tempori*

Bruno Trevirenſi Episc. in Synodo Rom. confirmatur.

JESU CHR. AN. 1104. *pori congruens erat, & poſt triduum, non ſine admiſſorum pœnitentia recuperavit, injuncta ei pœnitentia eſt, ut quotiens in ſpatio trium annorum proximorum Miſſarum ſolemnia celebraret, Dalmaticis non uteretur: quod ipſe humiliter implevit. Deinde accepta tam Apoſtolici, quam totius Synodi benedictione pallii honore donatus cum gaudio remeavit*; ait auctor anonymus, & coævus, qui hiſtoriam ſuam uſque ad annum 1122. perduxit, quo loco de Brunonis pietate, atque in rebus agendis prudentia hæc etiam addit.

Bruno Trevir. Episc. pietate, & prudentia fulget.

14. *Fuit conſtans in oratione, devotus in eleemoſynarum largitione, pius in viduarum, & pupillorum defenſione*, inquit Anonymus Dacherianus, ac ſubdit: *Quoniam in rebus commiſſis ſibi ſtrenuiſſimus erat, defuncto Imperatore, communi conſilio Principum Curiæ Regiæ Vicedominus effectus eſt, & regnum regnique hæres Henricus videlicet hujus nominis V. Rex adhuc adoleſcens circa annos xx. ei committitur, ut & regnum ſuæ providentiæ diſponeret, & hæredem regni morum ſuorum honeſtate, & diſciplina, qua ipſe præ omnibus pollebat, informaret, quouſque in virum perfectum ætate, & ſapientia educatus ſuccreviſſet: quem ſuſceptum tandiu educavit, uſque dum Adelberti, tunc Cancellarii, poſtea vero Moguntienſis Epiſcopi detractionibus exaſperatus, regni, & hæredis providentiam Proceribus reconſignavit &c.* ſed de his hactenus. Romanum autem concilium in quo Brunonis cauſa agitata fuit, noviſſima conciliorum editio Veneta exhibet.

to. 20. pag. 1183.

Groſſolanus Mediol. Epis. ab Paschali Papa confirmatus.

15. Ob Groſſolani ordinationem, graves in Mediolanenſi Eccleſia turbas excitatas fuiſſe anno 1102. adnotavimus, Ea de cauſa, cum ad Paſchalem Papam, tum Groſſolanus, cum adverſarius ejus Luitprandus confugiſsent, hoc anno in Romana Synodo cauſa cognita Groſſolani ordinationem Paſchalis Papa confirmavit, ut pluribus narrat Landulphus junior in hiſtoria Mediolanenſi, atque his ſe interfuiſse non ſemel adnotat; Cum itaque Luitprandus, qui per ignem tranſierat, ut Grosſolanum ſimoniæ vitio infectum probaret, ac Grosſolanus Romam tranſiiſsent, cum ab Epiſcopis ſuffraganeis Agone Aquenſi, ac Arderico Laudenſi didiciſset Pontifex Luitprandum ſua ſponte, & invitis pene Epiſcopis per ignitam cataſtam tranſiiſse, aliqualemque ex igne læſionem ſuſtinuiſse, dum incenſum, & aquam benedictam in ignem mitteret, *& quia pet equi Joannes de Rode nudum Presbyteri*

apud Murat. rer. Ital. to. 5. cap. 11. 16.

geſi, ſeu Luitprandi pedem de igne exeuntis dure calcavit, quaſi his ſignis Luitprandi temeritatem Deus compreſſiſſet. Paſchalis Papa, *ſuper ſedem ſuam ipſum Groſſolanum poſuit, & per quot dies idem Groſſolanus fuit Laterani, eum ſupra ſedem ſuam ſedere fecit, atque ipſi ſedenti ceſſit, & locum dedit*, nec ſolum tanto honore dignum fecit, ſed etiam, ut ſubdit auctor, *Curiam quoque ſuam, & omnes cauſas Eccleſiaſticas a ſe diſcernendas, & judicandas ipſi Groſſolano ad diſcernendum, & judicandum tradidit.* JESU CHR. AN. 1104.

15. Tanto exceptus honore Groſsolanus, ſede recepta, Mediolanum reverſus, alios ibidem adverſarios reperit; nam *Landulphus de Vereglate Mediolanum veniens*; ex Paleſtina ſcilicet, *clero, & populo Mediolanenſi promittens deponere Groſſolanum ab omni Eccleſiaſtico officio juxta canonum rationem*, *inquit*; *Cur de lege Presbyteri* (nempe Librandi) *& Groſſolano contenditis: En vobis certiſſime dico, & per Joannem Vicomercatenſem Groſſolano mando, quod ego apud Dominum Papam Paſchalem, ejuſque Curiam, vel Synodum, certis cum rationibus, & juſtis, & ſanctis canonibus, comprobabo, illum non poſſe ſubſiſtere in numero Epiſcoporum, vel Presbyterorum, aut etiam in aliquo ordine Clericorum. Clerus vero, & populus huic authentico viro, & ſecundum quandam novitatem Canonico Sancti Nazarii Præpoſito, & Majoris Mediolanenſis Eccleſiæ Ordinario, credulus una cum Groſſolano ad Romanam Synodum pervenire ſtuduit: unde rigidus, & ſapiens Capitaneus Mediolanenſium Amyſo de Landriano*, ait *vos Ludriam in aqua negare vultis*; fruſtra ſcilicet, ſe laborare indicans, nam ſicuti Ludria in aqua ſecurior, quam in terra eſt; ita Groſſolanus in urbe, ubi tanto cum honore exceptus antea fuerat; & ſane cum iterum hoc, vel ſequenti anno, ut ait Pagius, eadem cauſa coram Paſchali Papa peracta fuiſſet, Groſſolanus autem juramento probaſſet, ſe nequaquam coegiſſe Luitprandum, ut ignem ingrederetur. quod etiam Laudenſis Epiſcopus confirmavit; ut gratiam reſtitutionis acciperet, acceſſit; quo tempore *Virga paſtoralis, quam manu tenebat, coram ſynodo in terram corruit*, ait Landulphus, *unde eum Mediolanenſi Sede mox dejiciendum eſſe adverſarii ejus ſuſpicati ſunt, his tamen ſpretis Pontifex eumdem ſuæ Sedi iterum reſtituit.*

Accuſationes in Groſsolanum inſtaurantur.

not.6. ann. 1105.

Jesu Chr. an. 1104.

16. Fruſtra tamen in Groſſolani defenſione Pontificem laboraſſe adnotat, nam etſi Groſſolanus Mediolanenſem Sedem aliquandiu retinuerit, tantoſque adverſarios ſuſtinuit, ut tandem inde ejiceretur, ut infra dicturi ſumus; nam ut idem Landulphus narrat. *Ipſa quoque Eccleſia, & Regnum, quæ pro Groſſolano ſynodum ipſam tractavit, in ſemetipſis diſſenſionem ſervans, ſervavit, & ſervando, quis poteſt enarrare combuſtiones, deſolationes, abominationes, quæ combuſſerunt, & deſolaverunt Mediolanum, & Regnum, ipſumque Sacerdotium &c.* de quibus infra ſermo redibit; Luitprandus vero, qui ad probandam Groſſolani ſimoniam per ignem tranſierat, *licet occaſione hujus reſtitutionis*, ait Landulphus, *foret ſuſpectus Groſſolano reſtituto. & reſtitutum ſuſcipientibus, tamen in Eccleſia S. Pauli, ſuaque domo fuit Sacerdos idoneus in officio ſuo per ſeptem annos poſt ipſum reſtitutionem.* Quem etiam in Valletina ſæpe habitaſſe, quem inde redeuntem Monaſterio de Elivate infirmum ſe inveniſſe addit, at repente ſanatum, cum eo ad ſanctum Damianum de Baraga pernoctaſſe, die autem ſequenti; *Ante Solis occaſum Eccleſiam S. Pauli, domumque noſtram intravimus, atque familiam, quæ ibi aderat, noſtram lætam fecimus*, ubi plura etiam de ſe ipſo, deque avunculo ſuo Landulpho ſeniore adnotat; Inter cetera ſe in hac Mediolanenſis Eccleſiæ perturbatione, cum Anſelmo de Poſterla, & Olrico Vicedomino, *Cum Anſelmo, Cantuarienſi Epiſcopo, qui hoc tempore in Galliis exul degebat, per annum, & dimidium Turoni, & Pariſinis in ſcholis, magiſtri Alfredi, & Gulielmi, legi, & legendo, ſcribendo, multiſque aliis modis Anſelmo multam, commoditatem dedi &c*, Hactenus de ſe ipſo, rebuſque ſuis Landulphus.

cap. 3.

Mediol. Eccleſiæ turbæ ob Groſſolanum perſeverant.

De Luitprandi geſtis hoc tempore. *cap. 12. & 14.*

cap. 13.

Bernardus Cardin., & Apoſt. Sedis legatus Parmam tranſiit quæ ibidem paſſus ſit.

17. Iiſdem fere, quin & majoribus diſſidiis Parmenſis Eccleſia, & Cives hoc tempore vexabatur, utpote quæ diu in ſchiſmate perſeverans, ſchiſmaticorum quaſi ſedes in Longobardia erat; Cumque ut ſupra diximus, Paſchalis Papa Apoſtolicæ Sedis legatum Bernardum, ex Abbate Vallis Umbroſæ, ſeu Ambroſiæ, Cardinalem creatum, ad Mathildem in Longobardia miſiſſet; Parmenſium nonnulli, qui in Apoſtolicæ Sedis obſequio perſeveraverant; vel cum ea ſe ſuoſque cives reconciliari optaverant; Eum adeuntes rogarunt, ut Parmam tranſiret, ac ſchiſmaticos ibidem degentes, auctoritate ſua, & prædicatione ab ſchiſmate revocaret, piæ poſtulatio-

ni

annuit Bernardus, hortatuque Mathildis Parmam perrexit, ac die Aſſumptionis B. M. Virginis Miſſam ſolemni ritu celebrans, cantato Evangelio concionem ad populum habuit, in qua cum aliquantiſper Henricum Imperatorem perſtrinxiſſet: adeo in eum commota eſt plebs infidelis, adhuc ſtudioſa hæretici Principis, ut impetum nudatis enſibus in eum fecerit, & in altari hoſtiam offerentem ab altari abſtractum trahunt extra Eccleſiam, ac detrudant eum in carcerem, diripiuntque ſacra vaſa, quæ erant ſuper altare, dona Comitiſſæ Mathildis: quæ his auditis cum exercitu Parmam venit: Cujus adventu perterriti cives illi ſacrilegi dimittunt Bernardum, ſacraque ablata vaſa reſtituunt; ut autem ipſa Mathildis parceret iiſdem tanti facinoris culpa reſperſis, interceſſio inſtans effecit ipſius Bernardi. Scripſit pluribus hæc verſibus Donizo in vita Mathildis, qui forte his aderat. In concilio autem Quaſtallenſi, petentibus iisdem Parmenſibus, Paſchalis Papa eumdem Bernardum Parmenſem Epiſcopum ordinavit, ut ſuo loco dicturi ſumus.

Obitus Petri Aragoniæ Regis cui ſuccedit Idelphonsus frater.

Pagi not.17. an. 1104. Marian. lib. 10. cap.57.

18. Quarto hujus ſeculi anno, ſeu labenti Petrus primus Aragoniæ, & Navarræ Rex obiit, ut Pagius, & Mariana adnotant, qui cum filios ſuperſtites non reliquiſſet, Alphonſus defuncti Regis frater ſucceſſit, qui diuturnum Imperium rerum geſtarum fama floruit, ac biennio poſt Utracam Idelphonſi Caſtellæ Regis filiam uxorem duxit, cujus nuptias, utpote conſanguinitate aliqua prohibitas, Paſchalis Papa irritas declaravit, cauſamque Didaco Compoſtellano Epiſcopo diſcutiendam commiſit; cujus hæc ſunt verba. *Ad hoc te omnipotens Deus populo ſuo præeſſe conſtituit, ut eorum peccata corrigas, & Domini annuncies voluntatem. Stude igitur ſecundum datam tibi divinitus facultatem tantum inceſti facinus quod a Regis filia perpetratum eſt, debita ultione corrigere, ut vel a tanta præſumptione deſiſtat, vel Eccleſiæ conſortio, & ſeculari poteſtate privetur &c.* Quid in ea cauſa geſtum fuerit, non conſtat ait Mariana; At Apoſtolica juſſa, utroſque ſpreviſſe; ac Dei iram ea de cauſa expertos, infelici exitu vitam finiſſe adnotat ex Roderico, Binnius ad hanc Paſchalis Papæ epiſtolam.

Concil. to.10 epiſt.21.

lib.10. c.8.

Balduini Hieroſolym. Regis geſta in Paleſtina.

19. Balduinus interea Hieroſolymorum Rex ſuſceptum adverſus Turcas, & Græcos bellum proſequens, cum anno ſuperiori Achon, ſeu Ptolemaidam fruſtra obſidione cinxerat,

Jesu Chr. An. 1104.

eadem iterum hoc anno obſeſſam, poſt dies viginti, tandem obtinuit; cum ad eam, ut narrat Fulcherius in hiſtoria Hieroſolymitana lib. 2. adveniſſent Januenſes *cum claſſe ſeptuaginta navium Roſtratarum*; eamdemque expeditionem etiam Helmacinus lib, 3. cap. 9. hiſtoriæ Saracenicæ refert; hiſque Januenses cum nonaginta navibus adfuiſſe addit, cui alii quoque de bello ſacro ſcriptores conſentiunt, Malleacenſis chronographus, aliique; Januenſibus tamen, Piſanis, aut Lucenſibus potentiores in mari hac ætate Veneti erant, utpote jamdiu Orientalibus expeditionibus aſſueti, qui, ut narrat Andreas Dandulus in chronico primam expeditionem in terram Sanctam anno 1097. cum claſſe ducentarum navium ſusceperant, currenti vero anno, ipſo Duce Ordelapho Phaletro ſecundam inierunt, ac nonnullis urbibus potiti, colonis ibidem relictis, prolatoque in Aſiam dominio, & mercatura aucta, opes, ſuas in immenſum ampliarunt, ut paſſim Veneti hiſtorici narrant.

Venetorum in mari potentia, & divitiæ.

JESU CHRISTI An. 1105. Paschalis II. Papæ An. 7. Henrici Imp. 22. Alexii Comneni Imp. 25.

Paschalis Papa concilium Romæ celebrit. Concil. to. 10 pag. 741. Eadm. Novorum lib. 4. p. 70.

1. Concilium hoc anno Paſchalis Papa in Lateranis celebravit, in quo Anſelmi Cantuarienſis Epiſcopi, & Groſſolani Mediolanenſis causa iterum propoſita fuit, ut narrat Eadmerus in libro Novorum; *In ſecundo anno adventus noſtri a Roma Lugdunum, ipſe Papa coacto Lateranis generali concilio Comitem de Mellento, & complices ejus, qui Regem ad inveſtituræ flagitium, ut dicebatur, impellebant, nec non illos, qui ab eo inveſtiti fuerant, a liminibus ſanctæ Eccleſiæ, judicio Spiritus Sancti repulit &c.* Rei geſtis litteris ſuis Anſelmum certiorem reddidit, quas Eadmerus recitat, Regi ſe peperciſſe addit, eo quod nuncios ad ſe deſtinaſſet. *Regis vero ſententia, ea ex cauſa dilata eſt*, ait, *quia ſuos ad nos nuncios in præteritæ Paſchæ tempore debuit deſtinare*, epiſtola vero data dicitur, *ſeptimo Kal. Aprilis*; Regis autem nuncii ad urbem directi ſunt, ait Eadmerus, *Qui modis omnibus laborarent, Apoſtolicum ad hoc deducere, ut Anſelmum Angliam redire, & Regis voluntati juberet in cunctis ſubdi, & obedire, ad quod dum illum minime flectere poſſent, ſicut venerunt, infecto negotio redierunt.*

Paschalis Papa epiſt. 110. ad Anſelmum.

An-

Anselmi cum Henrico colloquium.

2. Anſelmus vero, ut ſequitur auctor, *poſtquam intellexit, ſe fruſtra Romanam opem præſtolari*; Lugduni egreſſus e Charitatis cœnobii Cluniacenſis cella, Adelam, quam infirmam eſſe audierat, adiit, quam convaluiſſe reperit; cui reditus ſui in Franciam cum cauſam aperuiſſet, *& quia fratrem ipſius, Henricum videlicet Regem Anglorum pro injuria, quam Deo, ſibi que jam per biennium, & ultra fecerat excommunicare veniebat, non celavit*. Quod illa audiens, ut eum cum fratre in concordiam reduceret, operam dedit. At Rex per legatos Comitiſſæ de Anſelmi adventu admonitus, eam deprecatus eſt, ut eum ſibi in Normanniam deduceret, pollicens, ſe in multis voluntati ejus, pacis gratia ſatisfacturum. *Tandem habito inter eos colloquio Anſelmum Rex de redditibus ſui Pontificatus reveſtivit: & in priſtinam amicitiam utrinque recepti ſunt*. Pax tamen integra firmari nequaquam potuit, eo quod Henricus ab Anſelmo exigeret, *Ut nulli eorum, qui a ſe inveſtituras Eccleſiarum ſuſceperant, vel eos conſecraverant, ſuam in aliquo communionem ſubtraheret, cui conditioni Anſelmus minime adquieſcens, obedientiam videlicet Papæ in nullo prætergredi volens, extra Angliam manere delegit &c.*, donec iterum nuncios Romam mitteret Pontificis ſententiam de his, aliiſque tunc tranſactis, ſecuturus; *Hæc autem inter ipſos acta ſunt anno tertio exitus noſtri de Anglia undecimo Kal. Auguſti*, ait Eadmerus loco citato in quam rem extat Henrici Regis epiſtola ad Anſelmum, & Anselmi ad Regem de legatione Romam mittenda, quas una cum aliis ab eo tunc ſcriptis, vel acceptis refert Eadmerus lib: 4. Novorum, ad eum ſcripſerunt præcipui Angliæ Epiſcopi, de ejuſdem e Regno abſentia quærentes, quaſi ſponte sua moras necteret, quibus respondens Anselmus, se juſtas cum Rege quærelas habere teſtatur, ac legatorum reſponsa se expectare addit, de quo iterum anno sequenti sermo fiet.

Henricus adversus Patrem rebellis

3. Graves interea turbæ in Germania excitatæ sunt, cum anno proximo deſinente Henricus Henrici Imp. filius, ab eoque Regno sociatus, ambitionis æſtu abreptus, vel etiam, *ſub ſpecie* religionis, ut ait Otto Friſingenſis lib.7. cap. 8., adverſus patrem rebellis conspiratione facta, arma in eum convertit; rem geſtam, ex coævo auctore narrat. *Anno Domini milleſimo centeſimo quinto*, qui ab Natali elapſo inceperat; *Imperator Henricus Natalem Domini Moguntiæ celebrat, Henricus*

JESU CHR. AN. 1105. *ricus filius ejus, nominis illius Quintus Rex dictus, rebellationem adverſus patrem in Bajoaria parat, machinantibus ſcilicet Diebolɗo Marchione, Berengero Comite, & Ottone quodam nobili viro, ſibique materna ſtirpe cognato, quorum conſilio, & adjutorio ante paucos dies a patris latere diſceſſerat. Primo quippe hæreſim præſcriptam anathematizans, Apoſtolicæ Sedis Pontifici debitam profitetur obedientiam; indeque fœderatis ſibi Noricis Principibus, atque ab Alemannia, nec non Orientali Francia nonnullis nobilibus, ad Saxones convertitur. A quibus honorifice ſuſceptus, & in Quintilineburg Paſcha celebrans, in brevi univerſis Saxoniæ civitatibus potitus, ab optimatibus eſt dignitate regia ſatis honoratus: conſilio tamen atque miniſterio Ruothardi Moguntini, atque Gebehardi Conſtantienſis Epiſcopi, reſponſalium ſcilicet Domini Paſchalis Papæ, totam Saxoniam Romanæ Eccleſiæ communioni recorciliavit: Epiſcopis vero atque clericis conventum generalem in villam regiam, quæ Northuſum dicitur, quarto Kalendas Junii, ubi ſuper eccleſiaſticæ inſtitutionis jam depravata diſciplina tractaretur; indixit*. In hoc conſilio quod Northasense, & Quintineburgense dictum eſt, ad reſtaurandam diſciplinam nonnulla ſtatuta ſunt; *Simoniaca quippe hæreſis Patrum conſuetudine damnata. Nicolaitarum quoque fornicaria commixtio ibidem eſt ab omnibus abdicata: jejunium menſis Martii hebdomada Quadrageſimæ, jejunium vero menſis Junii in ipſa hebdomada Pentecoſtes Romano more celebrandum, a præſcriptis Præſulibus Apoſtolica auctoritate indicitur & pax Dei conſimatur. His vero, qui a pſeudoepiſcopis fuerant conſecrati per Catholicam manus impoſitionem reconciliatio proximo jejunio danda fore promittitur*. Inter cetera ſtatutum fuit; ut uxorati clericinullum divinum officium celebrarent.

Labb. to. 10. p. 753.

Henrici filii in Concilio proteſtatio.

4. Concilio præſens Henricus filius, coram Epiſcopis, Abbatibus, & Monachis, ineditiori loco ſtans, publice conteſtatus eſt. *Se nulla regnandi cupiditate paternum ſibi Regnum uſurpare, neque dominum, & patrem ſuum a Romano deponi Imperio exoptare, immo debitam pertinaciæ, & inobedientiæ ejus ſemper compaſſionem exhibere, ſique Sancto Petro, ſuiſque ſucceſſoribus lege Chriſtiana ſubjici velit, ſive regno cedere, ſive ſerviliter ipſi ſe ſubeſſe promiſit*, quibus non ſine lacrymis, & exultatione acceptis; *Eadem hora*, ut addit auctor

ctor *Uto Hildinisheimenſis*, *& Henricus Paderbonenſis*, *ac Fidericus Halberſtadenſis Præſules veſtigiis Metropolitani proſtrati ipſius atque Regis ſtantis totiuſque præſentis Eccleſiæ teſtimonio Apoſtolicæ ſeſe dederunt obedientiæ: quorum etiam commiſſa Apoſtolico nihilominus judicio reſervantur, ſub officii ſui tantum ſuſpenſione. His rite diſpoſitis, Rex idem Pentecoſten Meresburg celebrans, Henricum Magdeburgenſi Eccleſiæ dudum deſignatum Archiepiſcopum, ſed ab Imperatoris fidelibus repulſum, conſecrari fecit: nec multo poſt expeditionem contra Moguntiam movit, expulſum inibi Pontificem reſtituturus*, de cujus reſtitutione inferius: *His etiam diebus venerabilis Ruother Archiepiſcopus a Thuringia, in qua per annos octo tyrannicam declinaverat rabiem, præſidio Catholicorum Principum deductus, maximo nobilis Moguntiæ tripudio Cathedræ ſuæ reſtituitur, ſicque tam populum, quam Clerum Apoſtolicæ reconcilians Eccleſiæ ab univerſis, non ſolum ut pater jam grandævus, ſed etiam velut ex mortuis redivivus omnimodis excolitur.* Hæc de reſtitutione Archiepiſcopi Moguntini.

Exercitus ex utraque parte paratur, Res tamen ſine pugna compoſitæ.

5. Ad arma poſt hæc conclamatum eſt, atque utraque pars ſibi invicem occurrit prope Ratisbonam, cumque jam prælium inſtaret, cum ab Henrico Imp. Bavariæ, Saxoniæ, & Bohæmiæ Duces defeciſſent, e Caſtris ſeſe Henricus abripuit, ac Regni Proceres, ut ſine prælio res componerentur, effecerunt, quibus libens, lubensque Henricus junior ſubſcripſit, ſe ad arma adverſus patrem ferrenda invitum deductum fuiſſe teſtatus; Proceribus Regni gratias agens, Grates, inquit, *O boni commilitones affectui circa me veſtro ſummopere refero, unicuique veſtrum par pari referre ſi res exegerit, non abnuo, nemo tamen in hoc me ſibi velit, vel credat fore fœderatum, ut dominum & patrem meum per ſe glorietur occiſum, vel unquam æſtimet occidendum. Ego quidem Chriſtianis mihi legibus ſubarrhatum regnum, ut hæres, & ſucceſſor Auguſti tenere, ſi tamen rerum omnium dominatori placuerit, cupio; parricida vocari, vel eſſe, nolo. Quod ſi pater meus Apoſtolicæ ſe ſubjecerit obedientiæ jugo: ego mox in his, quæ ſua dumtaxat mihi clementia conceſſerit, contentus ero, interim me non impugnatorem eſſe patris, ſed paterni regni propugnatorem noveritis &c.*

Henrici filii cum patre colloquium

6. Cum plurima inter hæc pro Henriciano ſchiſmate componendo geſta eſſent, ac ſchiſmaticis undique ejectis, Catholici

Jesu Chr. an. 1105.

tholici Epiſcopi, ſuis ſedibus reſtituti eſſent; deſinente jam anno *Bingæ circa idus Decembris*, Henricus filius *patrem reperit, ore ad os de anathematis vinculo, cæterorumque inſolenter in Rempublicam commiſſorum, ordine quidem præpoſtero, ſed neceſſarie commutato, filius patrem commonuit, obedientiæ debitum, ſi reſipiſcere dumtaxat dignetur, repromiſit. Senior has, & hujuſmodi complures ſententias ad audientiam optimatum, & ſenatumconſultum inſtanti curiæ diſtulit &c.* Hæc Uſpergenſis Abbas, eademque fere ceteri chronologi, Otto Friſingenſis, & Chronographus Hildeſeimenſis aliique, cetera ad annum ſequentem reſervamus; nam etſi deſinente hoc anno Moguntina Synodus, ſive conventus celebraturus fuerit; Regia tamen poteſtas Henrico juniori ex Procerum Regni Germaniæ decreto; *In vigilia Epiphaniæ*, ut narrat Annaliſta Saxo apud Eccardum *allatis a Richardo Archiepiſcopo Mogontino, & omni Clero, & populo honorifice ſuſcipiuntur, coram Principibus Archiepiſcopus Regi tradidit*. Regalia ſcilicet inſignia, de quibus iterum anno ſequenti.

Henrici Imp. epiſtola ad Paſchalem Papam.

7. Henricus interea Imp. in eas anguſtias redactus, unde evadere vix poterat, ut rebus ſuis conſuleret, litteras ad Paſchalem Papam miſit; quærelarum quidem refertas, quibus de prædeceſſoribus ſuis conquerebatur, ſed ineum ſubmiſſi animi, & ad reſtituendam Eccleſiis pacem, parati, plenas: Hinc poſt plurima, de geſtis hactenus a ſe ipſo cum Nicolao, & Alexandro catholicis Epiſcopis, & religioſis Romanis Pontificibus; deque injuriis ab Gregorio ſeptimo acceptis, turbiſque in Regno ſuo excitatis, itaut filium quoque ſuum Regnique conſortem, rebellem ſuſtineret, ne coactus, & invitus, ſubditorum ſanguinem effundere compelleretur Pontificem rogat, ut legatis ſuis ad se miſſis, pacis ſequeſter, & arbiter effici dignaretur; *Quia audivimus*, ait, *te hominem diſcretum, Deum timentem charitati inſudantem, ſanguinem hominum non ſitire, rapinis, & incendiis non gaudere, unitatem Eccleſiæ ſuper omnia diligere: conſilio, & ſuggeſtione Principum noſtrorum mittimus tibi Nuntium iſtum cum legatione noſtra; Per hanc quippe volumus cognoſcere ſi eſt tibi voluntate nobis in charitate, & amicabiliter, & nos uniri tibi, ſalvo nobis honore Regni, & Imperii, & totius noſtræ dignitatis, ſicut & avus, & pater noſter, aliique anteceſſores noſtri habuerunt; ſervato etiam tibi a nobis honore Apoſtolicæ dignitati,*

ſicut

ſicut anteceſſores noſtri tuis anteceſſoribus ſervaverunt, & nos præfatis Pontificibus. Quod ſi placuerit tibi paterne nobiſcum agere, dc eam, quam mundus dare non poteſt, pacem integre nobiſcum componere; mitte nobis familiarem Nuntium tuum cum privatis litteris tuis, & ſecreta legatione cum hoc Nuntio noſtro, ut hoc modo indubitanter poſſimus cognoſcere omnem de hac re certitudinem voluntatis tuæ. Qua cognita mittemus tibi de majoribus Principibus noſtris, quales & nos tibi mittere, & deceat a nobis recipere, ad tantam rem componendam, per quos excluſa omni ambiguitate, manifeſte poſſis cognoſcere, nos veraciter velle complere, quæ tibi mandamus ſecrete. Præter ea quæ hic ſcripta ſunt, commiſimus huic fideliſſimo noſtro Nuncio quædam tibi dicenda, quibus tam veraciter quam ſcriptis credat. Hactenus ad Paſchalem Papam, cujus legatio nullum exitum habuit, nam Regno dejectus anno ſequenti vivere deſiit. Ex ea autem Henrici Imp. epiſtola aperte patet, Paſchalem Pontificem nequaquam auctorem, aut inſtigatorem fuiſſe rebellionis filii adverſus patrem, ut a nonnullis præcipue ab Herimanno traditum eſt, alioquin nec ad ejus patrocinium confugiſſet Henricus, nec eum virum diſcretum, paciſque, & charitatis amatorem dixiſſet. *Apud Dacherii ſpicileg. to. 12.*

8. Hoc eodem anno 1105. Petrus Anagniæ Epiſcopus vivere deſiit, qui nobili Salernitanorum Principum genere ortus, in Salernitano Benedicti cœnobio, cui tunc patruus ejus præerat, monaſticis diſciplinis inſtructus fuit, inde ab Hildebrando Archidiacono Romam perductus, demum ab Alexandro ſecundo Anagnienſis Eccleſiæ præpoſitus fuit. Poſt decem Epiſcopatus annos, legatus Conſtantinopolim ad Michaelem Ducam ab eodem Pontifice miſſus eſt, eoque mortuo in ſuam Eccleſiam reverſus eſt. Verum cum ad ſananda ſuorum vitia fruſtra operam perderet, variaſque ab eis infeſtationes pateretur; Jeroſolymam cum cruce ſignatis iter aggreditur, eo animo, ut illic reliquos vitæ dies abſolveret; At B. Magni Anagniæ patroni viſione admonitus in ſuam rediit Eccleſiam, & in ea ſanctiſſime obiit 3. nonas Auguſti hoc anno, Epiſcopatus quadrageſimo tertio: quem miraculis clarum Paſchalis Papa in ſanctorum numerum, triennio poſt retulit, cujus diploma datum dicitur. *Signiæ ſecundo nonas Junii, Pontificatus anno decimo,* ut apud Baronium hoc anno, vel Fontaninum videre eſt, Petri vitam

Obitus S. Petri Anagniæ Epiſcopi. *Mabill. Annal. lib. 10. n. 114. pag. 484.*

Fontanini Codex Canoniz. pag. 110.

Jesu Chr. an. 1106. vitam Bruno Aſtenſis, ſeu Signienſis Episcopus Petri ſucceſſor scripsit.

JESU CHRISTI an. 1106. Paschalis II. Papæ an. 8. Alexii Comneni Imp. 26.

Conventus Moguntiæ celebratur.

1. Anno proximo desinente Episcoporum, & Procerum conventum, ad componenda diſſidia inter Henricum patrem, & filium, indictum fuiſſe ibidem diximus, tanta in eo Principum copia fuit, ut Conradus Uspergenſis Abbas, quinquaginta, & ultra ibidem adfuiſſe ait: *Ibi ſupervenientes Apoſtolicæ Sedis Legati, Epiſcopus ſcilicet Albanus cum Conſtantienſi, ſententiam anathematis in Henricum ſeniorem, dictum Imperatorem, a tot ſibi ſuccedentibus Apoſtolicis ſæpius, ſæpiuſque promulgatam, ſcriptis ſimul, & dictis teſtificantes, univerſam multitudinem, immo totam toto orbe diffuſam Eccleſiam ab ejus communione, Chriſti, & beati Petri auctoritate multis jam annis ſequeſtratum confirmabant. Qua de cauſa, dum ipſe ſe de caſtello quo manebat, Moguntiam exhibere tentaret, Principes propter cavendum tumultum vulgi, ſuæ potius quam filii parti favere ſolentis, ipſi Ingelheim occurrerunt; tandemque generali illum circumvenientes conſilio, uſque ad reatus confeſſionem, ſatisfactioniſque profeſſionem perducunt. Cui cum Legati communionem, ſeu pœnitentiæ modum abſque generalis Synodi, & Apoſtolicæ diſcuſſionis cenſura reddere ad præſens non poſſent? ipſe partis utriuſque conſiliis annuens, regalia, vel Imperialia inſignia, crucem ſcilicet, & lanceam, ſceptrum, globum, atque coronam filii poteſtati tradidit, proſpera illi imprecans, illum primatibus multo fletu commendans, & ex tunc juxta ſummi ſacerdotis, totiuſque Eccleſiæ decreta, ſuæ conſulturum animæ promiſit. Hoc ordine Henricus, illius nominis Quintus, Rex primum a patre, deinde ab univerſæ Germaniæ Principibus in Regem jam ſecundo electus, ab Apoſtolicis quoque Legatis per manus impoſitionem Catholice confirmatus, acceptis tam ab Epiſcopis, quam laicis juxta morem patriæ, ſacramentis regnare cœpit.* an autem ſponte vel minis, & vi adhibita Regno ſe abdicaverit Henricus, in obscuro eſt, cum inter ſe diſſideant ſcriptores: hoc unum certum eſt, *Abrenunciata Imperiali dignitate, privatus diſceſſit, & ad quamdam civitatem*

Labb. to. 10. p. 746.

Henricus Regno renunciat.

tem

tem, *quam filius victui illius permiſerat*, *receſſit*, ait Uſpergenſis. Regalia interim inſignia in vigilia Epiphaniæ Rothardus Moguntinus Archiepiſcopus coram Principibus Regi tradidit, ait Annaliſta Saxo, ſicque Henricus junior, ſeu quintus regnare cœpit. Jesu Chr. an. 1106.

2. Ut autem in Moguntino conventu geſta de Henrici dejectione, filiique ejus evectione firmitatem acciperent, ſolemnem ad Paſchalem Papam legationem, Præſules, & Proceres deſtinarunt, quam inierunt viri dignitate, ſapientiaque præclari, Bruno ſcilicet Trevirenſis, Henricus Magdeburgenſis, Eberardus Bambergenſis, Gohebardus Conſtantienſis, & Curienſis Epiſcopi, ac nonnulli laici ex latere Regis adjuncti ſunt; at in via, dum Tridenti pernoctarent; Adalbertus quidam repente ſuper eos, cum armatis, *Irruens*, *ſpoliat*, *capit*, *&* *cuſtodiæ tradit*, ait Uſpergenſis Abbas, ac ſubdit *Gebehardus tantum Conſtantienſis Epiſcopus cum ſuis per occultiores Alpium ſemitas ingreſſus*, *Mathildis Comitiſſæ*, *alterius nimirum Debboræ præſidiis*, *Apoſtolicis præſentatur veſtigiis*. *Reliqui* (*ut diximus*) *magnates*, *ut nimirum a ſtultiſſimo captivatore deprehenſi*, *indigne tractantur*, *præter Ottonem Babembergenſem Epiſcopum*, *cui idem Adelbertus*, *eo quod eſſet ſuus miles*. *parcere cogebatur*. *Quo etiam mediante Bruno Trevirenſis Epiſcopus*, *&* *Vuigbertus Comites eo pacto dimittuntur*, *quatenus &* *Imperatorem*, *cum illo pacem facturi*, *conveniant*, *&* *quid de reliquis ipſe præcipiat*, *relaturi redeant*. At paulopoſt Velpho Noricorum Dux adveniens; *Ipſum Adalbertum*, *ſuique ſceleris conplices adeo exterruit*, *ut eductos*, *quos clauſerant Principes*, *ipſumque Caſtellum novo Epiſcopo redderent*, *ipſi inſuper nudipedes*, *ab his*, *quos afflixerant*, *veniam poſtulent*. Hæc de legatorum liberatione is auctor, qui in Quadrageſimæ hebdomada hæc contigiſſe narrat.

Legatio Moguntin. conventus ad Paschalem Papam.

Legati in via detenti.

3. Henricus interea Imperator, qui aut vi adhibita, aut neceſſitate urgente Regalia, & Imperialia inſignia depoſuerat, e cuſtodia, qua aliquandiu detentus fuerat, ſeſe eripiens, Coloniam primum, deinde Leodium tranſiit, ubi ab Rusberto Epiſcopo, qui in ejuſdem fidelitate hactenus perſeveraverat, benigne exceptus, pro Regali dignitate recuperanda ſollicitus erat; Et ſane niſi eum cito mors eripuiſſet, civili bello tota exarſiſſet Germania; Nam Henricus filius, ægre ferens, quod Leodienſis Epiſcopus patrem ſuum apud

Henricus Imperat. Regnum recuperare satagit.

Jesu Chr. An. 1106.

ſe retineret; exercitu educto; *In die ſancto Paraſceves Leodium violenter intrare parat*, ut Hertmannus, & Sigebertus narrant, at Leodienſes Nemurcenſi Duce obviam iis facti, *dum militia novi Regis inconsulte, & praepropere pontem Moſellæ ſeu Moſæ, conſcendit, repente pons fluminis frangitur, & quingenti fere milites armati, & loricati cum equis in flumine necantur*; Sicque Rex juvenis non ſine magna confuſione Moguntiam redire compellitur, reſumptis tamen viribus, contra patrem a Principibus tunc fere deſertum, exercitum iterum duxit, ac in caſtello quodam concluſit, ait is auctor.

Silveſter Antipapa electus ſtatim dejicitur.

4. Dum hæc in Germania agerentur; audax in urbe facinus admiſſum eſt, ut his verbis narrat Uſpergenſis. *Inter hæc Vernerus quidam ex ordine miniſterialium Regis, qui Marchæ in partibus Aquini præerat, quaſi hæreſim* (ſeu ſchiſma) *reſuſcitaturus, collectis per Italiam undequaque copiis, corruptis quoque multis pecunia Romanis nonnullis, dum Domnus Apoſtolicus Beneventanis immoratur finibus, quemdam pſeudo Abbatem de Farfa; Cathedræ S. Petri impoſuit, & ipſum Papam Cæſaris ſub vocabulo Silveſtri appellari voluit, qui tamen poſt paululum turpiter, ut merebatur a Catholicis eliminatus, veſaniæ ſuæ præmium male conquiſiti pejuſque diſperſi æris retulit damnum*. Hæc Uſpergenſis; rem tamen paulo aliter narrat auctor chronici Foſſæ novæ, ad annum ſuperiorem his verbis. *Marchio* Guarnerius ſcilicet Spoletinus Dux, & Anconitanus Marchio, *venit Romam conſentientibus quibuſdam Romanis, & elegit Adinulphum in Lapam* (, ſeu in Papam) *Silveſtrum ad S. Mariam Rotundam infra octavam S. Martini, ſed ſine effectu reverſus eſt*, quæ ſane ad ſuperiorem annum magis, quam ad labentem pertinent, nam hoc anno Paſchalis Papa circa feſtum Sancti Martini in Longobardia erat, in Gallias tranſiturus, cum autem hæc in urbe tentata ſunt, non longe ab urbe aberat idem Paſchalis Papa, ut ſupra diximus, quod etiam confirmat ejuſdem Pontificis epiſtola ad omnes in Gallia fideles data, & ab Uldarico Bambergenſi relata, qua narrat, quod cum ipſe in ſuburbiis eſſet. *Venit quidam Vernerius Regni Teutonici famulus in Romanæ urbis vicinia*; cui Romanorum nonnulli rebelles, & ſchiſmatici ſociati ſunt, ac *talibus ſociis Presbyter quidam Romanæ urbis advena ſe conjunxit*; hunc Farfenſem Abbatem dixit Uſpergenſis. *De quo tamen, vel ubi,*

apud Heccardum to. 2.

ubi, vel hactenus ordinatus ſit, ignoramus ait Pontifex, *Hanc perſonam egregiam negromanticis, ut dicitur, præſtigiis plenam, quum fideles noſtri, occaſione treguæ Dei ab armis omnino deſiſterent, in Lateranenſem Eccleſiam induxerunt, & congregatis Vibertinæ fecis reliquiis, ei Epiſcopi nomen pernicioſiſſime indiderunt; Quum vero intra urbem die altero rediiſſemus, monſtrum illud turpiter ex urbe profugiens, quo tranſierit ignoramus &c.*, ſicque ludrica ſcena, & impoſtura cito evanuit.

JESU CHR. AN. 1106.

5. Henricus interea ſenior ſeu Imperator, ut in ſui commiſerationem totum commoveret orbem, & in ſuas partes traheret, litteras ad Principes, ad Epiſcopos, & ad filium dedit querelarum refertas, quibus luctuoſam de ſe ipſo tragœdiam per ſingula exponit, aut etiam geſta exagerat; Has litteras cum reliquis Reinerius in vita Henrici quarti refert, integraſque Annalibus ſuis inſeruit Baronius. Ne, eas exſcribamus, prolixitas earum nos detinet, ac adnotare ſat erit in epiſtola ad Geſtarum, ſeu Philippum Francorum Regem, ſe ab Apoſtolica Sede, quaſi male habitum ſæpiuſque excommunicatum fuiſſe conqueritur; Vnde factum eſt, ut & filius quoque ſuus rebellis fieret ſe nihilhominus nil intentatum reliquiſſe ait, ut filium in ſuam obedientiam retineret, vel revocaret, ac geſta Bingæ primum, Ildeſhemii, & Moguntiæ coram Apoſtolicæ Sedis legatis commemorat, ac ſe paratum ſemper fuiſſe ad ſatisfaciendum Sedi Apoſtolicæ, filio ſuo, ac Principibus, addit, ſed ubique ſpretum, & comminatum, ut vitæ ſuæ conſuleret Coloniam primum, deinde Leodium aufugiſſe commemorat, ac tandem. *Vos igitur per fidem, per amicitiam rogo in tantis tribulationibus meis, ac injuriis propinquo, & amico conſulatis; Quæ fidei, & amicitiæ vincula etſi inter nos non eſſent, veſtra tamen, & omnium Regum terræ intereſſet injuriam, & contemtum meum vindicare, & tam nefariæ proditionis, & malitiæ exemplum de ſuperficie terræ extirpare.* Hæc ad Francorum Regem Henricus, filio autem ſcribens, liberiori ſtylo ei in ſe geſta enarrans, perfidiam ejus exprobrat, quaſi ſibi fidem ſæpius datam fefellerit, indigneque tractaverit, dum rebus cunctis ſibi ablatis, ſuiſque a ſe remotis arctiori cuſtodiæ mancipavit; ac tandem. *Recognoſce etiam, ac tecum cogita, quia Deus juſtus judex eſt, cui commiſimus cauſam noſtram, & vindictam, cujus etiam judicia*

Henrici Imp. litteræ, & quærelæ adversus Filium.

Henrici ad filium exhortatio.

Jesu Chr, an. 1106. *cia ſunt occulta velut abyſſus multa. Quoniam quantumcumque ſuper affl ctionem, & infortunia glorieris, & ſuper humilitatem te extollas, forſitan de ſede ſancta ſua inter me, & te gratuita miſericordia aliud jam definivit, intercedente juſtitia, quam tu ipſe cogites, & diſponas, Quod ſi nulla alia vel reverentia, vel interceſſio nobis valet: opto ut juſtitiam conſequi poſſimus, vel ut tuæ perſecutionis impetus ceſſet. Ad hoc idem Romanum Pontificem, & ſanctam univerſalem Romanam Eccleſiam appellamus*: Hactenus ad filium pater.

Henrici Imp. epiſt. ad Principes Germaniæ. 6. In epiſtola autem altera ad Archiepiſcopos, Epiſcopos, ceteroſque Germaniæ Principes, qui filio ſuo favebant, idem tractans argumentum, poſtquam injuria ſibi fidem datam, ab iis violatam fuiſſe conqueritur, ſe ad ſatisfactionem iis dandam, ſi in aliquo offendiſſet, paratum eſſe teſtatur, & ut apud filium ſuum agerent, ut ab incœptis ceſſaret, precatur, ac ad Romanum Pontificem, Romanamque Eccleſiam appellat; *Quod ſi noluerit*, inquit, *rogamus vos per auctoritatem Romanæ Eccleſiæ, cui nos remittimus & honorem regni, ne ſuper nos & fideles noſtros veniatis; quia manifeſtum eſt, eum non divinæ legis zelo, vel Romanæ Eccleſiæ dilectione, ſed concupiſcentia regni, patre injuſte eo privato, hoc incepiſſe. Apud quem ſi interpellatio veſtra, nullaque alia interventio ad præſens prodeſſe poterit: appellamus Romanum Pontifiem, & ſanctam univerſalem Romanam Sedem, & Eccleſiam*. Hæc ad Principes Henricus.

Litteræ Principum Germ. ad Henricum Imp. 7. His, aliiſque Henrici ſenioris litteris in conventu Principum lectis, Henricus junior, ſeu filius legatos ex Optimatum conſilio patri deſtinavit, qui Procerum litteras deferrent; iiſque turbas in Imperio ab Henrico excitatas, ſchiſma in Eccleſia conflatum narrant, ac defectionis ſuæ rationem reddunt: *Poſt inveteratam*, inquiunt, *ideſt per annos circiter quadraginta diſceſſionem Imperij Romani, quæ tam divinas, quam humanas jam pene leges abolevit, & exceptis mortibus, omnimodis ſacrilegijs, perjurijs, rapinis, & incendijs ipſum regnum noſtrum non tantum in ſolitudinem, ſed etiam ad apoſtaſiam Catholicæ Fidei, ſive in ipſum Paganiſmum propemodum redegit: reſpiciente tandem ſuam Eccleſiam divina clementia, nos ejuſdem Chriſti ſponſæ filii per Spiritum Sanctum in unitatem Fidei æquanimes reſipuimus, ipſum incorrigibile ſchiſmatum illorum caput, Henricum ſcilicet dictum Imperatorem noſtrum,*

noſtrum, zelo Dei, & Apoſtolicæ Fidei obedientia abdicavimus, Catholicum nobis, licet ipſius de ſemine natum, Regem elegimus &c. poſt plurima, quid tandem ab eo exigerent, his verbis adnotant. *Quapropter placet tam Regi, quam univerſis regni Principibus, immo cuncto exercitui orthodoxo, quo Senior idem, ne ulla ſibi pateat adverſum nos juſta querela, quacumque elegerit ſecuritate, quacumque maluerit ſtatione, coram præſenti Senatu ſimul, & populo cauſam ſuam agat, juſtitiam ſuſcipiat, juſtitiam, & reddat, quatenus ab ortu ſchiſmatis omnibus ſeditionum cauſis, ac ſi nihil inde jam fuerit definitum, undique diſcuſſis, tam filio, quam patri ſua juſtitia reſpondeat; Eccleſiæ vero regnique ſtatus, non ut ipſe more ſuo proponit, poſt longas inducias, ſed in præſentiarum his controverſiis diremptis vacillare deſinat.* Hæc ad Henricum Regni Principes, quam legationem, ut proſequitur Uſpergenſis; *Probatæ ſingularis prudentiæ perſonæ, Abbates videlicet, ac Rthuvin Presbyteri, una cum quibuſdam laicali ſub habitu viris religioſis tam a Rege, quam ab univerſis Principibus, imo toto exercitu ſuſceptam injerunt,* quos male acceptos, indigneque tractatos ab Henrico fuiſſe ſubdit; id tantum reſponſi ferentes; *Quatenus ad præſens armis diſcederetur, & in futurum ſuper hujuſmodi ſimultatibus Curiale colloquium indiceretur;* in id quippe intentus tunc erat Henricus, ut ſub pacis reſtaurandæ prætextu, efficeret, ut filius exercitum dimitteret, dum ipſe viribus ſuis augendis, copiiſque congregandis, intentus eſſet.

JESU CHR. AN. 1106.

Henrici Imp. poſtremæ litteræ ad Epis & Principes.

8. Eam ob rem cum iterum Henricus filius adverſus patrem exercitum moviſſet, ac Coloniam properaret, legatoſque ad patrem miſiſſet, denuncians, ut vel intra dies octo Aquiſgranum ſe conferret, ut ibidem res pacifice in conventu Procerum componerentur, alioquin armis certaret, cum adhuc ſe imparem, ut filio reſiſteret, agnoſceret, alteras ad Epiſcopos, Proceresque litteras dedit, eadem fere repetens, quæ in ſuperioribus rogaverat, quæ ultimæ tandem Henrici fuerunt; *Rogavimus filium noſtrum,* ait, *& vos multum precati ſumus, ut dimiſſo exercitu ordinaretur quomodo poſſemus convenire, ut de injuria noſtra, & pace componenda ad honorem regni poſſit digne, & decenter definiri. Placuit vobis remandare (unde nobis longe gravior priori oritur querimonia) quod dimiſſa obſidione Coloniæ, vultis ſuper nos, & fideles noſtros*

JESU CHR. AN. 1106.

ſtros ſub ſpecie colloquii cum exercitu venire, datis induciis octo dierum, quæ numquam datæ ſunt homini alicujus conditionis (ut bene ſcitis) *uſque ad hanc diem pro legitima definitione alicujus minoris negotii, dum pro tanta re, ſecundum legem divinam, vel humanam, vel etiam ſecundum uſum hominum. Oportet enim nos habere, ſi vos placeret, ſaltem tales inducias, intra quas poſſimus convocare, & precibus invitare ad hanc eamdem cauſam Moguntinum, Trevirenſem, & Bremenſem Archiepiſcopos, Friſingenſem, Auguſtenſem, Curienſem, Baſilienſem Epiſcopos, Ducem Magnum cum Duce Theodorico & Ducem Boemicum, & Comitem Flandrenſem cum Comite Burgundiæ, & alios, qui ad præfatum negotium* (ut bene ſcitis) *ſunt valde neceſſarii. Quapropter, ſicut prius, rogamus, & obnixe precamur, quatenus pro Deo, & anima veſtra, & pro appellatione domini Romani Pontificis Paſchalis, & Romanæ Eccleſiæ, & pro honore regni, dignemini apud filium noſtrum efficere, ut dimiſſo exercitu, ceſſet nos perſequi & ordinetur, quomodo ſecure, & abſque ambiguitate poſſimus nos cum ceteris ſupradictis ad agendum de noſtra injuria, & pace in regno componenda quiete, & pacifice convenire: Quod ſi nullatenus ceſſare voluerit, proclamationem inde fecimus,* ſubdit, *& ſemper faciemus Deo, & S. Mariæ, & B. Petro patrono noſtro, & omnibus ſanctis, & omnibus Chriſtianis, & vobis maxime omni devotione præcantes, ut dignemini ceſſare nos perſequi.* Et iterum: *Appellavimus, & tertio appellamus Dominum Romanum Pontificem Paſchalem, & ſanctam univerſalem ſedem, & Romanam Eccleſiam &c.* alioquin ſi hæc non juvabunt, cauſam ſuam iterum Deo, ſanctiſque ejus committit; quæ ſane ſi corde ſincero egiſſet, ad minuenda ejuſdem exprobrata facinora, non minimum juvaſſent, cum tamen ſpem fidemque datam non ſemel fefelliſſet, litteris, verbiſque ejus tam filius ejus, quam Germaniæ Principes vix ac ne vix quidem fidem habuerunt, ac mors ejuſdem paulopoſt ſecuta litem finiit, pacemque Eccleſiis, & Imperio reddidit.

Henrici Imp. obitus.

9. Dum enim hæc agerentur, Imperator Leodii ægrotavit, & perductus uſque ad mortem *Kalendis Auguſti diem ultimum clauſit*, inquit chronographus Hildeſeimenſis, qui bellum inter eum, & Henricum filium geſtum prolixe narrat. Eum tamen die ſeptimo menſis Auguſti obiiſſe adnotat Orderi-

dericus pag. 762. & pag. 819. eique alii paſſim ſuffragantur: *Henricus Imp: Alemannorum, VII. Idus Auguſti expiravit, ſed quia pro multis reatibus ſuis Eccleſiæ, teſte Deo, non ſatisfecerat, terra caruit: nec per multos annos humano ritu ſepeliri meruit. Karolus Henricus V. filius ejus poſt eum imperavit, qui poſt tres annos Mathildam filiam Henrici I. Regis Anglorum uxorem duxit, ſed legitimum ſibi de ea ſucceſſorem non habuit*, inquit Ordericus loco ſupracitato; de ejuſdem autem obitu, hæc quoque Donizo in vita Mathildis adnotat

Mortem non ſperans, domum tamen ipſe catena
Mortis eum ſtrinxit, rapuit de corpore triſti,
Auguſti quarto defungitur Idus, in anno
Chriſti milleno centeno denique ſeno

cum annum ageret ætatis ſuæ quinquageſimum quintum, cujus memoriæ diu acriterque inſultatum, quin & ſœvitum fuiſſe narrat Uſpergenſis, ut nequidem pauperrimi viri ſepultura donaretur. Inſuper de obitu ejus nuncius cum lætitia, & tripudio exceptus fuit, ac Leodienſis Epiſcopus, ceterique qui eidem hactenus inhaeſerant, ſub hac tantum conditione ad catholicæ Eccleſiæ communionem recepti ſunt, *Ut Cadaver ipſius excommunicati per ſe pridie in monaſterio tumulatum effoderent, & abſque ulla ſepulturæ, vel exequiarum communione in loco non conſecrato deponerent, comprobantibus his, qui aderant Archiepiſcopis, & Epiſcopis: quia quibus vivis Eccleſia non communicat, illis etiam nec mortuis communicare poſſit, quo facto, paulo poſt corpus ipſum Spirenſi civitati eſt in ſarcophago lapideo Regis conſenſu delatum, ſicque extra Eccleſiam ibidem per quinquennium manſit inhumatum*. Hæc ibidem Uſpergenſis, qui multa etiam in contumeliam Henrici Imp. addit, ac tandem, *Deo autem gratias, qui licet tarde, tamen permagnifice victoriam conceſſit Eccleſiæ ſuæ, cui etiam ejuſdem Nabuchodonoſor quinquageſimum exactionis annum iſte Galilæus, qui Julianum quondam vicerat, vertit in Jubilæum*; hactenus is auctor, at longe diverſa auctor anonymus vitæ ejus tradit, qui plurima ſaltem ab eo perperam geſta, excuſare conatus eſt.

Paſchalis Papa Guaſtallæ concilium celebrat.

10. *His ubique locorum Occidentalis orbis quam citius promulgatis*, ſeu Henrici obitu cognito. *Paſchalis Papa ordinavit*

Jesu Chr. an. 1106.

navit profectionem ſuam, ut legati Comitiorum Moguntiæ habitorum petierant, in Galliam Ciſalpinam, ubi concilium celebrandum menſe Octobri indixit ad inſtaurandam ſanctam Eccleſiam longiori ſenioris Henrici perſecutione concuſſam, quod Kalendis novembris Quaſtallæ, ſeu Vaſtallis in Longobardia prope Padum Pontifex celebravit; *In quo quidem de inveſtituris, de homagiis, de ſacramentis Epiſcoporum laicis exhibitis, exhibendiſque certis capitulis ſtatutum eſt*, ait Pandulphus Piſanus in ejus vita; eademque fere Cardinalis de Aragonia, ſeu alius vitæ auctor, ab eo exſcriptus, in quo diverſarum provinciarum Epiſcopos, *ſive ultra*, *ſive citra montes*, adfuiſſe adnotat.

Murat. rer. Ital. to. 3. p. 356. & 364.

Labb. concil. tom. 10. pag. 748. ſeqq.

Quid petierint, vel promiſerint legati Henrici Regis.

11. Legati autem Henrici Regis ibidem adſtantes, Paſchali Pontifici non ſolum obſequium, obedientiamque promiſerunt, ſed etiam Regni confirmationem petierunt, ut narrat Donizo, his cum Mathilda Comitiſſa præſens.

Juxta tuncque Padum tenuit ſynodum memoratus
Papa, ſuum miſſum direxit natus ad ipſum
Defuncti Regis, quærens, ut jus ſibi Regni
Concedat. Sedi ſanctæ cupit ipſe fidelis
Eſſe velut Matri, ſubjici ſibi, vel quaſi Patri

ac benigne ab Pontifice exceptos, laudatamque Regis pietatem ab eo, & ab Mathilde fuiſſe, ait auctor.

Alia Quaſtallenſis Synodi ſtatuta.

12. In ea etiam ſynodo Ravennatenſis Epiſcopi faſtus, qui non ſemel Romanis Pontificibus hactenus rebellis fuerat, compreſſus eſt; ſtatutum, quippe in hoc concilio eſt, *Ut Æmilia tota* cum ſuis urbibus, Placentia, Parma, Regio, Mutina, Bononia, ulterius Ravennati Metropoli non ſubjaceret; *Hæc enim Metropolis per annos jam fere centum adverſus ſedem Apoſtolicam erexerat ſe, nec ſolum ejus prædia uſurpaverat, ſed ipſam aliquando Romanam invaſit Eccleſiam Guibertus ejuſdem Metropolis incubator*, nec cum de Guiberto rediit ſermo prætereundum eſt, quod de eodem ad hunc annum quintum, ex quo objerat, adnotat Uſpergenſis Abbas, eum ſcilicet, *ad incutiendum timorem cunctis uſquequaque ſchiſmatum membris, etiam capitis ipſius oſſa, Guiberti ſcilicet dicti Papæ, de ſepulchro ſuo, quod per quinque jam annos in Eccleſia Ravennatenſi poſſederat, projici fecerat, univerſaque ejus inſtituta, ut*

Guiberti oſſa effoſſa in flumen projecta.

vera

vere non Apoſtolici Sacerdotis, ſed Apoſtatici invaſoris annullari decreverat. Ut ſchiſmatici Guiberti oſſa effoderentur, cauſam fortaſſe dedit epiſtola ſub nomine Pictavienſis Epiſcopi ab impoſtore quodam, & ab Uldarico Bambergenſi vulgata (apud Eccardum tom. 2. ſcript. medii ævi); *De plurimis miraculis, quæ divina clementia, per merita Felicis memoriæ Dei Clementis Papæ ad ejus ſepulchrum eſt operata a Joanne Caſtellano Epiſcopo tranſmiſſa*, ad Henricum Imp., quæ ſane impoſtoris opus fuiſſe dubitari non poteſt; ab Guaſtallenſi etiam ſynodo ſtatutum fuit, teſte Uſpergenſi Abbate, ut cum pauci admodum eſſent catholici Sacerdotes, aut clerici, qui ab Epiſcopo excommunicato, ſimoniaco, vel concubinario, & ſchiſmatico ordinati non eſſent, cautum inquam eſt, ut tam Epiſcopi, quam Presbyteri, vel cujuslibet ordinis clerici, quos vita, & ſcientia commendaret, in ſuis ordinibus recepti, miniſtrarent, idque ſe Patrum exempla ſecutos decreviſſe addunt, qui olim Novatianos, Donatiſtas, alioſque hæreticos, ab hæreticis, vel ſchiſmaticis ordinatos, ſuſceperant; Inveſtituras etiam ibidem iterum, & alienationes bonorum Eccleſiaſticorum prohibitas fuiſſe ejuſdem concilii acta teſtantur.

Paſchalis Papæ de vitandis excommunicatis ſententia. *epiſt. 12.*

13. In eam rem extat Paſchalis Papæ epiſtola ad Gebehardum Conſtantienſem, Odericum Patavienſem Epiſcopos, & ad reliquos Theutonicarum partium tam clericos, quam laicos, data, qua ne nimium, propter ſchiſmaticorum, excommunicatorumque copiam turbarentur, quouſque ab eorum conſortio, & communione ſe abſtinere debebant, edocet. *Si quis enim*, ait, *criminoſus juxta Apoſtolum vocatur, hujuſmodi omnino cavendus eſt: Eadem etiam cautela vitandi ſunt, qui excommunicatis ipſis aut actione cum poſſint, vel cum nequeunt, voluntate ſe copulant. Qui vero hujuſmodi excommunicatis omnino inviti, vel ſervitio, vel cohabitatione junguntur ſi hujuſmodi imperfectionis dolore tanguntur, non omnino vitandi ſunt, nec tamen ad communionem ſine correctionis medio admittendi. Hinc eſt quod prædeceſſor noſter ſanctæ memoriæ Gregorius Septimus Papa, excommunicatorum uxores, filios, ſervos, ruſticos, quorum conſilio, vel voluntate excommunicationis meritum non perpetratur, viatores quoque ob eamdem neceſſitatem invitos excommunicatis communicantes, excommunicationis vinculo non teneri conſtituit, ſicut B. Augu-*

Jasu Chr. an. 1106.

ſtinus ad Auxilium ſcribens evidenter oſtendit, quare ut caute diſcreteque ſe gererent, hortatur.

Herimanni Auguſt. Epiſ. cauſa agitur.

14. In eadem Guaſtellenſi synodo, Herimanni Auguſtenſis Epicopi cauſa agitata fuit; Is quippe prætio dato Epiſcopatum ab Henrico Imp. ſibi comparaverat; Quare ut narrat Udaſcalcus, qui hanc controverſiam enarrat ex his, quæ viderat; cum Richardus Albanus Epiſcopus Romanæ ſedis legatus in Germaniam anno proximo advenilſet, ac Auguſtam ex Moguntia tranſiiſſet, clerus æque ac populus Auguſtanus querelas ſuas de Epiſcopo abſque canonica electione, & conſecratione ibidem conſtituto, obtulerunt, quas etſi juſtas legitimaſque cognoviſſet legatus; *Cuncta tamen in Domni Apoſtolici præſentia finienda differuntur; ſynodus colligitur Vaſtallenſis*, ſive Guaſtallenſis, *adſunt cum ſuo Epiſcopo Nuntii Eccleſiæ Auguſtenſis, refert Legatus, quæ audierit, qualiterve audita diſtulerit. Idonea iteratur accuſatio, nulla prætenditur excuſatio, facile ab omnibus concordatur, ut talis Epiſcopus deponatur. Quod, & factum fuiſſet, ſi non Gebehardus Conſtantienſis Epiſcopus in Eccleſia Auguſtenſi hoc faciendum perſuaſiſſet. Eo namque tempore Domnus Papa Teutonicum adire propoſuerat regnum, quod in ruinam perficere nequivit multorum. A pontificali tamen ſuſpenſus officio ſemiepiſcopus Herimannus regreditur, terminus huic rei finiendæ conſtituitur. Auguſta ſui liberatiouem dolens præſtolatur, dum in ſpe Apoſtolici adventus defraudatur; infraque ſcilicet terminum idem Epiſcopus pro interdicti reſtitutione officii Apoſtolicum adivit, ſed litteras ab eo hunc in modum ſe continentes accepit*, iiſque litteris ab Baronio, & Labbeo relatis, Canonicis, ceteriſque Auguſtanæ Dioceſis, Pontifex narrat ſe eorum cauſam cum Herimanno uſque ad Kalendas Novembris anni proximi diſtuliſſe iiſdemque omnes, *qui adverſus eum cauſam agunt litteris præſentibus ad noſtram audientiam invitavimus*, & ut interim pacem ſervarent hortatur, ac data dicitur epiſtola decimo Kalen. Decembris.

Herimannus Auguſt. Epiſcopus aliis fraudibuſ ſe tegit.

15. *Has litteras*, ſubdit auctor, *Herimannus vix Venetiam aſportavit; initoque conſilio, cunctos earumdem conſcios ut unius anni ſpacio non detegerentur, jurare compulit: ſicque fictis pro libitu mendaciis, domum rediit. Excogitata vero graviori adhuc nequitia, unum de accuſatoribus ſuis, qui præſtantior ceteris videbatur, pretio corrupit, & litteras quaſi ex*

ex Auguſtenſium perſona occulte per eum Apoſtolico direxit. Qui falſitatis nuntius benigne ſuſceptus, dum auditur, magna contra eum Papa indignatione invehitur, corde, & corde loqui; ab omnibus deprehenditur: Turienſi tamen Epiſcopo atque Gotuvicenſi Abbate pro ipſo ſupplicantibus, datis veluti Auguſtenſium reſpondentibus litteris, abire permittitur, vera cum falſis relaturus, vera hoc modo: Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Auguſtenſis Eccleſiæ clericis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Poſt impetitionem, quam ſuper Epiſcopo veſtro feciſtis, dilectionis veſtræ litteras ſuſcepimus, in quibus quia pacem, & concordiam cum eodem Epiſcopo vos habere nobis ſignificaſtis, lætati ſumus, ſi eamdem concordiam gratis factam fuiſſe conſtiterit. Nos tamen conſtitutum terminum expectamus, ut quidquid æquitas dictaverit: auxiliante Domino, exequamur. Dat. octavo Idus Februarii. Quibus litteris clam Epiſcopo lectis, contra nuntium infremuit; non æqua pretio ſibi referri mandata objicit: patre iterum mendacii ſuggerente interminatur, ne tam adverſa prodantur, ſed proſpera fingantur, egreditur in publicum, arriguntur aures expectantium. Parturiunt montes, naſcitur ridiculus mons, dum falſo benedictione Apoſtolica ſalutatur Epiſcopus; eademq. gratia participatur populus) hactenus de rebus geſtis in cauſa Auguſtana ad concilium delata: quæ autem poſt hæc ſecuta ſunt, ſuo loco dicturi ſumus: Hiſce enim fraudolentis involucris mendaciorum præfocata veritas ſiluit. Quibus videas quam difficile ſit in judiciis, licet judex ſedeat æqua lance merita cauſarum expendens juſtitiam præſtalere, cum favore potentium, erogatione pecuniæ armata procedi iniquitas, ſatellitio mendaciorum undique ſepta. ait Baronius.

Jesu Chr. An. 1106.

16. Demum in eadem Guaſtallenſi ſynodo Parmenſes Bernardum Presbyterum S. R. E. Cardinalem, quem olim, ut anno 1104. diximus injuriis, plagiſque affectum ejecerant, nunc veniam poſtulantes, Epiſcopum ſibi dari petierunt, quorum votis annuens Paſchalis Papa Parmam profectus, eum ibidem Epiſcopum conſecravit, & Eccleſiam B. Mariæ Virginis ibidem dedicavit, ut his verſibus narrat Donizo in vita Mathildis.

Bernardus Parmæ Epis. conſecratur.

apud Murat. to. 5. rer. ital. p. 378.

Ca-

Jesu Chr.
an. 1106.

Caſtrum Guaſtallæ Synodi locus extiteratque,
Inde pius Papa diſcedens, ad memoratam
Advenit Parmam, faciens tibi quæ rogitarant:
Nam ſacravit ibi templum Chriſti Genitricis,
Dans ibi decretum, ne ſubjaceat niſi Petro
Clavigero cœli, ſimul ipſius quoque Sedi.
Hoc venit templum Mathildis ad aſpiciendum.
Donum tale dedit, placuit quod maxime plebi.
Pontificem ſacrans Bernardum tunc ibi Papa,
Juſſit eum Papæ vice ſancti degere Parmæ,
Hincque vale dicens dominæ ſæpiſſime dictæ,
Francigenos fines petiit venerabilis idem.

Paschalis Papa in Galliam tranſit, geſta ibidem *Murat. to.3. rer. Ital. pag. 356.*

17. Et ſane Italia egreſſus, *pertranſivit uſque in Franciam*, ait Pandulphus in ejus vita, *& Trecis concilium celebravit, in quo quæ ordinanda multa erant, ordinavit, & quæ deſtruenda erant bono fine deſtruxit*, ac ſequenti anno in urbem rediit; Cur vero iter in Galliam potius, quam in Germaniam Pontifex direxerit, ubi conventus Moguntiæ indictus fuerat, hanc rationem reddit Uſpergenſis Abbas; *Paſchalis vero ſuorum conſiliis, quaſi proterviam Theutonicorum declinans, maxime propter ſeditioſum quemdam tumultum, qui ſibi Veronæ hoſpitanti dudum occurrerat; inſuper ſuggerentibus quibuſdam quod non facile gens noſtra decretum illud recipiat, quod quamlibet Eccleſiaſticam inveſtituram a laicis manibus vetat. necnon, & animoſum cor Regis adoleſcentis, quod nondum per omnia Dominico jugo ſit habile: hæc inquam, multaque id genus vir Dei percepta conſiderans; necdum ſibi oſtium Germanicis in partibus apertum eſſe, cum gemitu pronuntians, profectionem ſuam cum Hiſpaniarum Legatis per Burgundiam ad Gallias convertit, & Natalis Dominici gaudium ſua præſentia Cluniacenſibus multum ampliavit*) hactenus ipse, quibus annus hujus peregrinationis Paſchalis abſolvitur: de reliquis ab ipſo rebus geſtis in Galliis anno ſequenti agemus De eodem Paſchalis Papæ adventu in Gallias hoc anno agens Sugerius in vita Ludovici Groſſi, eamdem cum Uſpergenſi cauſam habuiſſe adnotat, dubiam ſcilicet Henrici junioris Regis fidem, reverentiamque ſibi promiſſam; *Sequenti anno repatriationis Bohamundi, Paſchalis Pontifex ad partes Occidentales*

Duqueſte to. 4.

tales cum multis , & ſapientiſſimis viris Epiſcopis , & Cardinalibus, & Romanorum nobilium comitatu , ut Regem Francorum , & filium Regem deſignatum Ludovicum, & Eccleſiam Gallicanam conſuleret ſuper quibuſdam moleſtiis , & novis Inveſtituræ Eccleſiaſticæ querelis, quibus eum & infeſtabat , & magis infeſtare minabatur Henricus Imperator , ſeu Rex Germaniæ futurus aliquando Imperator; harum itaque quæſtionum cauſa, quibus Galliarum Eccleſiæ turbatæ erant, *Cluniacum venit*; *a Cluniaco ad Caritatem*, Paſqualis Papa, ait is auctor. Jesu Chr. an. 1106.

18. Inter hæc autem accidit, ut deferreretur querela adverſus Rutrocum Comitem, eo quod poſſeſſionem militis cujuſdam Hieroſolymitani a Puteo dicti invaſerat, quæ tunc ſub protectione Apoſtolicæ Sedis erant; Quare his acceptis Paſchalis Papa ſcripſit ad Archiepiſcopum Senonenſem, Pariſienſem, Aurelianenſem, & ad Ivonem Carnotenſem, ut eumdem Comitem excommunicare deberent: quod faciendum non eſſe, niſi audito reo, & examinata cauſa, idem Ivo aliique contendebant, quantumlibet ſimpliciter excommunicandum ex mandato Apoſtolico cenſeret Archiepiſcopus Senonenſis: ſed iterum ipſe Carnotenſis Epiſcopus de his ita ſuam ſententiam declaravit, dicens. *Ego itaque ſervato legum tramite, nolo quenquam more ſicariorum ſine audientia punire, nolo ſatanæ tradere, donec vel audientiam ſubterfugiat, vel judicium contumaciter reſpuat. Conſulatur ſuper hoc Evangelium, conſulantur leges divinæ, & humanæ: ſi de re in contentione poſita aliter aliqua lex fieri juſſerit, poſtpoſita mea ſententia, libenter cedam alienæ. Nec aliter puto Dominum Papam intellexiſſe, ubi præcepit, nos pro debito officii noſtri prædictis petitoribus juſtitiam facere &c.* Perſtitit in ſententia ſua donec qui excommunicandus erat, Sedem Apoſtolicam appellans, e manibus eorum judicium abſtulit; cujus cauſam idem Ivo in litteris ſuis ad Daimbertum Senonenſem, & ad Gallonem Pariſienſem exponit, unde diu eam cauſam agitatam fuiſſe patet.

Querela Hugonis militis adverſus Rateocum Comitem ad Paſchalem PP. delata.

Ivo epiſt. 168 *et* 169, *et* 170.

19. Hujus etiam anni initio, antequam de itinere in Gallias ſuſcipiendo fortaſſe cogitaret Paſchalis Papa, Brunonem Signienſem Epiſcopum illuc miſerat, cujus legationis in ſuis

Bruno Signienſis Epiſcop. legatus in Gallias a Paſchali PP. miſſus.

Jesu Chr. An. 1106. ſuis litteris mentionem habet Ivo Carnotenſis*; Humbaldo ſiquidem ſcribens. *Noverit dilectio veſtra*, ait, *præterita æſtate cum Dominus Bruno Signinus Epiſcopus Apoſtolica legatione fungeretur &c.* hoc autem anno eam legationem eidem delegatam fuiſſe inde ſcimus, quod ſocius in eadem profectione Bohamundo Antiochiæ ex Hieroſolymitano itinere reverſo, datus fuerit, ut narrat Petrus Diaconus in chronico Caſſinenſi *Poſt hæc autem ab eodem Pontifice, atque Abbate noſtro una cum Bohamundo in Gallias directus vice Romani Pontificis in eiſdem partibus ſynodum ſecundum traditionem Eccleſiaſticam tenuit &c.*

Epiſt. 166. et lib. 4. c. 31.

Bohamundi cum Conſtantia nuptiæ.

20. Bohamundo autem Antiochiæ Principi Bruno Signienſis Epiſcopus ab Paſchali Papa ſocius ideo datus eſt, ut expeditionem alteram, quam Bohamundus parabat; in Galliis ſollicitaret; quo tempore Conſtantiam Philippi Regis filiam Bohamundus uxorem duxit, ac Ceciliam alteram Philippi filiam ex Bertrada concubina ſuſceptam Tancredo nepoti ſuo deſtinavit; de Bohamundi itinere, & geſtis in Gallias hoc anno hæc narrat Sugerius in vita Ludovici Groſſi; *Anno ab Incarnatione Domini 1106. in fine Februarii, quando Cometa longiſſimum crinem emittens in occiduis partibus apparuit; Bohamundus famoſus Dux poſt captam Antiochiam in Gallias venit,* (ex Apulia nempe) *& Conſtantiam Regis Francorum Philippi filiam* (ex Berta nempe legittima conjuge) *uxorem duxit, & nuptias honorabiles apud Carnotum adminiſtrante ſufficienter apparatum Adela Comitiſſa* (Bleſenſi nempe, & ſorore Henrici Angliæ Regis) *celebravit. Tunc tertia profectio Occidentalium in Jeruſalem facta eſt, multorumque maxima conglobatio militum pedibus ſuis Bizanteum ſtemma proculcare minitantium contra Turcas progreſſa eſt. Cæterum juſtiſſima Dei diſpoſitio conatus concupiſcentium invadere rem proximi ſui fruſtrata eſt, unde ſuperba conglomeratio ambitioſorum nihil eorum, quæ in caſſum rata fuerat, adepta eſt*, inquit Ordericus lib. 5. pag. 589. His addit Villelmus Tyrius lib. II. Cap. I. Boamundum alteram filiam Philippi Regis nomine *Ceciliam* ex Bertrada natam Tancredo nepoti ſuo deſtinaſſe uxorem. Conſtantiæ nuptiis coram Philippo Rege, & multis Epiſcopis, ac Regni Proceribus celebratis: *Aſtitit etiam ibidem*, inquit Sugerius in vita Ludovici Craſſi cap. 9. *Romanæ Sedis Apoſtolicæ Sedis legatus Domnus Bruno Signienſis Epiſc. a Domno Paſchali*

apud Ducheſne to. 4.

ſchali Papa ad indicandam, & confortandam ſancti Sepulcri viam Dominum Boamundum comitatus. Unde plenum, & celebre Pictavis tenuit Concilium. cui & nos interfuimus, quia recenter a ſtudio redieramus. Ubi de diverſis ſynodalibus, & præcipue de Hieroſolymitano itinere, ne tepeſcat, agens, tam ipſe, quam Boamundus, multos ire animavit. Habitum illud Concilium *VI. Kal. Julii*, ut refert Chronographus Malleacenſis, & Boamundus menſe Martio in Gallias adventavit, ut docet Oldericus lib. 11. pag. 816. Adventum Bohamundi Principis in Gallias commemorat Eadmerus de Anſelmo agens lib. 4. Novorum: *His diebus venit Rothomagum Bohamundus, unus de nominatiſſimis Jeroſolymitanæ viæ principibus, habens in comitatu ſuo quemdam Rom. Eccleſiæ Cardinalem nomine Brunonem &c.* Hoc concilium a Brunone Apoſtolicæ Sedis legato celebratum Pictavienſe fuit, in quo, ut narrat auctor chronici Malleacenſis, ad hunc annum, Bruno Signienſis Epiſcopus, *viam Sancti Sepulchri confirmavit*; ut addit etiam auctor chronici Andegavenſis, & Sugerius, qui his interfuiſſe adnotat; Bruno cum Bohamundo ſociatus, *de Hieroſolymitano itinere præcipue, ne tepeſcat, agens multos ire animavit*; at hæc etiam altera expeditio vix, quem fideles ſperabant, exitum habuit, de quibus ſequentibus annis ſermo redibit.

JESU CHR. AN. 1106.

apud Labb. tom. 10. pag. 746.

21. Ottonis Bambergenſis Epiſcopi ordinationem ab Paſchali Papa factam cum anno 1103. Baronius, & Pagius alligaverant, at eam triennio poſt, cum labenti 1106. conjungendam eſſe poſt Bollandiſtas admonet Manſius, idque ex Ebbone vitæ ejus auctore confirmant, dum narrat eum; *In die ſacra Pentecoſtes, quæ erat tertio idus Maji*; labentis anni, quo dies Pentecoſtes tertio idus Maji incidit; *propriis manibus Paſchalis Papa Ottonem conſecravit*; Is porro, ut narrat auctor vitæ ejus, cum ab Henrico Imp. Epiſcopatum, baculi, & annuli traditione accepiſſet, Romam adveniens, & Anagniam Pontificem conveniens, ordinem, & modum electionis ſuæ nihil cunctatus, Paſchali Papæ aperit, ſe ſcilicet contra Apoſtolicæ Sedis decreta, per inveſtituram Epiſcopatum obtinuiſſe; *Ac ad pedes Apoſtolici baculum, & annulum ponit, temeritatis, vel errati veniam petit*; & benedictione accepta ad hoſpitium reverſus noctem inſomnem, Epiſcopatus pericula perpendens, duxit; *Ac viæ ſociis accitis quid deliberaſſet aperuit, moxque valedicens Domno Apoſtolico, & Curiæ per*

Otto Bambergenſis Epiſc. ordinatur.

Bolland. die 2. Julii.

Jesu Chr. an. 1106. *viam, qua venerat, redire cœpit*; At tantam viri humilitatem Paſchalis Papa conſiderans, Epiſcopatu eo digniorem cenſuit, quo ſe imparem indignumque judicabat; Quare Apoſtolico præcepto revocatus. *In ſancto die Pentecoſtes ... ab ipſo Domino Apoſtolico inveſtitur, multoque decore, ac lætitia totius Curiæ ... inter Miſſarum ſolemnia in Epiſcopum conſecratus eſt, & revertens de itinere litteras expectatas Eccleſiæ ſuæ* (de ordinatioue ſua) *præmiſit*, quas Eberardo Præpoſito, ac Adalberto Decano, cæteriſque fratribus Eccleſiæ Bambergenſis inſcripſit, iiſque ſe Anagniæ in die Pentecoſtes ab ipſo Paſchali Papa Bambergenſem Epiſcopum ordinatum fuiſſe narrat, ut ibidem videre eſt.

Paschalis Papæ epiſt. g. ad Clerum, & populum Bamberg.

22. Alteras in eamdem rem ſcripſit idem Paſchalis Papa, quarum hoc eſt initium. *Quanto affectionis debito Bambergenſis Eccleſia ab ipſo ſuæ inſtitutionis primordio Sedi Apoſtolicæ conſtringatur, etſi nos lateret, litterarum veſtrarum ſignificatio manifeſtat. Quod affectionis debitum venerabilis frater Otto, veſtræ Eccleſiæ electus, conſtanter tenuiſſe, ac tenere cognoſcitur, cum per tot, & tanta pericula ad Apoſtolicæ Sedis viſitationem percurrat. Nos igitur eum debitæ benignitatis affectione ſuſcepimus, & juxta veſtræ dilectionis deſiderium noſtris tanquam Beati Petri manibus, ſalvo Metropolitani jure, vobis per Dei gratiam Præſulem ordinavimus* &c., & ut debitam eidem venerationem, & obedientiam exhiberent, hortatur; Quanta vero benedictione repletus is fuerit, vitæ auctor docet, & infra de eodem iterum redibit ſermo, quem Pomeranorum Apoſtolum fuiſſe ſcimus; duplici etiam honore ab Paſchali Papa auctus, dum eidem conceſſit, ut diebus duplicatis pallio uteretur.

Anselmus in Angliam redit. lib. Novorum 4. p. 75.

23. Hoc anno in Angliam tandem Anſelmus, cum ab infirmitate convaluiſſet, diu in monaſterio Beccenſi detentus rediit ut narrat Eadmerus. *Igitur in Aſſumptione B. M. V. Rex, qui in Nortmanniam tranſierat, Beccum venit, celebratoque ab Anſelmo ſolemni Miſſæ officio, una Rex ſcilicet, & ipſe convenerunt, & tandem omnia, quæ illos in diverſa traxerant, pacem, & concordiam invenerunt. Siquidem Eccleſias Angliæ, quas Villelmus Rex frater Regis Henrici ſub cenſum primus redegerat, liberas ab eadem exactione Rex in manus Anſelmi reddidit: & ſe de ipſis, dum viveret, nihil accepturum, quandiu eſſent ſine Paſtore, promiſit. Pro pecunia autem*

quam

quam a Presbyteris acceperat, eam emendationem ſpopondit, ut ii, qui nondum inde quid dederant; nihil darent, & qui dederant, tribus annis ſua omnia in pace, & quiete libera poſſiderent. Cuncta vero, quæ de Archiepiſcopatu, exulante Anſelmo, ſuo juſſu accepta fuerant, ſe redditurum cum in Angliam eſſet reverſus, dato vadimonio pollicitus eſt. His & aliis, quæ res expetebat, inter viros compoſitis, Anſelmo iter Angliam remeandi ingreſſus eſt. Paucis interpoſitis: *Itaque poſthæc ii qui Eccleſiis, ac monaſteriis pro exigenda Regia pecunia, fuerant intromiſſi, ejecti ſunt, & perſonis cujuſque Eccleſiæ, res intus, & extra ad communem utilitatem, commendatæ. Presbyterorum etiam cauſæ, ſicut Regem Anſelmo promiſiſſe diximus, diſpoſitæ ſunt; atque idipſum per totum Regnum divulgatum. Rex ipſe inter hæc Normaniam ſibi bello ſubegit.* Faciliores autem tunc aures Henrico Regi præbuerat Anſelmus, cui Paſchalis Papa, ad eum ſcribens exemplum dederat & ut imitaretur excitaverat; *Quod autem Regi*, ait Pontifex, *aut iis, qui obnoxii videntur, adeo condeſcendimus, eo affectu, & compaſſione factum noveris, ut eos qui jacebant, erigere valeamus*, deinde poſt aliqua. *Tu vero*, ſubdit, *eos, qui inveſtituras acceperunt, aut inveſtitos benedixerunt, aut hominia fecerunt, cum ea, quæ tibi per communes legatos, Villelmum, & Balduinum viros fideles, ac veridicos ſignificamus, Domino cooperante ſuſcipi, & eos vice noſtræ auctoritatis abſolvito*; Hæc & alia ibidem Pontifex, quibus tandem graviſſimis diutiniſque diſſidiis inter Henricum Regem, & Anſelmum optatus finis impoſitus fuit.

Jesu Chr. an. 1106.

Eadmer. lib. 4. Novot. p. 74.

24. *Venit ergo Rex*, ait Malesburienſis, *ſublimi trophæo ſplendidus*, ob Nortmandiam ſibi ſubjectam, *& triumphali gloria Angliam revectus, inveſtiturasque Eccleſiarum Anſelmo in perpetuum in manum remiſit; eodem concedente, ut propter hominium Regi factum nullus arceretur a benedictione.* Ita enim inter Henricum, & Paſchalem Papam per legatos conventum fuerat, ait idem auctor *directi Romam legati Villelmus de Varlesvaſt* pro Rege, *& Balduinus monachus* pro Anſelmo *controverſiam tot annis agitatam ſingulari probitate ſedarunt; Conceſſit ſiquidem Papa, ut Rex homagia de electis acciperet, ſed nullum per baculum, & annulum inveſtiret.* De adepta autem adverſus Robertum victoria, ac de Nortmandia ſibi ſubacta, ad Anſelmum ſcribens hæc narrat. *Paternitati, & ſan-*

Henricus Rex Nortmandiam ſibi ſubjicit, Inveſtituris renunciat.

Henrici ep. ad Anſelm. de victoria adepta.

Jesu Chr. an. 1106. *ſtitati veſtræ ſignificamus Robertum Comitem Northmanniæ cum omnibus copiis militum & peditum, quos prece, & pretio coadunare potuit, die nominata, & determinata mecum ante Tenebrachium acriter pugnaſſe, ſed tandem ſub miſericordia Dei vicimus, & ſine multa cæde noſtrorum. Quid plura? divina miſericordia Ducem Northmanniæ, & Comitem Moretonii, & Vuillelmum Criſpinum, & Vuillelmum de Ferreris, & Robertum de Statevilla ſenem, & alios uſque ad quadringentos milites, & ducem peditum in manus noſtras, & Northmanniam dedit, de iliis autem, quos gladius peremit, non eſt numerus &c.* ac ejus ſe orationibus commendat.

Anselmi ep. ad Paschalem PP. *Eadm. lib.4. Novor. p.78.*

25. In Angliam reverſus Anſelmus, de reditu ſuo, deque Henrici Regis obſequio, in eum, quo ductus inveſtiturarum jure renunciaverat, litteris ſuis Paſchalem certiorem reddidit; *Non debeo tacere excellentiæ veſtræ*, ait, *quod per eam Dei gratia operatur in Anglia, & in Normannia Rex, qui dominatur Anglis, & Normannis obedienter ſuſcipiens veſtram juſſionem. Inveſtituram Eccleſiarum renitentibus multis, omnino deſeruit: quod ut faceret, Robertus Comes de Mellento, & Richardus de Redueris, ut fideles veſtri, & filii Eccleſiæ veritatis attracti monitis vehementer inſtiterunt. Rex ipſe in perſonis eligendis nullatenus propria utitur voluntate, ſed Religioſorum ſe penitus committit conſilio; de me autem quantas debeo gratias paternæ benignitati veſtræ ſcribendo non ſufficio reddere, ſed eas in charta cordis mei ſcriptas lego aſſidue. Cum enim ſicut ſervi veſtri dilecti fratres noſtri Villielmus, & Balduinus retulerunt, vitæ meæ corruptibilis curam ne cito deficiat tam benigna ſollicitudine mihi gerere præcipitis, non modicum pietatis affectum magnitudinem veſtram erga parvitatem meam habere monſtratis &c.*

Londinense Concilium, seu Conventus Episcop. & Procerum *Lib. Novor. p.78. Labb. to.10. p.755. Vilkins cont. Britann. tom. 1. p.*

26. Totus interea in componendis in Anglia rebus hoc tempore Anſelmus intentus erat, cui Henricus Rex ſtimulos addidit; *Conſiderans Henricus Rex*, ait Eadmerus, *totum pene Regnum in gravem ærumnam multis ex cauſis decediſſe, per conſilium Anſelmi, & Procerum Regni operam dare inſtituit, qualiter aliquo modo mala, quæ pauperes maxime deprimebant, mitigarentur, cujus boni exordium gnarus a curia ſua cæpit*; ac conventum Epiſcoporum, & Procerum ad id perficiendum indixit, qui propter Anſelmi infirmitatem in Kalendas Auguſti anni proximi dilatus eſt; de quo occurret ſermo. Hec

27. Hoc anno, ut Pagius adnotat, mortuus eſt Joſephus ſeu Suſſepus Saracenorum Africæ, & Hiſpaniæ Imperator, ſeu Calipha, poſtquam apud Badajos inſignem de chriſtianis, victoriam tuliſſet, ſucceſſoremque in utroque Regno habuit Halim, ſeu Kalim filium, qui etiam biennio poſt, ſeu anno 1108. chriſtianos vicit, ut ibidem videbimus, ait is auctor.

Jesu Chr. an. 1107.

Joſephi Saracen. in Hiſpania Caliſæ victoria & obitus. *Pagi not.* 10.

JESU CHRISTI an. 1107. Paschalis II. Papæ an. 9. Alexii Comneni Imp. 27.

Paſchalis Papæ geſta in Galliis.

1. Cum ſolemnitatem Nativitatis Domini apud Cluniacum celebraſſet Paſchalis Papa, inde digreſſus hujus anni initio *Charitatem* tranſiit, ait Sugerius in vita Ludovici Noni cap. 9. *Ubi celeberrimo Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, & monaſtici ordinis conventu eidem nobili monaſterio ſacram dedicationis impoſuit; Adfuerunt, & nobiliores Regni Primores &c. cui conſecrationi, & nos ipſi interfuimus*; ait auctor atque hinc inde divertens Pontifex, conſecrationes alias perfecit, & privilegia conceſſit, ut idem Sugerius narrat, aliique auctores confirmant; *Cumque Turonos apud S. Martinum*, ſequitur auctor, *Frigium ferens*, ſeu Mitram, ſeu Regnum, hodieque triregnum, Romanus Pontifex *Lætare Hieruſalem celebraſſet*, ſeu quartam Quadrageſimæ Dominicam, *ad venerabilem Dionyſii locum*, ſeu monaſterium, *tamquam ad propriam B. Petri ſedem benevolus, & devotus devenit &c.* Cui ibidem occurrit *Rex Philippus, & Dominus Ludovicus filius ejus, gratanter, & votive, amore Dei Majeſtatem Regiam pedibus ejus incurvantes quemadmodum conſueverunt ad ſepulcrum piſcatoris Petri Reges ſubmiſſo Diademate inclinari. Quos Dominus Papa manu erigens tanquam devotiſſimos Apoſtolorum filios ante ſe redire fecit. Cum quibus de ſtatu Eccleſiæ, ut ſapiens ſapienter agens, familiariter contulit, eoſque blande demulcens Beato Petro ſibique ejus Vicario ſupplicat opem ferre, Eccleſiam manutenere, & ſicut anteceſſorum Regum Francorum Caroli M., & aliorum mos inolevit, tyrannis, & Eccleſiæ hoſtibus, & potiſſimum Henrico Imperatori audacter reſiſterent; Qui amicitiæ, auxilii, & conſilii dextras dederunt, regnum expoſuerunt* (ideſt ut puto coronam Regalem) *& qui cum eo Catalaunum Imperatoris Legatis occurrere feſtinent, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, & Abbatem S. Dionyſii Adam, cum*

Auxilium petit adverſus Henricum Imp.

Jesu. Chr. An. 1107. *cum quo, & nos fuimus, conjunxerunt. Ubi cum Dominus Papa aliquantiſper demoraretur, venerunt Legati Henrici Imp. & dixere, hoc ad jus Imperii pertinere, in omni electione requiri aſſenſum Imperatoris, ut electus annulo, & virga inveſtiatur.* His reſpondit Summus Pontifex Epiſcopi Placentini, *voce Eccleſiam pretioſo I. C. Sanguine redemptam, & liberam conſtitutam; nullo modo iterato ancillari oportere.* Cumque hæc, & his ſimilia Legati audiſſent: *non hic, inquiunt, ſed Romæ gladiis determinabitur querela.* At Pontifex viros miſit ad Cancellarium Imperatoris, qui eum exorarent, ut paci operam daret, ait Sugerius. Henricus autem, cujus ibidem mentio, filius Henrici quarti Imp. erat Imperator a Sugerio dictus, etſi Germaniæ tantum, & Italiæ Rex eſſet, qui ſtatim poſt Patris obitum de jure inveſtiturarum quæſtionem excitavit, quas ſibi deberi ajebat, ut ex dicendis conſtabit. Paſchalis autem Papa ab Ivone Carnotenſi rogatus, ut ad ſuam Eccleſiam tranſiret, *Solemnitatem Paſchæ apud Carnutum celebravit*, ait Odericus lib. 11. pag. 800.

Paschalis Papa concilium Trecis celebrat. *Labb. to.10. p.754.*

2. Carnuto poſt Paſchatis feſtum Pontifex digreſſus Trecas advenit, ubi teſte Uſpergenſi Abbate, *Concilium non modicum apud Trecas habuit, ubi inter multa, quæ pro tempore, & neceſſitate corrigenda* erant, *correxit, ſententiam de libera paſtorum electione, & de coercenda laicorum in Eccleſiaſticas dignitates præſumptione juxta prædeceſſorum ſuorum decreta promulgavit. At Rex Henricus peragratis Saxoniæ finibus poſt Paſchale feſtum Moguntiæ actum, eidem ſe Concilio vicinum, non tamen præſentem cum nonnullis Epiſcopis, & Optimatibus exhibuit Cum quibus etiam inito conſilio, Legatos honorabiles ad Apoſtolicum tranſmiſit, per quos tam ipſi, quam univerſæ Synodo poteſtatem conſtituendorum Epiſcoporum privilegiis Apoſtolicis Carolo Imperatori conceſſam notificarent. Super qua quæſtione, quia in alieno Regno quidquam definiri, utpote Romano jam incipiens potiri ſceptro Henricus non patitur, inducias ſibi totum ſequentis anni ſpacium Romam veniendi, & eamdem cauſam generali Concilio ventilandi, concedunt. Tunc etiam nonnullos noſtrates Epiſcopos, eo quod eidem Concilio non intererant, officii ſuſpenſione Dominus Papa mulctavit; quos tamen non multo poſt ſatisfacientes clementer abſolvit. Rurſum necdum humilitatem, quam quæſivit, Germanicis in cordibus invenire ſe ſatis conqueſtus, nos nequaquam*

ut

ut propoſuerat, *viſitare*, *ſed finibus Italicis ſe comitatumque ſuum diſpoſuit referre*. Hæc de ſynodo Trecenſi ubi *de Hieroſolymitano itinere*, *de tregua Dei*, ut narrat Senonenſis chronographus, & de inveſtituris omnino abolendis, actum eſt, ut idem Paſchalis Papa in litteris ad Rothardum Moguntinum Archiepiſcopum in collectione Martenii relatis narrat. *In Trecenſi concilio ſtatuimus*, *ut quicumque clericorum de hac hora inveſtituram Eccleſiæ*, *vel Eccleſiaſticæ dignitatis de manu laici acciperet*, *& qui ei manum impoſuerit*, *gradus ſui periculo ſubjaceat*, *& communione privetur &c.* JESU CHR. AN. 1107. tom. 1. pag. 617. i

3. In eodem Trecenſi concilio legati Dolenſis Eccleſiæ adfuerunt, poſtulantes ab Paſchali Papa, ut Vulgrinum Carnotenſis Eccleſiæ Cancellarium, & Archidiaconum, ab Dolenſi clero electum, & renuentem, ad Epiſcopatus onus, honoremque ſuſcipiendum, præcepto ſuo cogeret. Is vero ad Ivonem confugiens effecit, ut pro eo, ne invitus ad Epiſcopale munus cogeretur, litteras ad Pontificem ſcriberet, quibus hæc præfatur. *Reverſus a concilio Trecenſi filius noſter Valgrinus Eccleſiæ noſtræ Cancellarius anxie conqueſtus eſt*, *quod Dolenſis Eccleſia*, *deſtinatis excellentiæ veſtræ quibuſdam Legatis ſuis*, *eum ſibi in Epiſcopum ſub præſentia veſtra elegerit*, *& huic electioni ad eorum petitionem veſtra paternitas aſſenſum præbuerit*, *nec ejus excuſationibus quamvis idoneis*, *adhuc aurem accommodare voluerit*. *Quamvis enim ſit bene litteratus*, *& bonis moribus ornatus*, *multis tamen allegationibus humiliter inſufficientiam ſuam prætendens*, *dicit ſe potius multa gravia perpeſſurum*, *quam onus Epiſcopi hoc tempore ſubiturum &c.* Quare enixis precibus Pontificem rogat, ne Vulgrinum ad Epiſcopale onus ſubeundum obedientiæ vinculis conſtringeret. Ad Dolenſem vero Eccleſiam, quæ ut Vilgrino perſuaderet, ut electioni de ſe factæ acquieſceret, reſpondens Ivo factum quidem eorum pro bona voluntate laudat Ivo ſe tamen id nequaquam facturum teſtatur; *Si ergo*, ſubdit, *ſtudia veſtra maturare non vultis*, *ſi in aliam perſonam deliberatione veſtra declinare non vultis*; *non a nobis*, *ſed a ſummo Pontifice eſt quærendus*, *cui conceſſum eſt invitos ad hæc officia cogere*, *& de volentibus*, *& de nolentibus Eccleſiæ Dei pontifices ordinare*. *Quantum ergo ſuper hoc me coegerit Dominus Papa*, *tantum ego prædictum fratrem cogam*. Hæc ad electores Dolenſes Ivo, quem autem exitum hæc habuerint, in obſcuro eſt. Legatio Dolen. Eccleſiæ ad Pſchalem PP. epiſt. 176. & 178.

His

Jesu Chr. an. 1107.

4. His geſtis *Autumni tempore* Paſchalis Papa *ex Gallia Romam rediit*, ait Uſpergenſis, quem Mutinæ Kal. Septembris fuiſſe ſcimus ex diplomate ſeu bulla ibidem data pro Monaſterio Sancti Benedicti prope Mantuam, ut ex Bacchinio adnotat Muratorius, ibidem quippe legitur, *Mutinæ Kalendis Septembris indiction. prima Incarnat. Dom.* 1107. *Pontificatus autem Domini Paſchalis Papæ ſecundi an. nono*. Tuſciam vero pertranſiens, perhonorifice ab Comitiſſa Mathilde exceptus, ac admiſſus fuit, ut his verſibus narrat Donizo.

Murat. rer. Ital. to. 5. p. 378. cap. 17.

Illinc poſt annum rediit retro Paſtor amandus
Ejus ad obſequium Mathildis mox reperitur
Prompta, loquens ſecum, Romam rediit cito Præſul.

Murat. to. 3. p. 356.

Reverſus, urbem turbatam invenit, ait Rodulphus in ejus vita, *Superiorem Maritimam per eum, quem dimiſerat Stephanum*, ex Corſorum ſcilicet gente, quem tamquam rebellem urbe ejecerat, ut anno 1100. diximus; At hic ab urbe excluſus Maritimam invaſerat; *Pontecelem, & Montemaltum oppida de jure B. Petri copiis munivit*, quem Paſchalis Papa *aggreſſus, alterum quidem cæpit, alterum ob impatientem in locis illis autumnum, depopulatis, quæ extra erant, dimiſit*, ait is auctor, qui de ſubſecutis mox in urbe, & extra eam turbis plurima addit, de quibus infra.

Paschalis Papa Romam redit.

5. De geſtis hoc anno ab Anſelmo, & Henrico Rege verba faciens Eadmerus, Concilium Londinenſe celebratum fuiſſe narrat. *In Kal. ergo Auguſti conventus omnium Epiſcoporum, Abbatum, & Procerum regni, Lundoniæ in Palatium Regis factus eſt. Et per tres continuos dies, abſente Anſelmo, inter Regem, & Epiſcopos ſatis actum de Eccleſiarum Inveſtituris: quibuſdam ad hoc nitentibus, ut Rex eas faceret more patris, & fratris ſui, non juxta præceptum, & obedientiam Apoſtolici. Nam Paſchalis Papa, in ſententia, quæ exinde promulgata fuerat, firmus ſtans, conceſſerat hominia, quæ Urbanus Papa æque, ut Inveſtituras interdixerat: ac per hoc Regem ibi de Inveſtituris conſentaneum fecerat. De hinc præſente Anſelmo, adſtante multitudine, annuit Rex, & ſtatuit, ut ab eo tempore in reliquum, nunquam per donationem baculi Paſtoralis, vel annuli quiſquam de Epiſcopatu, vel Abbatia per Regem, vel quamlibet laicam manum inveſtiretur in Anglia, concedente quo-*

quoque Anſelmo, ut nullus in prælationem electus pro hominio, quod Regi faceret, conſecratione ſuſcepti honoris privaretur. Quibus ita diſpoſitis, pene omnibus Eccleſiis Angliæ quæ ſuis erant Paſtoribus diu viduatæ, per conſilium Anſelmi, ac procerum regni ſine omni virgæ Paſtoralis, aut annuli Inveſtitura Patres a Rege ſunt inſtituti. Inſtituti quoque ſunt ibidem, & eodem tempore ab ipſo Rege quidam ad regimen quarumdam Eccleſiarum Normanniæ, quæ ſimiliter ſuis erant patribus, ſeu paſtoribus, *deſtitutæ*. His addit Eadmerus, quæſtionem ab Anſelmo cum Gerardo Eboracenſi Archiepiſcopo motam fuiſſe, eo quod ab Herefordienſi Epiſcopatu, in Eboracenſem translatus, obedientiæ profeſſionem ſibi non fecerat, quam controverſiam Henricus Rex facile compoſuit, Gerardo ſuggerens, ut profeſſionem olim factam confirmaret, quod & factum eſt.

Concilium Londinense ibique acta. *Labb. concil. to.10.p.755. Eadmer. Novor. lib.4.*

6. Statutum exinde ibidem fuit, ut ad Epiſcopatum electi Cantuariam tranſirent; *Et ibi dignitatis ipſius benedictionem ex more*, ab Anſelmo, *ſuſciperent*, qui omnes tertio idus Auguſti ab Anſelmo conſecrati ſunt; miniſtrantibus ei Coepiſcopis ſuis, virgam quoque paſtoralem, quam in concilio Londinenſi perdiderat, juſſu Paſchalis Papæ, eadem die Eduino Abbati de Ramaſæi reſtituit, & in ſequenti quinta feria Robertum Monachum Cœnobii Venſtmonſtarienſis in Abbatem ſacravit, aliaſque tunc ordinationes ab eo factas commemorat, cumque Hugo Beccenſis monachus, Abbas S. Auguſtini electus fuiſſet, cum ſacros ordines nondum haberet, ejuſdem conſecratio dilata tunc eſt, eumque Diaconum in jejunio ſeptimi menſis in Capella ſua Anſelmus ordinavit, & in jejunio menſis decimi Presbyter, ab Villelmo Oxonienſi in eadem Anſelmi Capella ordinatus fuit, eo quod Anſelmus tunc ægrotaret, quem etiam ſe præſente ab eodem Villelmo ſolemniter in Eccclesia Cantuarienſi Abbatem conſecrari juſſit, at S. Auguſtini monachi his reſtiterunt, prætexentes ſe privilegium habere, ut eorum Abbas in monaſterii Eccleſia conſecraretur, ac controverſia ad Regem delata, Henricus Anſelmo juſſit, ut in Eccleſia S. Auguſtini Abbatem conſecraret, vel ſe præſente in Capella ſua; At Anſelmus, ne ad id cogeretur, humili ſupplicatione, ne juribus ſuis dignitatique Primatis præjudicium ſuſtineret, rogavit; iiſque Rex annuens, *Quarto Kal. Martii quinta feria primæ ſeptimanæ Quadrage-* *Eadm. lib.4. Novor.p.77.*

Jesu Chr. An. 1107.

ſimæ in Capella Roſſenſis Eccleſiæ, ubi tunc Anſelmus hoſpitabatur, conſecravit, quo etiam tempore ad Paſchalem Papam ſcribens, de abdicato inveſtiturarum jure ab Henrico Rege, deque reſtituta Anglicanæ Eccleſiæ pace, ordinatiſque rebus certiorem reddidit, ac de benevolentiæ officiis ſibi exhibitis gratias agit, ut ibidem apud Eadmerum videre eſt, quo loco, quot quantique tunc in Angliæ Regni adminiſtratione, & in Eccleſias abuſus irrepſiſſent, edocet, ita ut nec moneta incorrupta ibidem remanſiſſet; Quibus mederi malis Henricus deſiderans, rupta membrorum multatione, quoslibet hujuſcemodi criminum convictos, damnavit. *Quæ juſtitia in pluribus viſa, ceteros integritatem ſui amantes, ab aliorum læſione deterrebat*, ait is auctor, ac criminibus in Republica legum ſeveritate compreſſis; ut res ſacræ rite ſancteque tractarentur ſollicitus inſtitit, ut ibidem Eadmerus narrat.

Anſelmi ep. ad Paschalem PP., de nova Episc. Sede erigenda.

7. Inter cetera autem ibidem geſta, de nova erigenda Epiſcopali Sede in Abbatia de Heli, quæ hactenus Lingonienſis Diœceſis fuerat actum eſt: at ne id ſine conſenſu Paſchalis Papæ fieret, Anſelmus Regi, Epiſcopiſque ſuggeſſit, ac ea de cauſa litteras ad Paſchalem Papam dedit, quibus ut auctoritate ſua, novam Epiſcopatus Sedem probaret, rogavit; *Sciens*, ait Eadmerus, *præter conſenſum, & Romani Pontificis auctoritatem novum Epiſcopatum nuſquam inſtitui poſſe*.

pag. 79.

Concilium Hierosolym. ubi Ebremarus Episc. ea Sede dejicitur. *Gulielmi Tyrius lib. II. 4.*

8. Ad componenda Hieroſolymitanæ Eccleſiæ diſſidia, Gibilinum Arelatenſem Archiepiſcopum legatum illuc miſerat Paſchalis Papa, qui ut narrat Gulielmus Tyrius, illuc profectus, *Convocato Epiſcoporum Regni concilio de cauſa Domini Ebremerii cognovit plenius*, qui de Hieroſolymitana Sede cum Daimberto contendebat; Ob quam cauſam Daibertus triennio ante in urbem advenerat, cauſam ſuam coram Paſchali Papa acturus, ibique diu detentus, violentia Regis inde ejectum fuiſſe ajebat. In Siciliam profectus, dum Meſſanæ tranſitum in Orientem expectaret, gravi infirmitate correptus, decimoſexto Kal. Iulii obiit, cum annos ſeptem Hieroſolymitanam Sedem tenuiſſet, quatuor ſcilicet in pace, tres in exilio. Ebremerus vero ejuſdem Sedis invaſor, poſt Daiberti obitum in urbem adveniens, ſuam demonſtraturus innocentiam, invitum ſe, renuentemque in eam locatum fuiſſe dixit. Nihil tamen ab Paſchali Pada *impetrare potuit, quam ut cum eo dirigeretur legatus, qui de cauſa ejus Hieroſolymis conſtitutus, plenius*

nius poſſet cognoſcere; Gibelinus itaque concilio convocato, *De cauſa Ebremari cognovit plenius. Cumque ei conſtitiſſet per teſtes idoneos ſufficientes, & majores omni exceptione; quod Dominus Daibertus abſque cauſa legitima Arnulphi factionibus, & regia violentia fuerat expulſus, & quod Ebremerus adhuc viventis pontificis, & Eccleſiæ habentis communionem ſedem occupaverat, auctoritate qua præeminebat, eum a Patriarcatu depoſuit. Sed conſiderans multum viri religionem, & ſimplicitatem miram, Cæſarienſem, quæ tunc vacabat, Eccleſiam ei conceſſit habendam. Poſtmodum vero dum de ſubſtituendo Eccleſiæ Hieroſolymitanæ Patriarcha Clerus, & populus diſceptaret: conſtituta ad hoc ſpecialiter die, ut ſuper eo negotio de more tractaretur poſt multas hinc inde deliberationum partes, in dominum Gibelinum Apoſtolicæ Sedis Legatum unanimiter conveniunt, & eum in ſedem locant Patriarchalem. Hoc etiam prædictus Arnulphus malitioſe dicitur conſtruxiſſe; ut homo ſenex, & decrepitus in illa ſede vivere diu non poſſet.* Hucuſque Villelmus, atque hæc hoc anno peracta fuiſſe inferius docet. JESU CHR. AN. 1107.

9. Gibelinus vero invitus pene reluctanſque in eam Sedem locatus, cum ad ſuos redire non poſſet, litteras ad Arelatenses dedit, quibus ut dignum ſibi paſtorem eligerent, hortatur. Inter cætera *Scitis*, ait, *qua ratione egreſſus ſum de terra mea, & de cognatione mea, quomodo a Romana Eccleſia ad Orientales Eccleſias fui miſſus, modo factus incola, qui veneram peregrinus. Nam Dominus Papa Paſchalis, qui ad viſitationem Orientalem Eccleſiarum me deſtinaverat, per litteras, & per venerabilem Præneſtinæ civitatis Epiſcopum mihi mandavit, ut curam Hieroſolymitanæ Eccleſiæ ſuſciperem exemplo illius, qui exivit a Patre, & venit in mundum, ut faceret voluntatem ejus qui miſit eum, & ego inclinavi aurem meam, & oblitus ſum populum, & domum patris mei. De cætero fratres, de ordinatione Eccleſiæ veſtræ cogitate, & Epiſcopum vobis ſecundum Dominum eligite; Et ſi hactenus tam nobilis Eccleſia Paſtorem, qualem deceret, non habuit, modo talis eligatur, in quo per Dei gratiam totum impleatur quod defuit &c.*, ac multa ſe non ſcribere addit, cum flere magis liberet, quam ſcribere, ac ſe eorum orationibus commendat.

Gibelini Hieroſoly. Epiſ. ordinatur, ejus epiſt. ad Arelat.

10. Gibellini tranſlationem ex Arelatenſi in Hieroſolymam Sedem auctoritate ſua confirmavit Paſchalis Papa, ac ut alterum eligerent, hortatus eſt, *Pro negotiis, & ſcandalis, quæ*

Paſchalis Papæ epiſt. ad Arelat. n. 13. *Conc. to. 10. d. 646.*

Jesu Chr. an. 1107. *quæ in Hieroſolymitana Eccleſia fuerant, venerabilem fratrem noſtrum Gibelinum, quondam Eccleſiæ veſtræ Antiſtitem ad partes illas cum noſtra legatione direximus, cujus nimirum perſona ita in omnibus placuit, quod eum Clerus, & populus ejuſdem Eccleſiæ unanimi voto, communi deſiderio in patrem ſibi, & paſtorem elegerant. Nos enim, quoniam diu Epiſcopali regimine fuerant reſtituti, electionem ipſam aſſertione noſtra firmavimus. Veſtram itaque di lectionem litteris præſentibus præmonemus, & hortamur in Domino, ut & vos canonicum paſtorem vobis eligere properetis: nec vobis grave, & durum vehementius videatur. Illum enim tanto zelo, tanto ardore Hieroſolymitanam ſuſcepit Eccleſiam, quod eum (etſi nos omnino velimus) vobis reddere nullo modo poſſimus. Data Laterani, quarto nonas Januarii* anno ſequenti. Eodemque anno quinto idus Junii, Balduinum Hieroſolymorum Regem admonuit, ut urbes quas in Paleſtina cœpiſſet, Hieroſolymitanæ Sedi ſubjiceret, quod etiam epiſtola altera Gibellino Patriarchæ inſcripta confirmat; Ubi poſt aliqua *Præſentis decreti pagina*, ſubdit, *tibi frater cariſſime, & Coepiſcope Gibelline, tuiſque ſucceſſoribus, & per vos ſanctæ Hieroſolymitanæ Eccleſiæ, Parochiali ſive Metropolitano jure regendas diſponendaſque ſancimus civitates omnes atque provincias, quas ſupradicti Regis ditioni, aut jam reſtituit, aut in futurum reſtituere gratia divina dignabitur, dignum eſt enim, ut ſepulchri Dominici Eccleſia ſecundum fidelium militum deſideria competentem honorem obtineat, & Turcarum, ſeu Saracenorum jugo libera, in chriſtianorum manu abundantius exaltetur.*

epiſt. 18. 19.

Bohamundus Antiochen. Princeps in Orientem redit.

11. Eam fortaſſe ſpem dilatandi Hieroſolymorum Regni Paſchalis Papa conceperat, ob Bohamundi reditum in Orientem, qui cum ex Gallia, & Italia exercitum congregaſſet; *In portu Brunduſino, qui eſt in Apulia claſſem ſuam paravit*, ut Villelmus Tyrius, Fulcherius, aliique narrant; At Chriſtianorum conatibus cum ſe objeciſſent non ſolum Turcæ, ſed etiam Alexius Imp. vix quidquam memoria dignum Bohamundus egit. *Qui cum tempus*, ait Fulcherius, *ad transfretandum expectaſſet, ſexto idus octobris naves ingreſſi Bulgariam navigaverant, & Avalonis portu applicuerant. Et Avalone citiſſime capta, Duratium urbem adeuntes, tertio Idus Octobris obſederant. Sed quia civitas illa tam hominibus, quam victua-*

Villelmus lib. 11. pag. 798. Fulcher. lib. 2. hiſt. sacræ Romualdus Salern. Murat. rer. Ital. to. 7.

victualibus ſatis erat munita, illa obſeſſores diu fatigavit &c. Erat quidem Imperator Conſtaninopolitanus Alexii nomine genti noſtræ tunc contrarius, & Hieroſalymam peregrinantibus, vel fraude clandeſtina, vel violentia manifeſta, tam per terram, quam per mare perturbator, & tyrannus. Quapropter Boamundus, collecto, ut dictum eſt, exercitu, terram illius intravit, civitates, & oppida comprendere nitens, Duracium tamen obtinere non potuit. Tunc Bohamundus fines Imperii Conſtantinopolitani, rapinis direptionibuſque hoſtiliter vexavit, quod cum cognoviſſet Alexius, copias quidem adverſus eum eduxit, ſed paulo poſt amicorum communium interventu, ideſt Venetorum, ut in chronico narrat Dandulus, fædus cum eodem iniit, ait Gulielmus, juramento promittens ſe inpoſterum nullam injuriam, aut damnum Chriſti fidelibus laturum, ſed auxilium iis præſtiturum, qui ad loca ſancta tranſibant; iiſque geſtis Bohamundus in Apuliam rediit, ubi anno 1101, aut ſequenti 1111, cum alteram expeditionem pararet, vivere deſiit, ut ibidem dicturi ſumus; Hanc alteram Bohamundi expeditionem in Orientem geſtave ibidem, & fœdus cum Alexio Imp. initum, fuſiori ſtylo libro 13. Alexiadum proſequitur Anna Alexii filia, in eo ubique intenta, ut Græcorum geſta illuſtret, Latinorum econtra deprimat.

JESU CHR. AN. 1107

tom. 2. rer. Ital.

Bernardi Præneſtini Episc. obitus, & Epitaphium.

12. Præneſtinus autem Epiſcopus, Gibelino ſocius datus ab Paſchali Papa, cujus mentio fit in epiſtola Gibelini ad Arelatenſem Clerum, & populum, Bernardus, ſeu Berardus erat, cujus etiam ſub Urbano Paſchalis prædeceſſore, mentio occurrit in privilegio Cluniacenſibus dato, ab altero Bernardo Parmenſi Epiſcopo in ſynodo Guaſtallenſi anno 1104. ordinato diſtinguendus, qui compoſitis jam in Eccleſia Hieroſolymitana rebus, & Gibelino ibidem ordinato, cum in Italiam rediiſſet, Salerni obiit, cui Alfanus Epiſcopus hoc Epitaphium poſuit.

Bernardus nomen, Beneventum patria, Sedes
Præneſtis celebris laus mihi Roma fuit.
Hoſtes Eccleſiæ contrivi, cuncta relinquens
Ivi Ieruſalem ſolvere crimen idem
(Seu Ebremarum ab ea ſede dejicere.)
Iamque dies menſem retinebant quinque decembrem
Cum rediens illuc, mortuus hoſpitor hic JESUS

Jesu Chr. an. 1108.

JESU CHRITI an. 1108. Paschalis II. Papæ an. 10. Alexii Comneni Imp. 28.

Paschalis Papa in Campaniam tranſit Benevento concilium celebrat. *Murat. to.3. rer. Ital. p. 356.*

1. Quod frequentes in urbe ſeditiones excitarentur, ac latrocinia, cœdeſque fierent, *Non æquo animo ferebat Dominus Papa*, ait Pandulphus Piſanus in ejus vitâ; *tum quia inæqualitas temporis tunc eum prohibebat, tum quia in Apuliam ire diſpoſuerat; Ob hoc accitis fidelibus, Lavicano Epiſcopo Eccleſiarum curam, Petro Leonis, & Petro Francipanis urbem, & Urbana, Ptolomæo cætera, quæ extra urbem erant. Beati Petri patrimonia, & Principem militiæ nepotem ſuum Gualfredum tuenda commiſit*; Rebuſque diſpoſitis, in Campaniam tranſivit; *Moratuſque quo debuit, ut decuit fecit, cum debuit, rediit*, ait is auctor, eaque occaſione Beneventum, & Caſſinum adiit, deinde ſynodum celebravit, *Menſe octobri adveniente*, ait Petrus Diaconus in chronico Caſſinenſi, *idem Apoſtolicus ad hunc locum adveniens, ſociato ſibi noſtro Abbate, Brunone* ſcilicet, *qui Signienſi Epiſcopatui renunciaverat, Synodum celebraturus Beneventum perrexit, in qua prædeceſſorum ſuorum veſtigia ſecutus conſtituit, ut quicumque inveſtituram Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticam dignitatem de manu laici acceperit, & dans, & accipiens communione privetur. Veſtimenta vero ſecularia, & pretioſa Clericis reprehendit, & talibus uti interdixit. Cum autem Capuam deveniſſet, rogatus ab eodem Abbate, Eccleſiam ſancti Benedicti, quam Deſiderius Abbas intra eamdem civitatem renovaverat, ſolemniter dedicavit, in qua etiam de veſtimentis ſanctiſſimi Patris Benedicti recondidit, ſicque ad hoc Monaſterium veniens, Romam reverſus eſt*

lib.4. cap.3.

Paschalis Papa rebelles iterum comprimit.

2. Abſente autem ab urbe Pontifice, iterum in ea, & extra ſeditiones excitatæ ſunt, ut ſupracitatus Pandulphus his verbis narrat. *In itinere erat, Pontifex, audivit in urbe ſeditiones, innumeraſque terribiles concecti extra Anagniam, Præneſtem, Tuſculanum, ipſas etiam Sabinas defeciſſe. Hujus defectionis caput roburque Ptolomæum adſciviſſe ſibi Petrum de Columna Abbatem Farfenſem, Romanorum copiam, Albam, Maritimamque fidem ſervantium hoſtilibus irruptionibus depopulatam, ipſum etiam Ptolomæum ſubmurmuraſſe, nec inde aditum patere Domno Papæ redeunti ad Urbem, ſed Dominus, qui Beati*

Beati Petri ſide Eccleſiam ſolet tueri, reditum dedit proſperum, accito Gajetano Duce, Richardo de Aquila, ut hujus itineris dux ſibi foret, injunxit, triduo poſt in maritimis nos aſſecutus eſt, atque ſic Dei, & B. Petri auxilio uſque Albam pervenit, Albæ vero Domnus Papa tanta devotione ſuſceptus eſt, quando deſiderio expectatus, & ſoluto donativo, quod militibus hæredariis debebatur, Romam venit, quos hic hoſtes, quos fideles, ſocioſque invenerit, plene cognoſci non potuit; dum vero Romæ cum ſuis conſidere cæpit omnes Beati Petri poſſeſſiones recepit, inter quas cum magno labore, & multa nece hominum Tiburtium ſuſcepit &c., ac ſubdit, quod parvo prælio Stephanum Abbatem, cæteroſque, ut ablata patrimonia Romanæ Eccleſiæ redderent, coegiſſe; *Viguit autem pax, quoaduſque exterminatorem terræ, Henricum, Henrici Imp. filium divinæ ultionis ira in Italiam traxit*, cum iterum cum tota Italia urbs ipſa graviter turbata eſt, ut ſuo loco dicturi ſumus.

3. Hoc anno Paſchalis Papa, ex Campania in urbem rediens, dum Signiæ eſſet Petrum Anagniæ Epiſcopum, qui triennio ante virtutibus clarus obierat, ſanctorum cathalogo inſcripſit, ut ex ejuſdem diplomate Anagniæ Epiſcopis, & aliis per Campaniam conſtitutis dato conſtat, *datum Signiæ ſecundo nonas Iunii Pontificatus noſtri anno Decimo*

Paſchalis Papa Petrum Anagniæ Epiſcop. ſanctorum catalogo inſcribit. *Fontanini Codex Canoniz. p. 10.*

4. Hieroſolymitanæ Eccleſiæ dignitatem anno proximo Paſchalis Papa eouſque auxerat, ut urbes quaſlibet ab Turcis receptas, datis ad Gibelinum Patriarcham, & Balduinum Regem litteris, eidem Eccleſiæ ſubjecerat. At cum conceſſio hæc in magnum Eccleſiæ Antiochenæ præjudicium vergeret, Bernardus Antiochenus Epiſcopus legatos Romam miſit ad Paſchalem Pontificem, per eos expoſtulans de imminuta valde per eam conceſſione diœceſi Patriarchatus Antiocheni, enixe poſtulans, ut deſcripti termini cujuſcumque Patriarchatus per ſacroſanctum magnum Nicænum Concilium immobiles permanerent Paſchalis vero, ne ſchiſma aliquod ea occaſione in Eccleſia oriretur litteris ſuis animum ejuſdem Patriarchæ Antiocheni placare magnopere laboravit: ac ſummam ſemper inter Romanam, & Antiochenam Eccleſiam charitatem viguiſſe adnotat, cum ambæ ab Apoſtolo Petro fundatæ fuiſſent, hinc ſubdit: *Dignum eſt igitur, chariſſime frater, ut ejusdem charitatis unitas firma permaneat; nec de nobis menti tuæ opinio ulla ſubrepat, quod Antiochenam Eccleſiam*

Paſchalis Papa Bernardi Antioch Patriarchæ expoſtulationi ſatisfacit. *epiſt. 20.*

Jesu Chr. an. 1108.

cleſiam deprimere, aut inhonorare velimus. Si quid ergo vel Antiochenæ, vel Hieroſolymitanæ Eccleſiæ aliter fortaſſe, quam oportuit, de parochiarum finibus ſcripſimus, nec levitati eſt, nec malitiæ adſcribendum, nec propter hoc apud nos eſt ſcandalum concitandum: quoniam, & locorum longinqua prolixitas, & antiquorum nominum commutatio, quæ civitatibus, vel provinciis accidit, magnam nobis ambiguitatem, vel ignorantiam intulerunt. Ceterum, & optavimus, & optamus non ſcandali, ſed pacis fomitem fratribus miniſtrare, ſuum jus, & honorem quibuſcumque Eccleſiis conſervare. Data Laterani ſexto Idus Auguſti. (ſicque hac exhibita ſpe emendationis eorum, quæ contra jus Eccleſiæ Antiochenæ reſcripſiſſe idem Pontifex viſus eſſet, res ita tranſierunt uſque ad obitum Gibelini Patriarchæ Hieroſolymitani quomodo vero iſta poſtea tractata ſint, ſuo loco dicturi ſumus anno 1113.

Philippi Reg. obitus Ludovicus Filius ſuccedit.

5. Hoc eodem labente anno 1108, tertio, vel quarto Kal. Auguſti, *Philippi Regis obitus* contigit, ait auctor chronici S. Petri Catalaunenſis, *Ordinatio Ludovici filii ejus vigeſimo ſexto anno*, expleto, *ætatis ſuæ*, natus quippe An. Domini Incarnat. 1081., ait Liſiardus Senenſis Epiſcopus in vita S. Arnulphi deceſſoris ſui, eademque fere de Philippi obitu, & Lodovici inauguratione in Regem ceteri Scriptores Ordericus lib. 1. Fulcherius lib. 2. hiſtoriæ Hierorolym: &c. In Monaſterio Floriacenſi Ord. S. Benedicti ſepultus eſt Ludovicus, ait Ordericus lib. 2. ibique paulopoſt adveniens Ludovicus in Regno ſucceſſor, pro patris ſui animæ remedio nonnulla eidem monaſterio donaſſe addit, cujus diplomatis ſummam refert Mabillonius, ac labenti anno 1108. datum fuiſſe probat *Ludovicus autem*, ait Sugerius in vita Ludovici Graſſi cap. 13. *præfati Regis Philippi filius, quoniam in adoleſcentia Eccleſiæ amicitiam liberali defenſione promeruerat, pauperum, & orfanorum cauſam ſuſtentaverat, tyrannos potenti virtute perdomuerat, Deo annuente, ad regni faſtigia ſicut bonorum voto adſciſcitur, ſic malorum, & impiorum votiva machinatione, ſi fieri poſſet, excluderetur. Conſulti ergo proceres, & potiſſimum dictante venerabili, ac ſapientiſſimo Ivone Carnotenſi Epiſcopo, ut ad refellendam impiorum machinationem citiſſime Aurelianos conveniant: ejus exaltationi operam dare mature feſtinant. Senonenſis igitur Archiepiſcopus Daimbertus invitatus cum Comprovincialibus, videlicet Vualone Pariſienſi Epiſcopo, Ma-*

Manaſſe Meldenſi, Joanne Aurelianenſi, Ivone Carnotenſi, Hugone Nivernenſi, Himbaldo Antiſiodorenſi, acceſſit. Qui in die Inventionis ſancti protomartyris Stephani, ſacratiſſimæ unctionis liquore delibutum Regem, & Miſſas gratiarum agens, abjectoque ſæcularis militiæ gladio, eccleſiaſtico ad vindictam malefactorum eum accingens, diademate regni gratanter coronavit, nec non, & ſceptrum, & virgam, & per hæc Eccleſiarum, & pauperum defenſionem, & quæcumque regni inſignia, approbante Clero, & populo, devotiſſime contradidit. Necdum poſt celebrationem divinorum feſtivas depoſuerat exuvias, cum ſubito mali nuntii bajulatores a Rhemenſi Eccleſia aſſiſtunt, litteras contradictorias deferentes, auctoritate Apoſtolica ſi tempeſtive veniſſent, ne regia fieret unctio interminantes. Dicebant ſiquidem primæ regis coronæ primitias ad jus Eccleſiæ Rhemenſis pertinere, & a primo Rege Francorum, quem baptizavit beatus Remigius, hanc prærogativam illibatam, & inconvulſam obtinere, & ſi quis eam temerario auſu violare tentaverit, anathemati perpetuo ſubiacere &c. hæc ibi de initiatione novi Regis, & contradictione Rhemenſis Archiepiſcopi, litteris Apoſtolicis ſua jura tuentis: quibus reſpondendis iniunctum eſt opus eorum longe doctiſſimo Ivonis Epiſcopo Carnotenſi, qui has ea de cauſa litteras apologeticas ſcripſit.

Jesu Chr. an. 1108.

6. *Noverit ſancta Romana Eccleſia, noverint omnes Eccleſiæ ad quas murmur Rhemenſium clericorum pervenerit, nos in conſecratione Ludovici Regis Francorum nihil noſtrum quæſiſſe, ſed pro communi utilitate regni, & ſacerdotii conſulte vigilaſſe. Erant enim quidam regni perturbatores, qui ad hæc omni ſtudio vigilabant, ut aut regnum in aliam perſonam transferretur, aut non mediocriter minueretur. Quod ne fieret cooperante Deo, & pro integritate regni, & pro tranquillitate Eccleſiarum, quantum potuimus, præcavere ſtuduimus. Unde livori adſcribendum videtur, aut tumori, ſi quis utili, & honeſtæ actioni derogel, quam nec ratione poteſt redarguere, nec conſuetudine infirmare, nec lege damnare. Si enim rationem conſulimus, jure in Regem conſecratus, cui jure hereditario regnum competebat, & quem communis conſenſus Epiſcoporum, & procerum jam pridem elegerat &c.* His exempla profert Belgicorum, Celticorum, & Aquitanorum, qui Reges ſuos quocumque loco eligunt, & conſecrant, *ſi ita ipſorum Regum*

Ivonis Apologia pro coronatione Ludovici. *epiſt.* 189.

Jesu Chr. an. 1108.

Regum voluntas, & temporum, atque locorum opportunitas ſe obtulerit &c. Ad conſuetudinem vero, ut Francorum Reges Remis tantum conſecrarentur, ubi Remigius Clodoveum primum chriſtianorum Franciæ Regem inunxerat; *Reſpondemus ex verbis Auguſtini*, ait Ivo, *quia ratio exemplis anteponenda eſt, cui tamen & exempla concordant*, ac exempla plurima Regum primæ, ſecundæ, & tertiæ ſtirpis profert, qui alibi, quam Remis conſecrati ſunt, quod facile tunc præcipue acciderat, cum in partes Francicum Regnum diviſum erat; Quare ſe nihil contra morem, in unctione Ludovici Regis egiſſe ſubdit.

Contra legem nequaquam peccaſſe Ivo demonſtrat.

7. Ad Apoſtolicas vero litteras, quibus innixi Remenſes, jus ſuum tuebantur, *Reſtat, ut oſtendamus*, ait Ivo, *nihil nos feciſſe contra legem, lex quippe eſt præceptio, vel prohibitio ſcripta, ad communem utilitatem referens quidquid jubet, aut prohibet, contra hanc ergo nihil fecimus, quia nulla contradictione prohibiti, communi utilitati in hoc facto, charitate ſuggerente, conſuluimus. Si vero privilegiis nititur Rhemenſis Eccleſia: illa privilegia apud nos nulla ſunt, quia nec in generalibus Conciliis, nobis audientibus ſunt recitata, nec ad Eccleſias noſtras epiſtolari maturitate directa: & ut manifeſtius dicamus, nulla nobis familiari, vel publica relatione propalata. Illius ergo legis prævaricatores non ſumus, cujus auditores numquam fuimus. Quæ tamen ſi audita eſſet, nihil nobis obeſſe deberet, lex enim juſta debet eſſe, & poſſibilis, loco, & tempori congruens juſta ſi ſit, Deus ſcit. Nos autem interim, nec juſtam approbamus, nec ut injuſtam condemnamus, quam adhuc ignoramus. Poſſibilis vero non erat, quia conſecratio Regis Rhemis, Archiepiſcopo Eccleſiæ nondum inthronizato, ſine ſumma perturbatione, & ſanguinis effuſione celebrari non poterat. Loco non conveniebat, quia Civitas ſub anathemate poſita erat. Tempori opportuna non erat, quia ſi conſecratio Regis differretur, regni ſtatus, & Eccleſiæ pax graviter periclitaretur. Quod ergo fecimus, ſalubri deliberatione, & provida diſpenſatione fecimus, nulli invidentes, nullius nobis auctoritatem arrogare molientes ſed nos intra terminos noſtros ſimplici oculo cohibentes. Sentiant aliter, qui volunt: non timemus tribunal terreni judicis quia ſecuros nos facit conſcientia noſtra ante tribunal interni cognitoris. Novimus enim quia neceſſariæ diſpenſationis modus nulli umquam ſapientium diſplicuit, quam non ſolum privatæ leges,*

leges, quibus nec fidei veritati, nec morum honeſtati conſulitur, ſed etiam leges generales contra hæreticos, vel ſceleratos promulgatæ admittunt, quando majoribus malis amovendis melius ſubvenit moderatio ſinceræ charitatis, quam rigor indiſcretæ ſeveritatis. Hæc primo ex auctoritate Evangelica, dehinc ex Actibus Apoſtolorum, tertio ex Epiſtolis Apoſtoli, poſtremo ex decretis Romanorum Pontificum, cetrorumque orthodoxorum Patrum ſententiis facile probarentur, niſi prolixitas epiſtolæ modum excedere uideretur. Hucuſque diſerta quidem & prolixa Ivonis apologia, quibus cognitis Paſchalis Papa acquieviſſe viſus eſt, cum altum ubique de eadem quærela ſilentium ſervatum fuerit. JESU CHR. AN. 1108.

8. Alterum hoc anno Londinenſe concilium celebratum eſt: conſiderans quippe Henricus Rex cum Anſelmo ſociatus, quod *divina officia indigne per quorumdam Sacerdotum manus eouſque tractarentur*, ait Eadmerus, *ſollicitius inſtitit, ut ipſa* ſuo ritu caſte celebrarentur, *multi nempe Presbyterorum ſtatuta concilii Londinenſis* anni elapſi, *nec non vindictam quam in eos Rex exercuerat, poſtponentes, ſuas feminas retinebant, aut certe duxerant, quas prius non habebant. Quod incontinentiæ crimen Rex ſubvertere cupiens, adunatis ad curiam ſuam in ſolemnitate Pentecoſtes apud Laudoniam cunctis Metropolitanis, Majoribus Regni, de negotiis cum Anſelmo Archiepiſcopo, & ceteris Epiſcopis Angliæ tractavit, eouſque ad malum illud extirpandum regali auctoritate, atque potentia fultos roboravit*. In eamque rem canones decem vulgati ſunt, quibus ſub pœna infamiæ, ſuſpenſionis ab ordine, deinde anathematis etiam cuilibet Presbytero, Diacono, vel Subdiacono feminas apud ſe retinere prohibent. Archidiaconi etiam, & Decani admonentur, ut ſuo muneri ſatisfacientes, Clerum ſibi ſubditum ab illicita converſatione ſejungerent, contumaceſque debita pœna ſubjicerent, *ac omnia mobilia lapſorum poſthac Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum, & Canonicorum traduntur Epiſcopis, & concubinæ cum rebus ſuis, velut adulteræ*; Hæc, & alia ibidem pro clericali incontinentia frænanda, & criminibus vindicandis.

Concilium Londinenſe ejusque canones contra Clericos

lib.4.Novor. cap.3.

concil. Labb. to.10. p.756

9. Eamdem tamen Clericorum incontinentiam, quæ Anglicanas ſociabat Eccleſias, alibi quoque in Italia, in Germania, Gallia viguiſſe, non ſemel ſupra adnotavimus. De Normannis clericis hæc ſane Gaufridus [monachus Tironienſis

Clericorum incontinentia in Normannia, alibique graſſatur.

 in

Jesu Chr. vn. 1108. in vita B. Bernardi ejuſdem monaſterii Abbatis capite ſexto: hæc adnotat. *Pro conſuetudine tunc temporis per totam Normanniam hoc erat, ut Presbyteri publice uxores ducerent, nuptias celebrarent, filias, ac filios procrearent, quibus hæreditario jure poſt obitum ſuum Eccleſias relinquerent, filias ſuas nuptui tradentes, multoties, ſi alia deeſſet poſſeſſio, Eccleſiam dabant in dotem. Dum autem uxores acciperent, antequam ſibi eas conjungerent, in præſentia parentum jurabant, quod nunquam eas deſererent. Hoc itaque facientes juramento ſe alligabant, quod nunquam fornicatores eſſe deſinerent, nunquam ad Chriſti Corpus, & Sanguinem niſi rei, & indigne accederent jurarent, & indigne accedentes judiciun ſibi manducarent, & biberent. Contra hanc mortiferam conſuetudinem ſervus Dei Bernardus in conventiculis Sacerdotum ſtudioſe diſputabat, & ut eam relinquerent, magnopere ſatagebat. Quoſdam itaque abſtraxit: maximam tamen partem illorum ab hujus mortis abſtrahere nequivit barathro, unde factum eſt, ut uxores Presbyterorum, metuentes ab eis disjungi, cum ſuis auxiliariis eum perimere quærerent, ipſi quoque Sacerdotes inſidias pararent, deterrendo eum, ut a prædicatione revocarent*, at fruſtra hæc tentata fuiſſe addit.

Bernardus fundator Congregat. Tironenſis sub regula S. Benedicti.

10. Is porro Bernardus Abbas, cujus ſupra mentionem fecimus, *cœpit ſuum cœnobium ædificare in loco, qui vocatur Tiro*, in prædio ſilveſtri Diœceſis Carnotenſis, *in honorem S. Mariæ, ubi pluscentum monachorum inſimul habuit*, ait chronographus Malleacenſis ad hunc annum. Gaufridus etiam Tironenſis monachus in vita Bernardi, cum alumnos congregaſſet, ligneaſque cellulas ædificaſſet, hæc adnotat: *Anno Incarnationis verbi* 1109. *Aggregatis diſcipulis, accepta benedictione a bonæ memoriæ Domino Ivone Carnotenſis Eccleſiæ tunc temporis Pontifice, primam Miſſam celebravit in die ſancto Paſchæ in monaſterio ligneo jam ædificato in poſſeſſione, quam ſibi memoratus Princeps Ratrocus donaverat*, ſuiſque diſcipulis regulam S. Benedicti ſervandam docuit, extatque adhuc Ivonis Carnotenſis Epiſcopi epiſtola, qua donationem ejus loci Bernardo, ejuſque monachis ab Ratroco Mauritaniæ, ſeu Mauriennæ Comite factam confirmat, ſeque ab Ratrocho rogatum fuiſſe ait, ut conſecraret Coenobii Cœmeterium, quod ſuper fluvium, Tiron dictum, ſitum erat. *Ad uſum quorumdam religioſorum monachorum, qui in loco vitam eremi-*

Bolland. 14. April.

epiſt. 283.

eremiticam ducere elegerant, & monaſterium ibi pro loci, & temporis opportunitate conſtruxerant, quod quidem ea conditione Ivo Carnotenſis geſſit; *ut nulla ibi de cetero ſecularis poteſtas, aliquas ſeculares conſuetudines acciperet, nullas exactiones extorqueret*, Ibique Bernardus cum ſociis tanta vitæ auſteritate, morumque pietate refulſit, ut cum multos ad ſui immitationem exemplo, & exhortatione pertraxiſſet, paulopoſt ſociorum aucto numero Tirolenſe monaſterium in celebrem congregationem tranſierit, & undecim Abbatiæ, octo in Gallias duæ in Anglia, una in Scotia, eidem ſubjicerentur, ut pluribus narrat Mabillonius; Ejuſdem congregationis initia, progreſſus, variaſque vices perſequitur Elliot in hiſtoria ordinum religioſorum tom. 6. pag. 120., & ſeqq.

Jesu Chr. an. 1108.

Mabill. annal. Benedict. lib. 71.

11. Inter religioſa inſtituta, illud quoque recenſeri poteſt, quod communium dicta eſt, & hoc tempore ad publicam pacem tuendam contra prædones præcipue in Galliis ortum, ut Ordericus narrat. *Quia ſenio, & infirmitate Rex Philippus a regali faſtigio deciderat, & principalis erga tyrannos juſtitiæ rigor nimis elanguerat: Ludovicus imprimis ad componendam tyrannidem prædonum, & ſeditioſorum, auxilium totam per Galliam depoſcere coactus eſt Epiſcoporum. Tunc ergo communitas in Francia popularis ſtatuta eſt a Præſulibus, ut Presbyteri comitarentur Regi ad obſidionem, vel pugnam cum vexillis, & parrochianis omnibus*. Erat vero *Commune*, vel *Communia*, vel *Communitas*, vel *Communa*, vel *Communantia* (totidem enim nominibus apud Auctores vocatur, ut videre eſt in Gloſario Ducangii) incolarum urbis, aut oppidi univerſitas, Domino, vel Rege concedente ſacramento invicem, certiſque legibus adſtricta. His vero ſocietatibus ideo etiam favebant Galliarum Reges, quod earum opera in bello uterentur; Hinc crebro legimus in præliis adfuiſſe, & dimicaſſe urbium Communitas, quibus præerant ipſi Presbyteri, ſeu Curiones cum Eccleſiæ vexillis, ut idem Ordericus lib 11. p. 855. ſeq. & Sugerius in vita Ludovici ſexti teſtantur, quorum loca Ducangius refert.

Inſtitutio communitatum ad publicam pacem tuendam.

Order. lib. 11. *p.* 836.

12. Atrox diuturnumque bellum hoc tempore varia fortuna in Hiſpaniis inter Mauros, & Reges Caſtellæ, & Aragoniæ geſtum Mariana, & Pagius fuſius enarrant, ac multa de Almorabitarum Regum genere, & ſucceſſione in Regno Africæ, & Hiſpaniæ; & de Regibus Caſtellæ, & Aragoniæ adnotant, quorum chronologica ſeries cum tenebris ſit obvoluta,

Marian. rer. Hiſpan. lib. 10. *cap.* 7. *&* 8.

Pagi not. 6. *ad* 13. *ann.* 1108.

vix

Jesu Chr. an. 1109.

vix poſt multas in eam rem dicta lucem accipiunt; Nobis ſat erit adnotare, quod cum hoc anno circiter Alphonſus Caſtellæ, & Legionis Rex, paulopoſt obitum Petri filii ſui, qui in acie occubuerat, ipſe quoque obiiſſet, Regnum ejus ad Uracam filiam devolutum, quæ Alphonſo Aragoniæ Regis filio, nupſit, quorum, domeſticis diſſidiis, & Saracenorum bellis turbatum fuit: ut fuſiori ſtylo ſupracitati auctores narrant; Mariana præcipue lib. 10. cap. 8- 11., quæ cum ad rem noſtram vix faciant, conſulto præterimus, hoc unum addimus, ex Petro Venerabili, Alphonſi ſexti opera. *Pene mortuum monaſticæ religionis fervorem ex parte in Hiſpanica reparatum; hoc vero ſtudio, Alphonſum ſibi poſt Regnum etiam temporale, Regnum etiam ſempiternum, ut dignum eſt credere, comparaſſe,* atque in ejuſdem rei confirmationem relationem Petri Elgerberti monachi, offert Petrus venerabilis Abbas.

Petr. Vener. lib. 1. de mirac. cap. 28.

JESU CHRISTI an. 1109 Paschalis II. Papæ an. 12. Alexii Comneni Imp. 29.

Paſchalis Papa epiſt. de nuptiis prohibitis inter Alphonsum, & Uracam. *concil. to. 10. p. 646. epiſt. 21.*

1. Alphonſum Caſtellæ, & Legionis filium Uracam Aragoniæ Regis filiam uxorem duxiſſe anno proximo diximus, quorum nuptias, eoquod eſſent conſanguinitate conjuncti, illicitas fuiſſe Paſchalis Papa declaravit, & ut ab invicem disjungerentur, datis ad Didacum Compoſtellanum Epiſcopum litteris, juſſit. *Ad hoc te omnipotens Deus populo ſuo præeſſe conſtituit, ut eorum peccata corrigas, & Domini annuncies voluntatem*, & infra. *Stude igitur ſecundum datam tibi divinitus facultatem tantum inceſti facinus, quod a Regis filia perpetratum eſt debita ultione corrigere, ut vel a tanta præſumptione deſiſtat, vel Eccleſiæ conſortio, & ſeculari poteſtate privetur.* Cumque Paſchalis præcepta contempſiſſent, contumaceſque in incœſtis nuptiis perſeveraſſent; divinam ambo vindictam experti ſunt. Nam & civile bellum inde exortum eſt, nam Proceres Regni Caſtellæ, & Legionis Alphonſo Aragonio ſubeſſe renuentes, Alphonſum puerum Uracæ ex altero marito, Raymundo ſcilicet Barcinonenſi Comite, filium, Regem ſibi dixerunt; mutuiſque perpetuo diſſidiis, Alphonſus, & Uraca inter ſe certarunt, ac utroſque infauſto exitu vitam finiiſſe narrat Rodericus. Quo anno Uraca obierit, non conſtat ait Mariana, atque decimoſeptimo a patris obitu anno eumdem

Marian. rer. Hiſp. lib. 10. cap. 8.

Saniæ

Saniæ objiſſe nonnulli tradunt; alii Legione cum theſauro sBeati Iſidori expilaſſet, in ipſo Templi limine ruptis viſceribus expiraſſe ſcripſerunt; Alphonſus vero poſt annos plurimos, multaque præclare etiam geſta in acie contra Mauros dimicans occubuit, de quibus plura Mariana, cæterique Hiſpaniarum hiſtorici.

Jesu Chr. an. 1109.

Marian. lib. 10. cap. 8. ad 16.

2. Id unum conſtat, ex eo tempore Alphonſum Aragoniæ Regem, & Uracæ maritum, in Epiſcopos, qui Apoſtolicis juſſionibus admoniti, ejuſdem nuptias inceſtas fuiſſe declararunt, paſſim ſœviiſſe, Burgenſem, & Legionenſem loco pulſos, Palentinum captum, Bernardum Toletanum Romanæ Sedis legatum biennio exulare coactum. Qua occaſione capta Burdinus Lemovicis natus, qui Bernardum Toletanum Præſulem, per Gallias tranſeuntem, dum Roma redux ſub Urbano ſecundo in Hiſpaniam rediret, ſecutus fuerat, atque ab eo Toletanæ Eccleſiæ primum Archidiaconus, deinde Coimbricenſis poſtea Bracharenſis Epiſcopus ordinatus fuerat, de quo hæc ex Balutio hoc loco adnotare juvabit, ex Coimbricenſi Sede in Bracharenſem poſt Gherardi obitum translatum Romam tranſiiſſe, ut a Paſchali Papa, electionis ſuæ, & translationis confirmationem obtineret, eaque obtenta, & pallio accepto, Bracharam reverſum, in vindicandis Eccleſiæ ſuæ juribus tenaciorem fuiſſe, ac adverſus Bernardum Toletanum Archiepiſcopum, & Apoſtolicæ Sedis in Hiſpaniis legatum benefactorem etiam ſuum contendiſſe, Barcharenſem Eccleſiam Toletanæ Metropoli nequaquam ſubiectam eſſe, quod cum ægre Bernardus ferret, ad Paschalem Pontificem iterum Henricus, ſive Burdinus confugit, quod an. 1115. circiter accidiſſe adnotat Balutius; eo quod, anno 1117., cum Burdinus Henricum Imp. in urbe coronavit, iam biennio ſua Sede exulem pervagaſſe narrat Pandulphus in vita Paſchalis Papæ. Paſchalis interea Pontifex, Burdini quærelis adverſus Bernardum Toletanum receptis, Burdinum Bracharenſem, univerſamque provinciam Bernardi Toletani iuriſdictioni liberam declaravit, & Conimbricenſem Diœceſim, quam Bernardus Metropoli ſuæ addixerat Bracharenſi ſubiecit, decretorum Papæ Paſchalis in Burdini gratiam mentionem facit Innocentius III. lib. 2. Epiſt. 126. occaſione controverſiæ, quæ ſub Pontificatu eius fuit de Diœceſi Conimbricenſi inter Bracharenſem, & Compoſtellanum. Nam Conimbricam uterque contendebat ad Metropolim ſuam pertinere

Alphonſus in Epiſcopos ſævit.

Burdinus in Hiſpaniam tranſit, geſta ibidem.

Baluz. Miſceli. tom. 3. ſeu lib. 3. p. 471. edit. Paris. 1680.

Jesu Chr. An. 1109.

nere. Bracharenſis ergo, ut ius ſuum tueretur, allegavit Decreta Papæ Paſchalis, quæ Conimbricenſem Diœceſim adiudicant Archiepiſcopo Bracharenſi. Laudat Innocentius III. Epiſtolas Paſchalis II., quarum prior edita eſt Tom. III. Monarchiæ Luſitaniæ, poſterior a Roderico a Cunha in Tractatu *de Primatu Bracharenſis Eccleſiæ in univerſa Hiſpania*. Utraque data eſt *Anagniæ III. Nonas Novembris*, & in poſteriori Bernardo Toletano Archiepiſcopo Apoſtolicæ Sedis legato, ait Paſchalis: *pro injuriis fratris noſtri Mauritii Bracharenſis Archiepiſcopi fraternitatem tuam ſæpe monuimus; ſed adhuc ſe vehementer a te gravari conqueritur. Conimbricenſis enim Epiſcopi obedientiam ei contra Romanæ auctoritatis privilegia ſubtraxiſti &c. Nos autem in qis vehementer regni perturbationem & ætatis tuæ gravedinem infirmatiſqze penſamus. Idcirco te ab injuncta ſuper Archiepiſcopum, & provinciam Bracharenſem cura legationis abſolvimus, ut liberius ipſe valeat in provinciæ ſuæ injuſtitiam exercere &c* Tanti porro eum fecit Paſchalis Papa, ut cum in urbe eſſet idem Burdinus anno 1111. cum ad eam Henricus Imp. advenit, hunc ipſum Legatum ſuum pro pace cum eo ineunda miſerit, ut Gelaſius ſecundus, Paſchalis ſucceſſor in litteris anno 1118. Cajetæ ad Clerum, & plebem Romanam datis teſtatur, ad tot beneficiis ab Apoſtolica Sede, & ab Paſchali Pentifice cumulatus, repente, & ipſe Pontificatus potiundi, ut credibile eſt, ab Paſchalis Papæ obedientiæ recedens, in Henrici partes tranſiit, quem etiam anno 1117. in urbe Imperatorem coronare præſumpſit; ob idque ab Paſchali Papa excommunicatus, ſuaque Sede deiectus fuit, quem etiam poſt Paſchalis obitum, & Gelaſii ſecundi electionem, Henricus in Pſeudo Pontificem eligi curavit, ſed de his inferius ſuo loco.

Anſelmus Eccleſiæ ſuæ jura tuetur.

3. De reliquis Anſelmi geſtis acturi, eum in vindicandis Eccleſiæ ſuæ privilegiis uſque ad obitum ſollicitum fuiſſe, adnotat, exempliſque confirmat Edmerus, cuius animi conſtantiam Paſchalis Papa, quem conſulerat, commendavit; *Litteras dilectionis tuæ*, ait Pontifex, *recepimus per quas affabilitatis tuæ dulcedinem recognovimus; Bene autem, & ſapienter egiſtis quod nos de cauſa, & bonore Cantuarienſis Eccleſiæ præmonitos, & cautos reddidiſti: Nos ſiquidem in te ipſius Beati Auguſtini Anglorum Apoſtoli perſonam venerabilem intuemur, & ideo honori tuo, vel Eccleſiæ tuæ aliquid detrahere*

Edmer. Novor. lib. 4. in fine. pag. 81.

here omnino refugimus; unde quæ rogaſti libenter ſuſcepimus, & ad ſervandum tuum, & Eccleſiæ tuæ honorem, cuſtodiam, & ſollicitudinem adhibemus. Porro quod in eiſdem litteris ſignificaſti, ſcandalizari quoſdam quod Regem Teutonicum dare Inveſtituras Eccleſiarum toleramus, nec toleraſſe nos aliquando nec toleraturos ſcias. Expectavimus quidem, ut ferocia Gentis illius edomaretur. Rex vero ſi in paternæ nequitiæ tramite perſeveraverit, Beati Petri gladium, quem jam educere cœpimus, proculdubio experietur. Data Beneventi quarto Idus Octobris. Hæc Paſchalis Papa, cuius cum Henrico pro inveſtituris diſſidia ſequentibus annis exponemus. Interea accidit, ut ab Alexandro Rege Scotiæ & clero, & populo monachus quidam Turgodus ad Epiſcopatum S. Andreæ in Scotia eligeretur, quem Rodulphus Dunelmenſis Epiſcopus coram Thoma Eboracenſi Epiſcopo electo, ſed nondum conſecrato, & Epiſcopis Scotiæ conſecrare propoſuit, ne diutius eadem conſecratio differretur, at Anſelmus ea de re interpellatus Rodulpho ſcribens id fieri poſſe negavit; *Quapropter nec conſulo*, ait, *nec concedo, immo interdico, ne fiat ante conſecrationem ejuſdem electi Archiepiſcopi electi, niſi a me ſi forte hoc neceſſitas exegerit. Vale.* Id etiam datis ad Thomam electum litteris fieri prohibuit.

Jesu Chr. an. 1109.

Edmer. lib. 3. Novos. pag. 79. 80.

4. Cumque Thomas conſecrationem ſuam hactenus diſtuliſſet; Epiſtola eadem Anſelmus, ut ad ſe quamprimum, ideſt octavo die ordinationem accepturus adeſſet, admonuit, cum ultra tres menſes, Canonica auctoritas Eccleſias vacare non pateretur, Anſelmo reſpondens Thomas, ſe ob defectum pecuniæ ad iter agendum hactenus consecrationem ſuam diſtuliſſe narravit, ac alteram dierum decem moram, a termino ſibi conſtituto petiit; Interea ſe legatos ſuos, cum legatis Regis Romam profecturis ſe miſiſſe addidit, ut pro ſe pallium ab Paſchali Papa peterent, ac ſe pecuniam interea, tum ad iter Cantuariæ agendum, cum ad obtinendum Romæ pallium quærere indicat; *ſed parum niſi graviter mutuatam invenio*, ait, *quoniam Dominus Giraldus Archiepiſcopus Eccleſias noſtras, & homines, & ipſum dominium noſtrum multum pauperavit &c.* Anſelmus autem reſcribens terminum quidem adventus ſui Cantuariam pro conſecratione accipienda ad quintum Kal. Octobris diſtulit, at ut pallium peteret, facultatem negavit: *Præterea quod dicitis in litteris veſtris vos pecuniam quærere,*

Anſelmi de conſecratione Thomæ in Episc. epiſtolæ.

JESU CHR. AN. 1109.

rere, ut Romam mittatis pro pallio Eccleſiæ veſtræ non concedo, puto, quod id fruſtra faceretis, quoniam nullus debet habere pallium antequam ſit conſecratus; in eamque rem Paſchalem admonuit, ne pallium Thomæ ante conſecrationem ſuam, concederet, eademque epiſtola Paſchali retulit, Angliæ Regem inveſtiturarum uſum reſumpturum fore, cum eaſdem in Henrico tolerari videret, ſed quid Anſelmo reſcripſerit Pontifex jam ſupra adnotavimus; eadem autem cauſa de Thomæ conſecratione, ab Anſelmo facienda diu adhuc agitata fuit, nam litteris aliis, Thomam admonuit Anſelmus, ut ſexto Idus Novembris Cantuariam adeſſet; *Ut faciatis quod debetis; & ſuſcipiatis benedictionem noſtram &c.* At ſe id renuere tandem Thomas teſtatus eſt, non quidem voluntate ſua, ſed cleri ſui ſententia; His acceptis Londinenſem, & Roffenſem Epiſcopos ad Thomam pro eadem cauſa miſit eumque depræcatur, ut Cantuariam pergens, ibidem, vel conſecrationem ab eo ſumeret, vel rationem redderet, cur Eboracenſis Eccleſiæ Cantuarienſi non ſubjaceretur, at Thomas nuncios ad Regem in Normannia miſit; Ac Epiſcopis ab Anſelmo miſſis dixit, quod reverſis legatis ſuis *audito eorum conſilio faciam, quod potiſſimum mihi faciendum laudaverint*, Paulo poſt litteras Anſelmus ab Rege miſſas accepit, quibus jubebat, ut uſque ad Paſcha, conſecratio Thomæ differreretur, quo tempore congregatis Epiſcopis, & Regni proceribus, & de eadem controverſia; *Vos juſte, & honorifice concordabo*, ajebat Rex Angliæ Anſemus vero legatos ſuos in Nortmanniam miſit, ut Eccleſiæ ſuæ privilegia tueretur, pro quibus ſe mori paratum magis, quam jacturam facere teſtatus eſt.

Ultima Anſelmi epiſt. ad ad Thomam. *Eadm. p. 82.*

5. Eodem tempore ob Thomæ obſtinationem exacerbatus Anſelmus hanc ei epiſtolam ſcripſit; quæ ultima ejuſdem fuit; digna ut integra annalibus inſeratur. *Anſelmus miniſter Eccleſiæ Cantuarienſis Thomæ electo Archiepiſcopo Eboracenſi*, & abſque ſolita ſalutatione, aut benevolentiæ indicio, ſic præfatur. *Tibi Thomæ in conſpectu Dei omnipotentis, Ego Anſelmus Archiepiſcopus Cantuarienſis, & totius Britanniæ Primus loquor. Loquens ex parte ipſius Dei, Sacerdotale officium, quod juſſu in Parochia mea per ſuffraganeum meum ſuſcepiſti, tibi interdico, atque præcipio ne de te aliqua cura Paſtorali ullo modo præſumas intromittere, donec a rebellione, quam contra Eccleſiam Cantuarienſem incepiſti, diſcedas, & ei ſubjectionem, quam*

Ante-

Anteceſſores tui, Thomas videlicet, & Girardus Archiepiſcopus, ex antiqua Anteceſſorum conſuetudine profeſſi ſunt, profitearis. Quod ſi in iis, quæ cœpiſti magis perſeverare, quam ab eis deſiſtere delegeris, omnibus Epiſcopis totius Britanniæ ſub perpetuo Anathemate interdico, ne tibi ullus eorum manus ad promotionem Pontificatus imponat, vel, ſi ab externis promotus fueris, pro Epiſcopo, vel in aliqua Chriſtiana communione te ſuſcipiat. Tibi quoque Thoma, ſub eodem Anathemate ex parte Dei interdico, ut numquam benedictionem Epiſcopatus Eboracenſis ſuſcipias, niſi prius profeſſionem, quam Anteceſſores tui Thomas, & Girardus Eccleſiæ Cantuarienſi fecerunt, facias. Si autem Epiſcopatum Eboracenſem ex toto dimiſeris, concedo, ut officio Sacerdotali quod jam ſuſcepiſti utaris. Eaſdemque litteras ad ſingulos Brittanniæ miſit, ait Eadmerus, ſicque cum Anſelmi vita hæc quæſtio finem habuit, quam prolixius expoſuimus, cujus vix ulla apud Baronium mentio fit, cum Eadmeri libri Novorum ætate ſua in lucem nondum prodiiſſent. Jesu Chr. an. 1109.

Anselmi obitus.

6. Anſelmus vero, qui toto triennio, ex quo redierat in Angliam infirmæ valetudinis fuerat, de die in diem ſenſim deficiens, *Hoc anno, undecimo Kal. Maji defunctus eſt Cantuariæ in Metropoli ſede glorioſus Pater Anſelmus, & die ſequenti, quæ fuit Cœna Domini, in majori Eccleſia ad caput venerandæ memoriæ Lantfranchi prædeceſſoris ſui honorifice ſepultus anno Incarnat. verbi milleſimo centeſimo nono, Regni vero Henrici glorioſi Regis Anglorum nono, Pontificatus autem ipſius Anſelmi decimo ſexto*, ait Eadmerus individuus vitæ Anſelmi comes, rerumque ab eo geſtarum ſcriptor, tum in vita ejus, cum fuſiori ſtylo in libris Novorum ſex, quorum quatuor prioribus ab Anselmo geſta, litteraſque plurimas ab eo ſcriptas, vel acceptas refert, eumque tunc obiiſſe addit, cum præ manibus librum de origine animæ haberet, quem imperfectum reliquit, ac in vita, & poſt obitum miraculis inclaruiſſe idem Eadmerus, & Villelmus Malesburienſis Eadmero æqualis tradunt. Apologiam Eadmerus libro quinto texuit, contra eos, qui eum arguebant, eo quod nec ſeculares, vel Eccleſiaſticas extructiones, prædeceſſorum ſuorum exemplo fecerit, & quam diverſæ Anſelmi ab cæteris circumſtantiæ fuerint, exponit, quippe qui Eccleſiæ redditus immunitos inveniſſet, impenſas vero maximas cum bis exul fuit feciſſe addit, cætera in monachorum, pauperumque ſuſtentationem ab eo erogata

JESU CHR. AN. 1109.

gata fuiſſe demonſtrat. His libro quinto, & ſexto ea enarrat Eadmerus, quæ ibidem poſt adventum Ulrici Cardinalis, & Romanæ Eccleſiæ legati in Angliam acciderunt. Opera autem eius ab Gerberonio edita, & illuſtrata, luce ſua clariora ſunt, ut noſtro non egeant elogio, quorum indicem priores voluminis paginæ exhibent; Hoc unum notatu dignum, Auguſtini exemplo, qui operum ſuorum retractationes vulgaverat Anſelmum in omnia opera ſua cenſuram egiſſe, quod opus primum inter opera eius, eidem adjudicandum eſſe inde conjicit Gerberon, eo quod ubique tum in editis, cum in manuſcriptis Anſelmi operibus, eidem adjudicetur, cuius etiam ipſe pluribus in locis meminit. Anſelmi ſermonibus addi poteſt ſermo de beatitudine ab eodem in capitulo Cluniacenſi recitatus, & ab Eadmero ibidem præſente ſcriptis tradito, ut idem Eadmerus in prologo ad dictum ſermonem Villelmo monacho inſcripto teſtatur. Prologi Eadmeri, & Anſelmi ſermonis exemplar manuſcriptum extat in Codice Vallicellanæ noſtræ biblioth. ſignatum litt.F. num.11. Anſelmi operibus aliquando inſerendus.

Obitus Hugonis Cluniacenſis.

7. Anſelmo vix octo diebus ſupervixit Hugo Cluniacenſis Abbas, magnæ ſanctitatis, magnique nominis vir, non ſolum cum Anſelmo diuturna amicitia conjunctus, ſed etiam Philippo Regi, aliiſque præclaris viris, Petro Damiani, Gregorio ſeptimo, Deſiderio Caſſinenſi Abbate poſtea Uictore tertio, Urbano quoque ſecundo acceptiſſimus, de cujus obitu Ordericus lib.11. hæc habet. *Venerandus Hugo Cluniacenſis Abbas, poſtquam paſſionem Chriſti, & Reſurrectionem celebravit, feria ſecunda ægritudine tactus in lectum decidit, & per tres dies iter ad Dominum confeſſione, & oratione præparavit. Ipſe Conventui, ut ſucceſſorem deligerent, imperavit, electumque juvenem nomine Poncium teſtimonio auctoritatis ſuæ corroboravit. Deinde in domum infirmorum inter manus Fratrum portari ſe fecit, ibique feria IV. grandævus hæros ad Chriſtum, cui a pueritia militaverat, migravit. Hic, ut fertur, ſexaginta quatuor annis Cluniacenſe cœnobium gubernavit, & pluſquam decem millia Monachorum ad militiam Domini Sabbaoth ſuſcepit, & poſt obitum in baſilica ſepultus eſt, quam ipſe a fundamento inchoavit, Sic duæ Eccleſiarum columnæ de terreſtri Hieruſalem, quæ adhuc inter allophylos peregrinatur, tranſlatæ ſunt, ac, ut credimus, pro diuturna ſanctitate in ſuperna*

perna

perna Sion immobiliter plantatæ ſunt. Glorioſus Archipræſul Dorobterniæ Anſelmus ante Paſcha obiit, & Curiam omnipotentis Adonai feria iv. infulatus adivit: & in ipſis Paſchæ ſolemniis charus amicus ejus Hugo Abbas feria iv. ſimiliter e Mundo tranſivit. Cujus geſta præter Hildebertum, Ezero, & Gilo monachi Cluniacenſes celebrarunt; Proſa etiam, & metro geſta eiuſdem celebravit Rainaldus ejus nepos, Viziliacenſis Abbas, ac demum Archiepiſcopus Lugdunenſis, qui in fine carminis hæc addidit. *Hæc pater Hugo tui Rainaldi dicta nepotis, ſuſcipe quæſo pie, meque tuere Pater*; his addendus Hugo, qui breviorem de Hugone libellum ſcripſit, unde ait Baronius, *utinam ſicut Anſelmus, ita & Hugo ſuum habuiſſet Eadmerum, qui res ab eo geſtas accuratus conſcripſiſſet*; Baronii votis ſatisfecit Mabillonius, qui de beato ejuſdem tranſitu multa refert, viſiones ſcilicet, revelationeſque, ut ibidem videre eſt, ac Succeſſorem in Cluniacenſi Abbatia Pontium habuit, nobilitate generis præclarum, tantaque præfectura dignum, quamquam temporis proceſſu, graves inter eum ſubditoſque monachos diſcordiæ exortæ fuerint, quæ ad Calliſtum Papam delatæ, quem finem habuerint, ſuo loco dicturi ſumus.

JESU CHR, AN. 1109.

8. Hugoni Cluniacenſium Abbati, quo auctore eadem congregatio longe lateque propagata eſt, ut ejuſdem veluti fundator dici poſſit, *qui amplius quam decem millia monachorum*, congregationis ſuæ adſcripſerat, teſte Orderico. Huic inquam Robertum Moliſmenſem, ac primum Cluniacenſis ordinis Abbatem addimus, qui, ut ait Pagius ab hoc anno, vel anno ſequenti, ut adnotat Mabillonius clarus meritis obiit, *decimo quinto Kalen. Maji, anno ætatis ſuæ octogeſimo tertio*, ut in ejus vita legitur, quam monachus Moliſmenſis ſub Adone, ſeu Odone Abbate, conſcripſit, in actu apud Bollandianis translatam. Roberto autem ſucceſſit Vido, ſeu Guido, ad quem Ivonis Carnotenſis epiſtola extat, qui eum de quodam monacho conſuluerat, qui vera celando, & falſa profitendo, Sacerdotalem ordinationem ſubripuerat; Hunc tamen Sacerdotale miniſterium exercere poſſe cenſet Ivo, quia, *Mutata intentione, quod deerat integritati Sacerdotali ei gratia divina contulit*.

Roberti Cluniacenſis primi Abbatis obitus. *Order. lib.1. p.839.*

Pagi ann. 1109. n. 6. Mabil. annal. lib. 71. num.

Bolland. 29. Aprilis.

Ivo epiſt. 224

9. Nocte eadem, qua B. Hugo expiravit Godefrido Ambianenſi Epiſcopo, qui tum in Italia, & Papiæ erat, ſolemnis

Godofredus Ambianenſis Episc. Ro-

Jesu Chr. an. 1109.

mam pergit quæ ibidem egerit, vel ſuſtinuerit. *Biblioth Cluniac. p.463.*

nis beatorum proceſſio, quæ obviam Hugoni ibat in ſomnis oſtenſa eſt, ut narrat Hugo monachus in epiſtola ad Pontium Hugonis Abbatis ſucceſſorem: quam cauſam Godefridus Romani itineris habuerit, enucleatius Nicolaus Sveſſionenſis monachus in vita Godefridi narrat. Cum etenim Remis ſynodus hoc, vel ſuperiori anno haberetur, Apoſtolicum diploma Ambianenſes S. Valarici monachi ſynodo obtulerunt, quo contendebant, ſe ab Epiſcopi ſubjectione immunes eſſe, at ſuppoſititium diploma eſſe probavit Gothefridus: litigioſi tamen monachi, ſedem Apoſtolicam appellarunt, illucque ſanctum virum adire coegerunt; Sed præcurrentes monachi *cauſidicos iniquos, paratos pro pecunia quamlibet cauſam defendere*, ait Baronius *nacti*, horum patrocinio effecerunt, ut victores votiſque ſuis compotes ad propria redirent; At vir Dei Romam adveniens, *Limina Beatiſſimorum Apoſtolorum Petri, & Pauli religioſe inviſit*, ait auctor vitæ Nicolaus, *ac deinde ad Paſchalem Pontificem ſe confert. Mox advolant cauſidici, ſperant ab illo quoque ſe accepturos munera largiſſima. Sed Godefredus, qui non confidebat in homine, nec ponebat carnem brachium ſuum ut a Domino recederet cor ejus: qua cauſa tam difficile, & longinquum ſuſcepiſſet iter, abſque ullis, vel verborum fucis, vel munerum pollicitationibus ſimpliciter edidit, ſed contradicunt cauſidici, ajunt monachos ab eo injuſte vexari. Dumque nulla ſperant ab eo munera, cauſam malam eum fovere affirmant. Videns ergo vir Dei, ſe humano patrocinio deſtitutum calumniantium cuncta forti, & excelſo animo contemnens*, Eccleſiæ ſuæ renunciare, magis paratum eſſe dixit, quam ſe præſule, Eccleſiæ ſuæ jura imminui: interea Paſchalis Papa valefaciens, Barium contendit, ut S. Nicolai corpus ibidem veneraretur; Poſtquam abiit, diligenter Pontifex perquiſivit; quiſnam tantus vir eſſet, qui tanta, in juribus ſuis tuendis, libertate coram Pontifice uſus fuerat, Pontifici indicatum, tunc eſt, *quod ab ipſis pene incunabulis eccleſiaſticis diſciplinis imbutus ſit, & qui pro virtutum incremento ad altiora provectus, primo Abbas, deinde Epiſcopus evaſiſſet, quod ejus egregia ſit religio, jureque cunctis ſacerdotibus anteponendus videatur; quod pauperum, & viduarum magnam curam gerat quod Galliæ proceribus notiſſimus, & cunctis fere chariſſimus ſit: denique quod omnibus divinis chariſmatibus abundet. His auditis Pontifex ſe ipſum graviter reprehendit, quod talem, tan-*

tantumque virum, vel ad momentum leviter exacerbaſſet, quod non magno ſtudio, & benevolentia eum excepiſſet; & ejuſdem votis annuiſſet; Imperat itaque ſuis, ut ſiquando ad Urbem eum redire contingat, mox eum ad ſe perducant, poſt hæc auctor in his verſans auctrr, quæ contingerunt in ejus peregrinatione, admiranda de oleo ex corpore Sancti Nicolai accepto ab ejus loci Epiſcopo narrat, nos brevitatis cauſa omittimus: hæc tantum de reditu Romam, & ad Paſchalem acceſſu ex ejuſdem verbis hic reddimus. Mox a Paſchalis Pontificis familia in ejus conſpectum perducitur. Pontifex ei reverenter aſſurgit, humaniſſimeque eum oſculatur, & ſecum aſſidere compellit, cernens eum multa prudentia, & pietate pollere. Hactenus de his auctor vitæ, quæ ſibi ſuſpecta eſſe, aut ſaltem exagerata ſuſpicatur Mabillonius, cum præcipue Remis concilium ab Manaſſe, ubi monachorum cum Epiſcopo cauſa primum agitata fuit, hoc nequaquam anuo potuerit celebrari, cum Manaſſes Remenſis Epiſcopus biennio ante deceſſiſſet; at cauſam cum Epiſcopo biennio quidem antea in concilio Remenſi tractatam fuiſſe ſub Manaſſe, ait Pagius, etſi hoc tantum anno Godefridus Romanam peregrinationem ſuſceperit; Manſius vero hoc anno Remis ſub Radulpho viridi Manaſſis ſucceſſore concilium alterum celebratum fuiſſe exploratum eſſe adnotat, variiſquæ conjecturis confirmat, de quibus plura ibidem apud Pagium, & Manſium videri poſſunt.

ut sup.

Mabil. annal. lib. 70. num. 107.

10. In Anglia Ingulphus Croylandenſis Abbas anno proximo, ut ait Mabillonius, vel labenti, ut ſcribit Pagius, *Decimoſexto Kal. Januarii Anno Domini* 1109., *Regis Henrici anno ibidem nono*, teſte Petro Bleſenſi, ætate provectus obiit; Is natione Anglus Londini natus, Villelmi primum ſcriba fuit, poſtea Hieroſolymam profectus, indeque reverſus, monaſticum habitum in monaſterio Fontanellæ ab Gerberto Abbate ſumpſit, Priorisque officium geſſit; revocatus ab Gulielmo, ſeu Villelmo Anglorum Rege Croelandiæ monaſterio præfectus, annis vigintiquatuor variis ſæpe moleſtiis affectus, eidem monaſterio præfuit, cujus hiſtoriam digeſſit, in qua multa de geſtis ſua ætate in Anglia inſeruit, cujus opus Petrus Bleſenſis ad ſua uſque tempora perduxit, at Bleſenſis opus mutilum ad nos pervenit, utrumque opus Oxonii anno 1684. editum eſt.

Ingulphi Croylandenſis Abb. obitus.

Mabil. annal. hoc an. n. 86. Pagi not. 16.

Odericus lib. 4. pag. 542. 43.

Giral-

Jesu Chr. an. 1110.

11. Girardus interea Engoliſmenſis Epiſcopus, & *ſanctæ Romanæ Eccleſiæ legatus*, concilium Lauduni celebravit die Kal. Novembris, ut ex anecdotis Martene tomo primo adnotat Manſius, in eo aliqua Eccleſiarum negotia pertractata ſunt ac præcipue Trenorcienſium monachorum querela de Eccleſia quadam recepta adverſus Nannetenſem Epiſcopum Benedictum, qui huic concilio adſuit, ac totam rem geſtam in epiſtola ſua narrat, ut apud Mabillonium videre eſt; Hic porro Gerardus ut in libro de geſtis Epiſcoporum Engoliſmenſium legitur, *Engoliſmenſis Epiſcopus cum Domino Paſchali Papæ inhoeſiſſet, qui ad partes Galliarum venerat, cognita honeſtate, & præclara ſapientia, vices ſuas prius in Britannia, & deinde in Turonenſi, Burdegalenſi, Bituricenſi, Auxitanenſi provinciis commiſit. Præter cætera, quæ in Legatione eximie fecit, octo Concilia celebravit*. Sed Laudunenſis tantum memoria ſupereſt, & *Gerardus* Anacleto Antipapæ poſtea adhærens, quam antea ſibi compararat gloriam, commaculavit, ut infra dicturi ſumus.

Conc. to. 10. p. 76.

Mabil. annal. lib. 71. n. 80.

JESU CHRISTI an. 1110. Paschalis II. Papæ 12. Alexii Comneni Imp. 30.

Henricus V. Germaniæ, & Italiæ Rex in Italiam venit

1. Labente hoc anno 1110. Henricus Germaniæ, & Italiæ Rex, ut Imperialem coronam ab Paſchale Pontifice obtineret, in Italiam tranſiturus, legatos ſuos ad urbem miſit, pacem quidem ſe ſervaturum promittens, quam poſtea turpiter violavit, de quibus chronographus Hildeſeimenſis ad annum 1109. hæc adnotat. Archiepiſcopus *Coloniæ Fredericus, Bruno Trevirenſis, Cancellarius Adelbertus, Comes Herimannus de Vintemburgio, aliique Principes ſatis clari, Romam cum pompa non parva vadunt inter dominum Apoſtolicum, & Regem concordiam facturi, Domnus Apoſtolicus omni paternitate omni manſuetudine eum ſe excepturam ſpondet, ut ipſe ſe ut Regem Catholicum, ut Eccleſiæ filium, & defenſorem, ut juſtitiæ amatorem S. Romanæ Sedi exhiberet*. Tum ad annum 1110. *Nonis Martii Synodus glorioſa in Lateranenſi Eccleſia præſidente Domino Papa Paſchali celebratur*. Ex Chronico S. Petri Vivi Concilium illud adverſus inveſtituras celebratum fuiſſe dicitur, *prædicti Legati Leodium ad Regem veniunt, reſponſum Papæ referentes. Ibi Rex Anglici Regis* (Henrici

nem-

nempe) *filiam* (Mathildem appellatam) *ſponſam ſuſcepit*, *quam in Paſcha apud Trajectum Regio more dotavit*. *Expeditio in Italiam ab univerſis Occidentis Principibus Trajecti collaudatur*. Paucis interpoſitis: *Circa Aſſumptianem Sanctæ Mariæ Rex Regio apparatu Italiam ingreditur*. *Omnes Civitates munitæ*, *omnia Caſtella Regi ſubduntur*. *Rex Natalem Domini apud Florentiam celebrat &c.* cum in Italiæ tranſitu non minima irati animi indicia reliquiſſet; *Civitates multas*, *& caſtra in itinere*, *dolo pacem oſtendendo ſubvertit*, *Eccleſias deſtruere non ceſſavit*, *Religioſos ac Catholicos viros capere quos vere habere non poterat*, *a propriis ſedibus expellere non deſiſtebat*; *Sic impie agendo per Longobardiam*, *& Thuſciam uſque pervenit*, ait Landulphus in vita Paſchalis Papæ, Domnizo etiam in vita Mathildis, de legatione ab Henrico miſſa, deque ſimulata ejuſdem pace hæc ſubdit

JESU CHR. AN. 1110.

Murat. rer. Ital. tom. 3. pag. 356.

Mille decem centum Chriſti dum tempora creſcunt:
Pontifices magnos, *Comites direxit*, *& altos*.
Magnificam Romam pro regni quippe corona,
Filium eſſe Petri ſi vult Rex atque fidelis.) & inferius in eodem ſcilicet anno:
—— *cum multis galeatus in orta*
Autumni venit, *Longobardoſque peremit*.
Ardens, *devaſtans illorum maxima caſtra*,
Urbes munitas ejus perterruit ira.) ſubjecit de miſerabili excidio Navariæ, quæ ei reſiſtere cœpit, & de adventu ejus in Thuſciam.
Tranſivit certe tunc, *incipiente Decembre*,
Montem Bardonis, *Tuſcanas fluxit in oras*.
Cum Florentinis celebravit denique Chriſti
Natalem &c.

tom. 5. pag. 378.

3. Paſchalis autem Papa antequam etiam hæc fierent, præſentiens, ut adverſus pacis ſimulatorem ſe muniret, ſubſidia quæſivit; *Eo tempore* ait Petrus Diaconus, *Paſchalis Papa urbe egreſſus ad has partes advenit*, *& Ducem ac Principem*, *omneſque Apuliæ Comites evocans*, *cum iis paciſcitur*, *ut ſi opus eſſet*, *contra Imperatorem Henricum dimicent*; *His ita peractis*, *Romam rediit*, *& omnes Romanorum Proceres ſimili ſacramento conſtrinxit*. Interea Henricus cum exercitu

Pacta conventa inter Paſchalem, Pp. & Henricum Regem. *Murat. to. 4. chron. Caſſin. lib. 4. c. 35.*

JESU CHR. AN. 1110.

Italiam intravit, *coronam ab eodem Pontifice Romano accipere cupiens*, qui cum in Thuſcia hyeme inſtante eſſet, legatos in urbem miſit, ut cum Pontificis nuntiis Petro Leone, aliiſque, de his agerent, ac in porticu S. Petri ex utraque parte legati convenerunt, hæcque inter eos pacta firmata ſunt. *Ut Imperator die coronationis ſuæ omne male uſurpatum eccleſiaſticum jus in manibus Pontificis, aſtante Clero, & populo, per ſcriptum deponeret: cum hoc ipſum Papa de negotiis regalibus fecerit, idque ſacramento firmaret. Dimitteret Eccleſias liberas cum oblationibus, & poſſeſſionibus ſuis, quas ad regni non pertinere jus, conſtare poteſt. Abſolveret a juramentis populos, quæ contra Epiſcopos facere compulſi ſunt. Patrimonia, poſſeſſioneſque beati Petri reſtitueret, ſicuti a Carolo, Ludovico, Henrico, aliiſque Imperatoribus conceſſa ſunt libera, ſervaretque ea beato Petro pro juribus. Nihil aut faceret, aut diceret, ut Papa Pontificatum amittat, nihilque ipſe patiatur in vita, vel in membris, vel capiatur mala captione aut per ſe, aut per ſuſpectam perſonam, nec ipſe, nec fideles ejus, qui pro ipſo fidem ei dederint, id eſt Petrus Leonis cum filiis ſuis, quorum bona nullum patiantur detrimentum & ſi quis eis malum fecerit, Rex fideliter ipſos adjuvaret. Pro hujuſmodi obſervandis Pontifici prædes dabit Fridericum ſororis ſuæ filium, Engilbertum, & Theobaldum Marchiones, Hermannum. & Godefredum Comites, Fridericum Palatinum Comitem Saxonum, Berengarium de Bajoaria, Fridericum Saxonem, Albertum Cancellarium, Cononem Berengarii fratrem, Siceboth Bajoarium, Henricum Carinthiæ Ducem, Bertulfum Bertulf. Ducis filium, qui jurabunt Papæ ſecuritatem, de vita, de membris, de Papatu, de captione. Qui niſi Imperator iſta ſervaret, apud Romanam ſe Eccleſiam cum ſuis honoribus... tenerentur. Obſides pro ſecuritate Pontificis Rex dare pollicitus eſt proxima quinta feria, eoſque ſe cure ad inſulam* Tiberinam *mittere in poteſtatem Papæ, Fridericum Ducem nepotem ſuum, Brunonem Epiſcopum Spirenſem, Conradum nepotem Comitis Herimanni, & filium ejus & Henricum Friderici Comitis fratrem. Obſides ſi recepiſſet redderet in die coronationis ſuæ ponte tranſmiſſo. Et ſi forte coronatus non fuiſſet, aut non tranſiſſet, ſimiliter redderet apud Caſtellum ſancti Angeli, Legatos, quos ad eum Papa dirigeret, dum irent, & redirent ſecuros a ſe, ſuiſque redderet*

deret. Et ſi eis ſcienter aliquid injuriæ illatum eſſet, emendaturum fideliter. Quæ omnia, poſtquam impleverit Rex, Papa juberet Epiſcopis aſtantibus in die coronationis ejus, ut Regalia Imperatori dimitterent, quæ a temporibus Caroli, Ludovici, Henrici, aliorumque prædeceſſorum ad regnum per tinebant. Scripto firmaret ſub anathematis pœna auctoritate ſua, ne quis eorum, vel præſentium vel abſentium, vel ſucceſſores eorum regni ſe intromitterent juribus, neque invaderent Civitates, Ducatus, Comitatus, monetas, vectigalia, mercata, advocationes Imperii, Centurionum jura. Curteſque eſſent Imperii cum pertinentiis ſuis, militia Imperii caſtra. Nec ipſe Papa Imperatorem, nec Romanum Imperium ſuper his ulterius inquietaret: & privilegio ſub anathemate iſta confirmaret, ne poſteri ſui ultra inquietare præſumerent; Imperatorem benigne, & cum honore ſuſciperet, & more prædeceſſorum ipſius Catholicorum Imperatorem ſcienter, & non ſubtecto coronaret, & ad tenendum Imperium officii ſui juvaret auxilio. Hoc ſi Papa non impleret, Petrus Leonis cum ſuis omnibus ſe ad Imperatorem teneret. Obſides, niſi effugerent, altero poſt coronationem die reſtitueret. Si ex ipſius Papæ parte remanſerit, ut non coronaretur, ſimiliter redderet. Hæc ita conſtituta jurejurando firmavit Imperator, Albertus Cancellarius, Hermannus, Fridericus, & Godefredus Comites, Fridericus Saxo, Conon Bergarii frater, Sicebot de Bavaria, Henricus Carinthiæ Dux, Bertulfus Bertulfi Ducis filius. Hi omnes poſt Imperatorem eo ordine jurarunt, ut ſi Imperator hæc implere nollet: ipſi cum omnibus ſuis cum Romana Eccleſia tenerent, hactenus pacta conventa inter Henricum Regem, atque Paſchalem Pontificem, Petrus Diaconus. JESU CHR. AN. 1110.

4. De eadem legatione, & Henrici itinere ad urbem uſque hæc etiam Uſpergenſis Abbas, qui his fortaſſe intererat adnotat in chronico *Ex Aretio ad Aquapendentem progreſſus, Legatos ſuos dudum ab Aretio miſſos ab Apoſtolico boni nuntii bajulos reperit. Remiſſiſque aliis Nuntiis cum Romanorum Legatis ſcilicet, qui ſupplices illic ſibi occurrerant, paulatim Sutrium proceſſit. Ibi Legati Apoſtolici cum Miſſis regiis advenientes, promptum eſſe Papam ad conſecrationem, & omnem Regis honorem, & voluntatem, ſi tamen ipſe ſibimet annueret libertatem Eccleſiarum, laicam ab illis prohibens inveſtituram recipiendo nihilominus ab Eccleſiis Ducatus, Marchias* Henricus ad urbem accedit, pactis ſubſcribit.

JESU CHR. AN. 1110. *Comitatus, advocatias, monetas, telonia, ceterorumque regalium, quæ poſſident ſummam. Præbuit Rex aſſenſum, ſed eo pacto, quatenus hæc tranſmutatio firma, & authentica ratione, conſilio quoque, & concordia totius Eccleſiæ, ac regni Principum aſſenſu ſtabilirentur hæc, antequam perveniret Henricus ad urbem: reliqua autem anno ſequenti cum Urbem ingreſſus eſt.*

Paschalis Papæ epiſt. ad Henricum Regem *Chron.Caſſin. lib. 4. 36. concil. to. 10 pag. 73.*

5. Dum hæc tractarentur, ait idem auctor chronici Caſſinatis; *idem Apoſtolicus ad eum litteras dirigit*, eumdem excitans, ut Deo gratias ageret, quod patris ſui nequitiam toto orbe cognitam deteſtaretur, quod ſi Apoſtolicæ Sedi obedientiam litteris suis promiſſam ſervaſſet, ipſe quoque *eum ut Catholicum Imperatorem eſſet habiturus, honoremque ejus per Dei gratiam servandum augendumque curaturus*, inſuper ſe pro ejuſdem gloria, & ſalute ad quælibet proferenda paratum, quin & ad eum profecturum. Cum tamen *neque urbis qualitas, neque conditio temporum id pateretur*, ut interea per internuncios, voluntates ſuas aperiret, admonet; His addit Petrus Diaconus in chronico. *Poſtulat deinde Imperator, ut patris ſui corpus in Eccleſia ſepeliri permitteret*; At Paſchalis Papa nequaquam id fieri poſſe reſpondit. *Neque quibus viventibus non communicavimus, mortuis jam communicare poſſumus.* Hactenus de his Petrus Diaconus, ex epiſtola tamen ad eum data conſtat ab Paſchali Papa poſtulaſſe, ut ſibi *Episcoporum, Abbatumque per inveſtituram conſtituendorum jus, & facultas a Romana indulgeretur Eccleſia*, quod omnino illicitum eſſe, nec concedi, aut permitti poſſe pluribus ibidem Pontifex demonſtrat. Henricus autem quintus, ob repulſam acceptam iram diſſimulans, ad urbem devenit, ubi quot ibidem infanda patraverit, dicturi ſumus anno proximo.

ib. 5. c. 36.

Betlehem in Epiſcopatum erigitur.

Gulielm.Tyr. lib. 11. 12.

6. Ad Illuſtranda Jeſu Chriſti incunabula Crucesignatorum pietas ab Apoſtolicæ ſedis legato obtinuit, ut Betlhem Oppidum in ſedem Epiſcopalem erigerentur, quam Balduinus Hieroſolymorum Rex ampla dote ditavit, cujus diploma Gulielmus Tyrius in belli ſacri hiſtoria recitat, quod datum dicitur *anno* 1110, *Indict.* 3. *Præſidente Romanæ Eccleſiæ Papa Domno Paſchali ſecundo, Hieroſolymis vero Gibelino Arelatenſi Archiepiſcopo Apoſtolico Vicario in Patriarcham electo* Hieroſolymitano.

JESU

JESU CHRISTI an. 1111. Paschalis II. Papæ an. 13. Henrici V. Imp. an. 4. Alexii Comneni Imp. 31.

Henrici Regis in urbem adventus.

1. Inſequens Chriſti annus undecimo poſt milleſimum centeſimum Henrici Imp. proditione, & Paſchalis Papæ captivitate, multiſque hinc inde cœdibus in urbe, & ſuburbiis patratis infauſtus, immo & infamis fuit; Totius tragœdiæ ſeriem narrant Petrus Diaconus in chronico Caſſinenſi, Pandulphus in vita Paſchalis Papæ, Otto Friſingenſis Abbas Uſpergenſis, aliique, vix in nonnullis inter ſe diſſentientes; Itaque cum ad urbem properans Sutrium Henricus Rex adveniſſet, Paſchalis Papa Henrici Regis fidem ſuſpectam habens; *Exhortatorios ubique dirigens apices, non ceſſabat Nortmannos, & Longobardos ad Romanæ Eccleſiæ ſervitium invitare*, ait Petrus Diaconus, at nonniſi verba, & promiſſa recepit, ſubdit auctor; Sutris vero ſubſiſtente Henrico, illic mutua conventa pacta anno proximo in urbe, firmata iterum ſubſcripta ſunt, obſideſque invicem dati, & recepti; Pactorum ſumma hæc fuit, ut Henricus obedientiam Pontifici, ſecuritatemque exhiberet, inveſtituris renunciaret, Principatus, & patrimonia Beati Petri Romanæ Eccleſiæ reſtitueret, Paſchalis vero Pontifex, eum cum debito honore exciperet, coronaque Imperiali exornaret, ac Epiſcopis omnibus præciperet, ut Regalia dimitterent, ideſt, *Civitates, Ducatus, Comitatus, Monetas, Telonum. Mercatum &c.*

Acta Sutris, & mutua pacta inter legatos Paschalis, & Henrici Regis. *lib.* 4. 37.

Henricus in urbe cum honore excipitur.

2. His tranſactis *Cum Imperator Romam acceſſit*, ait Petrus Diaconus, *tertio idus Februarii, in Sabbato videlicet ante quinquageſimam, die altero obviam ei miſit Pontifex in montem Gaudii, qui & Marii dicitur bajulos Ceroſtatarios, & Aquiliferos, Lupiferos, Dragonarios*, vexilla ſcilicet ferentes, in quibus beſtiarum genera, coloribus expreſſa erant; *Candidatos, Defenſores, Stratores, & maximam populi multitudinem cum floribus, & palmis, ac ante portam a Judæis, in porta a Græcis cantando exceptus eſt*, & ne quid ad Imperatoris honorem deeſſet,

Monachæ quoque centum, ait Donizo in vita Mathildis
Lampadibus multis cum claro lumine ſumptis

Anti-

Jesu Chr. an. 1111.

Antiquo more proceſſio Regis honore
Facta ſit, & certa nummis via cooperta:

Henricus ab Pontifice, & Clero exceptus.

3. Henricus vero *duo juramenta ex more fecit unum juxta pontulum, alterum ante portam populo fecit, & illuc omnis Romanæ urbis Clerus ex Pontificis præcepto convenerat, qui eum equo deſcenſum ad Sancti Petri gradus cum laudibus deduxerunt. Cum vero ad ſupremos gradus aſcendiſſet: illuc Dominus Papa cum Epiſcopis pluribus, cum Cardinalibus presbyteris, & Diaconibus, cum ceteris ſcholæ cantorum miniſtris affuit. Ad cujus veſtigia cum Rex corruiſſet, poſt pedum oſcula elevatus eſt. Ter ſe invicem complexi, ter ſe invicem oſculati ſunt, & ſicut mos eſt, dexteram Pontificis tenens, cum magno populi gaudio, & clamore ad portam venit Argenteam. Ibi ex libro profeſſionem Imperatoriam faciens, a Pontifice diſignatus eſt Imperator: & iterum a Pontifice oſculatus, mox ſuper eum orationem (ſicut in ordine continetur) Lavicanus Epiſcopus dixit Poſt ingreſſum baſilicæ, cum in rotam porphyreticam perveniſſet, poſitis utrimque ſedibus, conſederunt. Pontifex inſtauratur eccleſiaſticum jus, refutationem inveſtituræ, & cetera, quæ in conventionis charta ſcripta fuerant, petiit. Ille cum Epiſcopis ſuis atque Principibus ſeceſſit in partem juxta Secretarium, ibi diutius quod eis placuit, tractaverunt. In quo tractatu interfuerunt Epiſcopi Longobardi tres, Bernardus Parmenſis, Bonus ſenior Reginus, & Aldo Placentinus. Cum autem longior ſe hora protraheret, miſſis Nuntiis Pontifex, conventionem ſupradicti tenoris repetiit adimpleri. Tunc Epiſcopi Tranſalpini ad Papæ veſtigia corruerunt, & ad oſcula ſurrexerunt. Sed poſt paululum familiares Regis dolos ſuos paulatim aperire cœperunt, dicentes: ſcriptum illud, quod conditum fuerat, non poſſe firmari auctoritate, & juſtitia; quibus Evangelica, & Apoſtolica auctoritas objiceretur, ſcilicet quia reddenda ſunt Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, &: Nemo militans Deo, implicet ſe negotiis ſæcularibus, cum armorum uſus (ſecundum Ambroſium) ab Epiſcopali officio alienus ſit. Cum ad hæc, & alia illius Apoſtolica, & canonica capitula objicerentur: Illi tamen in doloſitate ſua, & pertinacia permanebant.* Hactenus Petrus Diaconus, eademque fere Pandulphus in vita Papæ, qui addit; *Peracta ſunt hæc menſe Febr. ſecundo idus, anno Domini Incarna. IIII. eadem namque die, quo legebatur evangelium. Aſſumpſit Jeſus duodecim Diſcipulos,* & ait illis. *Ecce aſcendimus Hieroſolymam &c.*

Murat. rer. Ital. tom. 3. p. 357.

ubi paſſionem ſuam Jeſus Chriſtus prædixit, quæ aliquali modo in Vicario ſuo renovato tunc eſt, hinc ſubdit auctor. *Sic & iſte*, ideſt Paſchalis Papa *a barbaris malitioſe captus eſt; prædicto namque die, videlicet a ſecundo idus Februarii uſque ad quintum Kal. Maii devotus Dei Pontifex multis affectus eſt cruciatibus &c.*

Paſchalis Papa captivus detinetur.

4. Rem geſtam fuſius enarrans Petrus Diaconus adnotat, quod cum eadem die, ut ſibi Imperialem coronam imponeret, ab Paſchali Papa Henricus exigeret, Pontifex vero, eo quod jam dies declinaret, in craſtinum id differri poſſe dixiſſet, *Tam Pontifex, quam omnes, qui cum eo erant, a militibus armatis cuſtodiebantur. Vix tandem ad altare beati Petri pro audiendis Miſſæ officiis conſcenderunt: vix ad ſacramenta divina conficienda vinum, & aquam invenire potuerunt. Poſt Miſſam, ex Cathedra deſcendere compulſus Pontifex deorſum ante Confeſſionem Beati Petri cum fratribus ſedit, ibique uſque ad noctis tenebras ſub armatis militibus eſt cuſtoditus. Inde ad hoſpitium extra Eccleſiæ atrium deductus eſt cum fratribus, capta eſt cum eo Clericorum, & Laicorum copioſa multitudo. Pueros item, ac diverſæ ætatis homines, qui obviam ei cum floribus, & palmis exierant, alios obtruncari, alios expoliari, partim cædi, partim vinciri juſſit. Joannes interea Tuſculanus, & Leo Oſtienſis Epiſcopi, ubi Papam captum perſenſerunt, ſub plebejo habitu ſe ſe in urbem receperunt*,

Civile in urbe bellum inter Romanos & Germanos exoritur.

5. Ut autem vulgatum eſt in urbe Pontificem ab Henrico captivum teneri, *Tantus Romanorum animus tumultus, & dolor, indignatioque perſuaſit*, ait Petrus Diaconus, *ut protinus Alemannos omnes, qui vel orationis cauſa, vel alterius cujuſcumque negotiis urbem ingreſſi fuerant, necarent. Poſtera die egreſſi urbem, conſerta pugna plurimos de Imperatoris exercitu obtruncant, & eorum capatis ſpoliis, adverſus Teutones acriorem ineunt pugnam; adeo ut eos porticu pene propellerent, ipſumque Imperatorem equo dejicerent, atque in faciem vulnerarent, hoc ubi Otto Mediolanenſis Comes aſpexit pro Imperatore ſe objiciens morti, equum illi ſuum, ut evaderet, tradidit: qui nec mora a Romanis capitur, atque in Urbem inductus, minutatim conciſus eſt, & carnes ejus in platea canibus devorandæ relictæ ſunt &c.*, atque pugnam varia fortuna inter Romanos, & Alemannos ſæpius inſtauratam fuiſſe ſubdit, ac tanta hinc, & inde ſtrages ſubſequuta, tot hominum

Jesu Chr. An. 1111.

minum millia] cœſa, *ut Tiberis cæſorum cruore tingeretur*, cum præcipue Romanos ſpoliis Alemanni onuſtos irruentes, quamplurimos occidiſsent, de quibus hæc Douizo.

Sed flagrant erga nimis horum quippe Tabernas:
Inſimul ex armis, & denariis onerati-
Plus adamant nummum quam bellum vincere ſumptum.

ac Alemanni tandem in caſtra ſe receperunt, *tantuſque illos invaſit terror, ut biduum integrum in armis eſſent.*

Joannes Cardin. Tuſculanus Romanos ad vindictam excitat.

6. His geſtis; *Adveniente nocte* ſubdit auctor, *Epiſcopus Tuſculanenſis*; Joannes ſcilicet, *omnem Romanum populum advocans*, oratione habita, ut tantam Apoſtolicæ ſedi, eorumque patri, & paſtori injuriam illatam forti animo, totiſque viribus vindicarent, excitavit, & ut alacriores ad tantum ſcelus ulciſcendum redderet; *De Domini noſtri, & beatiſſimorum Apoſtolorum Petri, & Pauli miſericordia confidentes, ab omnibus vos peccatis abſolvimus; Qua oratione Romani vehementer animati omnes adverſus Imperatorem, ſe ſacramento conſtringunt, & qui ſe adjuvarent pro fratribus habendos eſſe decernunt*; Ejuſdem Ioannis Cardinalis, & Tuſculani Epiſcopi epiſtola extat ad Ricardum Albanenſem, quæ totius rei geſtæ, inter Paſchalem Papam, & Regem Henricum exponit; & pacta invicem ante Regis adventum ad urbem, ac ibidem geſta uſque ad Pontificis detenſionem, eumque admonet, ut Eccleſiarum matrem opera ſua, & orationibus adjuvaret, *& pro liberatione Domini noſtri, imo pro Eccleſia ubicumque potueris* orationes, fieri juberet, excitat,

pag. 194.

Hæc, Joanni Tuſculani Epiſcopi, & Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, epiſtola in appendice, ſeu notis ad Ivonis epiſtolas legitur.

Henricus in Sabinam cum Pontifice captivo tranſit.

7. Ut Romanorum conſpirationem juratam, bellique apparatum audivit Henricus, *eadem nocte*, ſubdit Petrus Diaconus; *eumdem Apoſtolicum exinde abſtrahens*, ideſt ex porticu S. Petri, *tanto metu profugit cum ſuo exercitu, ut non ſolum ſarcinas, ſed multos etiam ſocios in oſpitio reliquerit. Poſt duos autem dies advocans milites Pontificem ſacris veſtibus exui juſſit, quod cum factum eſſet, vinctum ſecum pertraxere. Deinde Soractem uſque pergentes, juxta Beati Andreæ mona-*

monaſterium alveum amnis tranſierunt, & in Sabinos ad Lacanum pontem iter agentes, ulteriores Romanæ Urbis partes aggreſſi ſunt. Trahebantur interea Clericorum, Laicorumque plurimi vincti funibus. Pontifex autem cum duobus Epiſcopis Sabinenſe, ac Portuenſe, & Cardinalibus quatuor apud caſtrum Terbicum, ceteri vero Cardinales apud Corcodiſum in cuſtodia tenebantur. Latinorum nullus audebat cum eodem Pontifice colloqui; cuſtodiebatur autem a magnatibus Imperatoris, a quibus etiam illi miniſtrabatur, poſtremo tam ſuſpicionis, quam & concordiæ gratia in caſtra reductus eſt. Fuit autem idem Apoſtolicus in eodem ergaſtulo ſexaginta & unum diem.

JESU CHR. AN. IIII.

Obitus Ducum Rogerii, & Bohamundi.

8. Dum auxilia Romanis ab Capuano Duce, & ab Rogerio, vel Bohamundo Apuliæ, & Siciliæ Principibus pararentur, Rogerii, & Bohamundi accidit obitus, quos hoc eodem anno obiiſſe his verbis narrat Anonymus Barenſis. *Anno IIII. indict. 4. menſe Februarii obiit Rugerius Dux, & eodem anno menſe Martii obiit frater ejuſdem Ducis Bohamundus*, ſicque Pontificis, & Romanorum ſpes, quam in eorum auxilium habuerant, omnino excidit, de quibus hæc iterum Petrus Diaconus in chronico Caſſinenſi. *Tunc Princeps* (Capuanus) *Paternariam cum ſuis profectus electos milites fere trecentos Romanis auxilio miſit. Qui cum Ferentinum veniſſent, & Ptolomæum, & omnes fere illarum partium proceres favere Imperatori comperiſſent, Imperatoremque cum exercitu jam tranſiſſe Tiberim, neque jam Urbe ingredi poſſent, Capuam reverſi ſunt. Ea perturbatione durante, Rogerius Dux cum Boamundo fratre defungitur. Horum itaque mors ut Northmannis magnum incuſſit metum; ita Imperatori, ejuſque exercitui, & Longobardis omnibus extulit animos. Verebantur enim illi, ne Imperatoris adventu ſedibus ſuis, & principatu pelleretur, quocirca Apuliæ, & Calabriæ minutiſſima quoque loca eligentes, ſeſe contra Imperatoris adventum præparabant. Principes autem* Capuæ *ex conſilio ſuorum Legatos ad Imperatorem dirigens, pacem ab eo ſecuritatemque poſcebat &c.*

Eorum heredes.

9. Rogerius quidem Gulielmum filium hæredem reliquit, Bohamundus Bohamundum filium ſucceſſorem habuit in Apuliæ Ducatu, in Principatu Antiocheno Tancredum nepotem; Quantus is fuerit, ejus geſta dum viveret, probant, quem etiam celebrat Anna Comnena lib.13. ac vix patre ſuo omnium virtutum genere ceſſiſſe addit, cujus elogium Canu-

fiæ in Apulia ubi obiit, & ſepultus eſt, longiori ſtylo, rudiorique Muſa digeſtum recitat hoc anno Baronius.

De ineunda concordia agitur.

10. Cumque Romanorum vires quotidie decreſcerent, quorum agros, ſubſtantiaſque Alemannorum exercitus vorabat, Imperator ſceleris atrocitate, ac conſcientiæ ſtimulis agitatus, ut ad aliqualem ineundam concordiam Pontificem, ejuſque conſiliarios adigeret; *Cœpit jurejurando firmare niſi Pontifex illi morem gereret, & ipſum, & omnes quos habebat in vinculis, partim occiſurum, partim amputatis membris quibuſque debilitaturum. Sed cum ad id nequiret conſtantiam Pontificis flectere: in hoc tandem plena deliberatione convenit, ut omnes quos cæperat, liberos faceret, dum tamen ſibi in poſterum apud Pontificem proſpicere poſſet. Hoc per Principes ſuos, hoc per Clericos ſuos, hoc per laicos, civeſque Romanos ſollicite ſatagebat. Ceterum Pontifex vitam ponere, quam jura Eccleſiæ violari malebat, quamvis non ille Eccleſiæ jura non officia quælibet, ſed Regalia ſola ſe dare aſſereret. Proponebantur Pontifici captivorum calamitates, qui amiſſis liberis, uxoribus, domo, patria exules durioribus compedibus coercebantur: proponebatur Eccleſiæ Romanæ deſolatio, quæ pene omnes Cardinales amiſerat, proponebatur graviſſimum ſchiſmatis ſcandalum, quod pene omni Romanorum Eccleſiæ imminebat. Victus tandem lacrymis atque ſuſpiriis filiorum; totus in in lacrymis ſolvitur. En cogor, inquit, pro Eccleſiæ pace, & liberatione hoc pati, hoc permittere, quod pro vita mea nullatenus conſentirem &c.*

Infauſtæ pacis conditiones.

11. Pactis vero firmatis, Cardinales, qui cum Pontifice conſentiebant, numero quindecim, quorum nomina chyrographis ſubſcripta leguntur, ſubſcripſerunt *in agro juxta pontem Mammeum* ſic dictum a Mammea Alexandri Imp. matre, quæ illud inſtauraverat: pacta autem ibidem firmata hæc præcipua erant, quod Paſchalis Papa Imperatorem pro inveſtituris ultra non inquietaret, quin ei liceret legitime, & canonice abſque ſimonia electum, annuli, & virgæ traditione inveſtire, ut deinde ab Metropolitano conſecraretur, & ut Pontifex pro injuria accepta in ſe ipſo, vel ſuis, & rebus, nullam vindictam ſumere deberet, vel in quemlibet anathematis, vel excommunicationis ſententiam proferre, ac tandem Imperialem Henrico coronam ſe daturum fore Paſchalis promiſerat.

Pon-

12. Pontifici autem hæc Henricus promiſit. *Ego Henricus dimittam quarta, vel quinta feria proxima Domnum Papam Paſchalem, & Epiſcopos, & Cardinales, & omnes captivos, & obſides, qui pro eo, & cum eo capti ſunt: & liberos perduci faciam intra portam Tranſliberinæ inſulæ civitatis, nec ulterius capiam, aut capi faciam eos, qui in fidelitate domni Papæ Paſchalis permanent, & populo Romano, ac Tranſliberinæ inſulæ civitatis pacem, & ſecuritatem ſervabo tam per me, quam per meos, & in perſonis, & in rebus eorum, qui pacem mihi ſervaverint. Patrimonia, & poſſeſſiones ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ abſtuli, reſtituam, & coacta, quæ habere debet, more anteceſſorum meorum recuperare, & tenere adjuvabo bona fide, & Domno Papæ Paſchali obediam, ſalvo tamen honore regni, & Imperii, ſicut Catholici Imperatores Catholicis Pontificibus Romanis. Hæc omnia obſervabo bona fide ſine fraude, & malo ingenio.* Hiſque ſubſcripſerunt ex parte Henrici Fridericus Colonienſis, Gebeardus Tridentinus, Bruno Spirenſis, Burchardus Monaſterienſis Epiſcopi, ac deinde Cancellarius Imperii Albertus, aliique Imperii, vel aulæ Proceres, ut ibidem videre eſt; *Actum tertio Idus Aprilis tertia feria poſt octavam Paſchæ indict.* 4.

Quæ Henricus Pontifici promiſerit.

13. Cumque hæc inter utramque partem tranſacta, a Cardinalibus pro Pontifice, & ab Imperii Proceribus Henrici nomine firmata fuiſſent; Reſtabat, inquit Petrus, ut Inveſtiturarum diploma Paſchalis Papa Henrico manu ſua ſubſcriptum daret, quod Henricus, ac Proceres ejus, antequam urbem ingrederentur, ſibi dari voluerunt; *Die igitur altero in eodem campo, qui ſeptem fratrum dicitur, dum caſtra moverent, dictari illud oportuit, & transmiſſo juxta pontem Salarium Tiberis fluvio, jam locatis caſtris, accitus ex urbe ſcriniarius, ſcriptum illud inter tenebras nocturnas exaravit, cui nimirum ſcripto ibidem quamvis invitus ſubſcripſit*; Eoque *ut Regni tui Epiſcopis, & Abbatibus libere præter violentiam, & ſimoniam electis inveſtituram virgæ, & annuli conferas, poſt inſtitutionem vero canonice factam conſecrationem accipiant ab Epiſcopo ad quem pertinuerit. Si quis autem a Clero, & populo præter tuum aſſenſum electus fuerit, niſi a te inveſtiatur, a nemine conſecretur, hanc Epiſcopi libertatem habeant a te inveſtitos Epiſcopos, & Abbates canonice conſecrandi &c.* cum præcipue prædeceſſores ejus Imperatores, Regalium

Paſchalis Papæ conceſſio Henrico facta pro inveſtituris.

JESU CHR. AN. IIII.

galium ſuorum eccleſias ampliaverint, ait Pontifex.

Henricum Paſchali Imperat. coronat.

14. His geſtis, cum chartam Henricus accepiſſet, ad urbem cum Paſchali accedens, Imperator ibidem ab Pontifice coronatus eſt, hinc Donizo in vita Mathildis cap. 18.

Dum feſtum Paſchæ venit, tribuit ſibi pacem
Urbem Romuleam ſibi ſubdens, & Diadema
Ipſius capiti ponens, unguit, Benedixit.
Numinis undecimo Centum poſt mille ſub anno

Murat. rer. Ital. tom. 3. p.363.

Coronatur autem portis omnibus, ne quis civium ad eum accederet, obſeratis, ac communionem Henrico Pontifex porrigens; *Sicut pars iſta vivifici corporis diviſa eſt*, cum eidem hoſtiæ partem dedit, *ita diviſus ſit a Regno Chriſti, & Domini, qui pactum iſtud rumpere, ac violare tentaverit. Ac finitis Miſſæ ſolemnitatibus, ipſe ſtatim Rex ad caſtra in campum egreditur*, ait auctor vitæ Paſchalis Papæ, qui his interfuit; Hinc ſubdit. *Hæc ſicut paſſi ſumus & oculis noſtris vidimus mera veritate conſcripſimus.*

Henricus ab Paſchali obtinet ut patrem ſepeliret.

15. Uſpergenſis autem Abbas addit, id etiam ab Paſchali Papa Henricum promeruiſſe, ut patris ſui cadaver Eccleſiaſtica hactenus ſepultura privatum, in Eccleſiam transferreretur, cum nonnulli teſtati eſſent, eum in vitæ exitu pœnitentiam egiſſe; Sicque Spiram paulopoſt profectus Henricus, magnificentiſſimum patri ſuo funus exhibuit, ac tandem cum Paſchali Papa reconciliatus Henricus; *Imperatoria munificus liberalitate, tam ſpirituali Papæ ſuo Paſchali, quam ſingulis ejus Epiſcopis Cardinalibus, Clericiſque majoribus, ac minoribus, dona tot, tanta, & talia diſpertivit, ut abſentibus omnino memoratu incredibile ſit.* At ea, quo plura, vel prætioſiora erant, eo magis ſcandalum auxerunt, ac ceterorum Cardinalium, clerique Romani linguas adversus Pontificem acuerunt, perinde, acſi iis allectus, & minis territus Henrico ea conceſſiſſet, quæ præceſſores ſui hactenus negaverant, Inveſtiturarum ſcilicet Epiſcopatuum, & Abbatiarum facultatem, pro quibus Gregorius ſeptimus, ceterique, uſque ad Paſchalem ſucceſſores certaverant.

Paſchalis Papa in urbem redit, cum plausu excipitur.

16. His geſtis ſubdit auctor vitæ Paſchalis *Rex ſtatim ad caſtra in campum egreditur. Pontifex tandem cum Epiſcopis, & Cardinalibus liber in urbem regrediens, tanta frequentia populi occur-*

occurrentis, & Deum laudantis excipitur, ut vix circa veſperas ad hoſpitium potuerit pervenire. Actum idibus Aprilis quinta feria poſt octavam Paſchæ indictione quarta &c. Unde eadem quinta feria poſt octavam Paſchæ, ſeu die 13. Aprilis Henrici coronationem peractam fuiſſe dubitari vix poteſt, ait Muratorius, idemque alii etiam chronographi teſtantur, ac Pagii, aliorumque ſententiam, qui vel in feſto die Paſchæ, vel altera octavæ die hæc contigiſſe ſcribunt, confutat.

JESU CHR. AN. IIII.

Pagius not. 3. & 4.

17. De eadem concertatione inter Paſchalem Papam, & Henricum agens Gotfridus Viterbienſis Presbyter Capellanus, & notarius Corradi tertii, Friderici, & Henrici Imp. hujus ſeculi ſcriptor, quibus rationibus, utraque pars jus ſuum tueretur, his verſibus per plura deſcripſit. Inter cetera

Qua ratione Paſchalis Papa, & Henricus inter ſe diſſiderent.

Papa caret manto, captus ab hoſte ſuo.
Quæſtio nunc oritur, cui carcere Papa tenetur?
Reſpondetur eis; Quia ſuſtulit omnia Præſul,
Abſtulit Imperio pontificale decus.
Nam bona Pontificum, quæ nititur ipſe tenere,
Contulit Imperium quæ debeo Cæſar habere;
Amodo qui teneat. Cæſare durante feret.
Annulus & baculus de noſtro munere venit.
Undique Pontifices regum ſunt munere pleni,
Cæſaris officium quomodo Papa gerit.
Retulit Eccleſia: ſi quærimus æqua fateri.
Annulus, & baculus numquam de Cæſare venit,
Nam Deus Eccleſiæ cælitus iſta dedit, & iterum poſt plurima.
Curia Papalis contendit, & Imperialis;

Murat. rer. Ital. tom. 7. p. 457.

An ſit æqualis, vel æquiparari partibus oppoſitis, ac quæ utrinque afferrentur exponit, multaque de inveſtituris pro utraque parte, Henrici quarti, & quinti geſta exponens refert, quæ exſcribere nonjuvat.

18. His itaque in urbe, ſeu prope urbem ab Henrico adverſus Paſchalem Papam geſtis Corradus Juvarenſis, ſeu Salisburgenſis Archiepiſcopus, *qui cum Rege venerat, zelo æquitatis vicem Dei dolens, factum hoc improbavit*, ait Otto Friſingenſis, *cui dum quidam ex miniſtris Regis Henricus cognomento caput evaginato gladio, mortem interminaretur, tamquum*

Corradus Salisburg. Archiep. Henrici geſta comprobat.

AN. Jesu Chr. IIII.

quam pro juſtitia mori optans, *jugulum præbuit*, *malens ſi minus illum ad effectum perducere voluiſſet*, *temporalem vitam finire*, *quam tanti piaculi ſcelus diſſimulare*; quem ideo in tantum inde odium Imperatoris incurriſſe, ait auctor vitæ ejus, ut Athanaſio eumdem comparare non dubitet, quem ideo ſede ſua per annos novem in ſpeluncis, in ſubterraneis, ac etiam per diem integrum in flumine immerſum delituiſſe narrat, ac tandem *miſeratione divina*, *pace reintegrata Eccleſiæ a Luitpaldo Stirenſi Marchione in manu forti requiſitus ad ſuam honorifice poſt novem annos reductus eſt ſedem*. *Rurſum Eccleſiæ propriæ ſtrenue invigilavit*, *& inter cæteros per ipſum profectus majoris Eccleſiæ Clericorum vitam in melius informavit*, *& communem vitam Canonicorum S. Auguſtini ibi intravit*. *Anno Dominicæ Incarnationis MCXXI.* Et inferius de monaſterio ab eodem Conrado ædificato agens a Conone Cardinali Epiſcopo Prænestino conſecratum fuiſſe tradit, ac tandem, ait is auctor. 42. *Epiſcopatus ſui anno ſenex*, *& plenus dierum quinto Idus Aprilis felici fine quievit*, *anno Incarnat.* 1147.

Apud. Canis. tom. 6. antiq. lect.

Jurgia in urbem adverſus Paschalem excitantur.

19. Etſi cum plauſu, ac populi frequentia in urbem rediens Paſchalis exceptus eſſet, ut diximus; *Pax Romæ rediit*, ait Pandulphus Piſanus in ejus vita, *non illa*, *quam inſimul compoſuerant*, *quia minus boni continens erat*, *ſed terræ pax eſt reddita*, *quia omnes poſſeſſiones B. Petri*, *quas abſtulerat*, Henricus, *Beato Pontifici collatæ ſunt*; ob receptas tamen B. Petri poſſeſſiones, Romanorum votis, & præcipue Cardinalium, ſatisfactum non eſt, cum ægre nimis ferrent Pontificem contra decreta Gregorii ſeptimi, & Urbani ſecundi inveſtituras Henrico conceſſiſſe, quorum querelæ eouſque increvere, ut ſchiſma pene conflaretur, de quibus hæc Ordericus. *Tunc Papa ab illo dimiſſus*, ſeu Henrico, *multis poſtmodum vilior extitit*. *Nam Robertus Pariſienſis*, *Gualo Epiſcopus Leonenſis*, *& Pontius Abbas Cluniacenſis*, *aliique plures de Cardinalibus*, *& Prælatis Eccleſiarum Papam redarguebant*, *& quidquid Imperatori verbo*, *ſeu ſcripto conceſſerat*, *irritum eſſe debere indubitanter cenſebant*. *Aſſerebant enim*, *quod pro veritate*, *& juſtitia debuiſſet optare mori*, *& uſque ad mortem innocenter Chriſtum ſequi*. *ſatiuſque malle vincula*, *& flagra perpeti*, *quam aliquid contra jus & ſtatuta Patrum poteſtati annuere ſeculari*. *Ille vero reprehenſiones Sophiſtarum patienter tolerabat*, *& aſſertiones eorum legi-*

Order. lib. 10.

legitimas, ac veraces eſſe allegabat; nihilhominus ut locum iræ daret, & in diſcretum ipſorum zelum ægre ferens, ex urbe diſceſſit, ac in Campaniam tranſiit. Eo autem abſente, qui Paſchalis geſta improbaverant, in unum congregati, quælibet ab eo cum Henrico tranſacta nullius roboris, eadem habenda eſſe decreverunt, quæ ut Paſchalis Papa Terracinæ tunc degens accepit, ne ſchiſma ob eam rem conflarent, litteris datis, Joanni Tuſculano, & Leoni Vercellenſi, Epiſcopis, & Cardinalibus in unum congregatis ſic hortatus eſt; *Id quod in perſonam noſtram, immo in patrem veſtrum, præter ipſius Eccleſiæ judicium, atque præſentiam vos egiſtis: etſi vobis ex zelo Dei viſum ſit, non tamen, ut mihi videtur, canonico tramite inceſſiſtis. Non enim charitas, ſed æmulatio id dictaſſe perſpicitur. Quocunque tamen modo factum ſit, nos tamen confiſi de miſericordia divina, pro animæ noſtræ ſalute cogitavimus, & commiſſum, quod pro fratribus atque filiis, pro excidio Urbis, & univerſæ provinciæ fecimus, emendare curabimus*, ait Pontifex, ſcite admodum, ſchiſmati, quod parabatur, opportune occurrens.

Jesu Chr. an. IIII.

Paschalis Papæ epiſt. ad Epiſcopos, & Card. in urbe congregatos.

20. Inter ceteros, qui ob pacta conventa ab Paſchali Papa cum Henrico eidem Pontifici adverſabantur, eaque omnino ab eodem irritanda eſſe conſebant, Bruno Signienſis Epiſcopus, eodemque tempore Caſſinenſis Abbas inſtabat, ut idem Petrus in chronico Caſſinenſi narrat. *Præfatus Abbas ſociatis ſibi Gaula Rhegino Epiſcopo, & Roberto Papienſi, aliiſque Cardinalibus, memorato Pontifici omnino imminebat, ut privilegium, quod Imperatori fecerat, rumperet, eumque anathematis vinculo innodaret. Hi autem, qui cum illo in vinculis fuerunt, dicebant: Quod ante diximus, dicimus damnamuſque, quod ante damnavimus. Alii non modo non damnabant, quæ contra Catholicam Eccleſiam fuerant geſta, verum impudenter ſatis tueri nitebantur. Igitur dum hujuſmodi diſſenſionibus Apoſtolica quateretur Eccleſia, relatum eſt Pontifici, memoratum virum* Brunonem *illius diſſidii, & ſcandali ducem, atque ſigniferum fuiſſe, quod ubi prædictus Abbas audivit temporis opportunitate reperta dixit ad eum*, ſeu potius ſcripſit, extatque ejuſdem Epiſtola Paſchali Papæ inſcripta, qua eadem, quæ Petrus in chronico dicta refert, repetita leguntur; dictorum autem, ſeu ſcriptorum ſumma hæc eſt, ut oſtendat ſe, non hoſtili animo, aut ſchiſmatis exci-

Paschalis Papæ diſceptatio cum Brunone Signienſi Epiſc.

lib 4. cap. 42

Jesu Chr. An. 1111.

excitandi gratia, ab eo cum Henrico tranſacta reprobare, ſed zelo Dei, & Eccleſiaſticæ libertatis; *Inimici mei dicunt tibi*, ait, *quia te non diligo, & quia de te male loquor, ſed mentiuntur: Ego enim ſic te diligo, ſicut patrem, & Dominum diligere debeo, & nullum alium te vivente Pontificem habere volo, ſicut ego, cum multis aliis tibi promiſi; Audio tamen Salvatorem meum mihi dicentem: Qui amat patrem, aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus &c.* Quare fœdus ab eo initum, tam *fœdum tam violentum cum tanta proditione factum*, religioni, ac pietate contrarium ſe laudare non poſſe ſubdit, & ut irritum tandem omnique anathemate dignum proferret, Pontificem hortatur, & ut ſuam ipſius de inveſtituris reprobandis conſtitutionem antea vulgatam confirmaret, excitat, *& mox videbis totam Eccleſiam tibi eſſe placatam, mox omnes videbis ad tuos pedes confluentes, & in magna lætitia ſicut Patri, & Domino obedientes; Miſerere Eccleſiæ Dei, miſerere ſponſæ Chriſti, & per tuam prudentiam, ſuam recipiat libertatem, quam modo per te amiſiſſe videtur; Ego autem illam obligationem, & illud juramentum*, Henrico præſtitum *parvipendo, neque pro ejus violatione minus umquam tibi obediens ero*. Hæc Bruno, qui ad Portuenſem Epiſcopum pro eadem cauſa, has alteras litteras dedit. *Audivimus, quod quidam de fratribus noſtris non ſolum non damnant ea, quæ modo contra ſanctam Eccleſiam facta ſunt, verum etiam ſatis impudenter defendere conantur, omnis autem qui hæreſim defendit hæreticus eſt. Nemo autem hanc non eſſe hæreſim dicere poteſt, quam ſancta, & Apoſtolica Eccleſia in multis Conciliis hæreſim nominavit. Et illæ quidem ſpecialiter dicuntur eſſe hæreſes, quæ in conciliis judicatæ, & damnatæ ſunt. Unde, & Guibertus non immerito hæreſiarcha dictus eſt, ſimulque cum ſuis ſequacibus damnatus, & excommunicatus*. Hæc, & alia ibidem Bruno adverſus Paſchalis Papæ geſta.

Bibl. Patr. tom. 30. pag. 1738.

Paſchalis Papæ Brunonem Caſſin. Abbatia exauctorat.

21. Quare timens Paſchalis Papa, ne tantus vir auctoritate ſua ceteros in ſui ſententiam pertrahens, ſchiſmati locum daret, eumdem Caſſinenſi Præfectura abdicavit. Dicebat enim teſte Petro Diacono. *Niſi illum a Monaſterii adminiſtratione removero: ipſe ſuis argumentis Romanum mihi tollet Pontificatum. Quapropter eidem Abbati ab urbe direxit epiſtolam, qua vetuit, ne ultra Epiſcopus ſimul eſſet, atque Abbas; neque enim ultra ferre Apoſtolicam Sedem Epiſcopum aliquem*

aliquem monaſterio præeſſe tam celebri. Fratribus etiam per Leonem Oſtienſem Epiſcopum, & hujus cœnobii monachum litteras miſit, mandans, ne ipſi viro ulterius obedirent, ſed ſecundum Deum regulariter ſibi Abbatem eligerent: ſin autem ſecus agerent, in omnibus monaſterii cellis Abbates ipſe ſtatueret. Pergit Petrus dicere de tumultu tunc exorto contra Brunum alium in ſuum locum Abbatem ſubrogare ſtudentem monachis renitentibus, ad quos S. Bruno: *Nolo*, inquit, *ut propter me inter vos, & Romanum Pontificem ſcandalum oriatur, virgamque paſtoralem ſuper altare ponens. Accipite inquit, virgam quam mihi tradidiſtis, abſolutioneque Fratribus facta, ad Epiſcopatum ſuum rediit. Ubi in ſancta converſatione uſque ad Oderiſii Secundi Abbatis tempora vivens, feliciter migravit ad Dominum pridie Kalen. Septembris. Sepultus eſt in civitate Signina in Eccleſia ſanctæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ, ad cujus memoriam hodie quoque Dominus miracula patrare dignatur, ipſius intervenientibus meritis.* Hactenus Petrus de Brunonis geſtis, & obitu, cujus etiam vitæ ſeriem ſupra expoſuit, ac anno 1125. meritis, doctrinaque præclarum obiiſſe narrat, cum tamen biennio antea e vivis exceſſiſſe, ex anonimo geſtorum Brunonis ſcriptore adnotat Manſius, quem Caſſinenſis chronici auctori præferendum cenſet: Brunonis opera a Marcheſio Caſinenſi monacho primum edita bibliothecæ SS. Patrum inſerta ſunt, aucta deinde commentario in quatuor evangelia ex manuſcripto Collegii Romani Romæ anno 1775. edito, curante Eminentiſſimo Cardinale Xaverio de Zelada, ſtudiorum ejuſdem collegii vigilantiſſimo Præſide, tandem uno, aut altero ab hinc anno Brunonis opera omnia edita ſunt, ac duobus in folio voluminibus diſtributa, opera, & ſtudio Reverendiſſimi Patris Bruno Bruni congregationis Scholarum piarum Sacerdotis, qui ſane in omnibus ad operum vitæque tanti viri illuſtrationem pertinent, eruditis viris abunde ſatisfaciet.

Jesu Chr. an. 1111.
Chron. Caſſin. lib. 4. c. 42.
Bibliotb. PP. to. 10.

21. Eumdem cum Brunone Signienſi pro pactis inter Paſchalem Papam, & Henricum initis irritandis zelum æmulati ſunt alii quamplurimi, tum in urbe, cum in toto fere catholico orbe, non tamen defuere, qui perpenſis loci, & temporis circumſtantiis, Paſchalis Papæ geſta, ſaltem excuſarent. Præ cæteris Ivo Carnotenſis ad Henricum Abbatem qui ipſum de his conſuluerat, reſcribens, qua ratione hæc tolerari poſſent

De Paſchalis geſtis diverſorum diverſæ ſententiæ.
Ivo ep. 233.

Jesu Chr. an. 1111.

ſent, his verbis exponit. *De inveſtituris Eccleſiarum, quas laici faciunt, ſententiam præcedentium Gregorii, & Urbani, quantum in me eſt, laudo, atque confirmo. Quocumque autem nomine talis pervaſio proprie vocetur, eorum ſententiam, qui inveſtituras laicorum defendere volunt, ſchiſmaticam judico. Nec iſta contra Domnum Papam dico, quia quibuſdam litteris mihi ſcripſit, ſe coactum feciſſe, quod fecit, & adhuc ſe prohibere, quod prohibuit, quamvis quædam nefanda quibuſdam nefandis ſcripta permiſerit. Et quia verenda patris debemus potius velare, quam nudare: familiaribus, & charitatem redolentibus litteris admonendus mihi videtur, ut ſe judicet, aut factum ſuum retractet. Quod ſi fecerit, referamus Deo gratias, & gaudeat nobiſcum omnis Eccleſia, quæ graviter languet, dum Caput ejus laborat tanta debilitatum moleſtia. Si autem in hoc languore inſanabiliter ægrotaverit, non eſt noſtrum judicare de ſummo Pontifice. Habemus enim Evangelicam ſententiam, quæ ſecuros nos facit: Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi: Quæ dicunt, ſervate, & facite: ſecundum vero opera eorum nolite facere &c.* Hæc, & alia ibidem Ivo, *majoris ſententiis non præjudicans, quæ paci Eccleſiæ conſulant, & ædificationi*, ut ſubdit.

Joannes Lugduni Episc. inveſtituras damnat.

22. Inter eos autem, qui ferventi accenſi zelo, Paſchalis Papæ, cum Henrico pacta conventa de inveſtituris tolerandis, tamquam Eccleſiæ opprobrium, aut hæreſim deteſtabantur, Joannes Lugdunenſis Archiepiſcopus, & Galliarum Primas recenſetur, qui ſtatim concilium ad Anſam ex totius Galliæ Epiſcopis celebrandum indixit, ac Epiſcopos non ſolum Lugdunenſis Metropolis, ſed aliarum etiam invitavit, ut ibidem, & inveſtiturarum privilegium reſcinderetur, & qui eas conceſſerant, ac in primis Paſchalis Papa, eorum ſubjiceretur judicio, in eumque ſententiam proferrent; Ivo tamen duplici præſertim ex cauſa concilio adeſſe recuſavit, tum quia Carnotenſis Eccleſia Lugdunenſi Metropoli nequaquam ſubdita erat; Unde extra Metropolim ſuam, Primas convocandi Epiſcopos jus non habebat, multo vero minus poteſtatem Romanum Pontificem judicandi. Unde eiſdem reſcribens, ſuo, aliorumque Epiſcoporum nomine, qui Senonenſi Mettropolitano ſuberant, hæc habet. *Jure primatus veſtri invitatis nos ad concilium apud Anſam celebrandum, in quo diſpoſuiſtis tractare de fide, & inveſtituris laicorum; ad quod venire minime contemnimus*

epiſt. 236.

nimus, ſed terminos quos poſuerunt patres noſtri, terminos antiquos transgredi formidamus. Nuſquam enim reverentia patrum ſanxit auctoritas, nuſquam hoc conſervare conſuevit antiquitas, ut primæ ſedis Epiſcopus Epiſcopos extra provinciam propriam poſitos invitaret ad Concilium; niſi hoc aut Apoſtolica ſedes imperaret; aut una de Provincialibus Eccleſiis pro cauſis, quas intra Provincias terminare non poterat primæ ſedis audientiam appellaret &c. deinde poſt plurima, quibus id probare nititur, de cauſa Paſchalis Papæ ibidem tractanda, ſubdit. *Præterea in hoc Concilio de inveſtituris laicorum, quas quidam inter hæreſes computant, tractare diſponitis: potius pudenda patris noſtri nudabitis, quæ publicanda non eſſent in Geth, nec in compitis Aſcalonis, decidenda exponetis, quam poſt deorſum ea velando benedictionem paternam vobis acquiratis. Quod enim propter vitandam populi ſtragem paterne in ſe admiſit ſummus Pontifex, coegit neceſſitas, non probavit voluntas. Quod inde conſtat, quia poſtquam evaſit periculum, ſicut ipſe quibuſdam noſtrum ſcripſit, quod juſſerat juſſit, quod prohibuerat prohibuit quamvis quibuſdam nefandis urgente periculo quædam nefanda ſcripta permiſerit &c.*, & in Paſchalis Papæ excuſationem Petri negationem, Marcellini Papæ in idololatriam lapſum, Aaronis facilitatem, qui vitulum fieri in deſerto permiſit, ac Moyſis hæſitationemad aquas contradictionis in exemplum adducit, qui licet graviorum criminum participes, ſuam nihilhominus dignitatem retinuere. *Quod ſi Papa adhuc in Theutonicum Regem debitam ſeveritatem non exercet, credimus inquit quia conſulto differt, ſecundum quorumdam doctorum judicio, qui conſulant quædam admittenda pericula, ut poſſint vitare majora &c.*, ac Auguſtini ſententiam affert, qua docet, cum multitudine peccantium, diſciplinæ rigorem per ſæpe non convenire, ne fortaſſe ſchiſma in Eccleſia fieret, & poſt plurima in eam rem in ſui excuſationem hæc iterum addit.

Ivo Paſchalem PP. excuſat.

Auguſt. contra Parmen. lib.3. 2.

23. *Ad hæc non videtur nobis utile conſilium, ad illa Concilia convenire, in quibus non poſſumus eas perſonas, contra quas agitur, condemnare, vel judicare; quia nec noſtro, nec ullius hominum probantur ſubjacere judicium; Unde nos conſtat eſſe immunes, ſi facta eorum oris gladio ferire formidamus, cum ipſe mediator obedire eis præcipiat, etſi tales ſint quales erant. Phariſæi, ſi ea quæ ad Cathedram pertinent, recte præcipiant, ea vero quæ contra Cathedram faciunt, minime*

Cur cauſa Paſchalis Papæ non ſit in concilio tractanda.

Jesu Chr. an. 1111. *me faciant. Ex quibus omnibus hoc conſtare videtur, quatenus fœminalia ſacerdotalia pudendis ſupponamus, ne verenda noſtra deridenda inſidiatoribus noſtris exponamus, & unde quærimus reformare Eccleſiæ fortitudinem, in majorem incurramus debilitatem* poſt alia. *His verbis excuſatos nos credimus, quod a laceratione Domini Papæ linguas noſtras reprimimus, & ſi quid contra ſententiam ſuam, ſuorumque prædeceſſorum de remiſſis Germanico Regi inveſtituris feciſſe videtur, filiali charitate excuſamus. Non enim prævaricator eſt legis, qui delinquit in legem, aliqua fallente ſurreptione, vel impellente neceſſitate; ſed qui legem impugnat ſtudioſe, & delictum ſuum non curat agnoſcere. Unde hunc exceſſum ejus non tantum non accuſamus ſed dictante ratione approbamus, ſi imminente ſtrage populi, paterna charitate, cum non nullo vulnere ſuo ſe tantis periculis voluit objicere, ut majoribus morbis poſſet ſincera charitate ſubvenire &c.* diſpenſatoris quippe prudentis officium eſt, pro temporum diverſitate, & circumſtantiarum, legum ſeveritatem emollire, hinc ſubdit, Apoſtolis juſſerat Chriſtus ne ſacculum, vel peram ferrent, quos nihilhominus eadem ferre alio tempore permiſit; *non jam obtemperans cupiditati, ſed indulgens neceſſitati*; Ita olim ab hæreſi in Eccleſiam Catholicam redeuntibus, in ſuis ordinibus perſeverare prohibitum fuit, temporis tractu, cum id Eccleſiæ utilitas exigebat, diſciplinæ ſeveritas temperata eouſque fuit; *Ut revertentes ab hæreſi, & Catholicam unitatem profitentes fraterne ſuſcepit, & in honoribus ſuis manere conceſſit, judicans melius eſſe, ut fieret aliquod vulnus in cortice matris arboris, quod charitas ſanaret, quam Eccleſia de omnibus; quos poſſet ſua membra non colligeret.*

Inveſtiturarum usus hæreſis dici non poteſt.

24. His multa addit Ivo, ut inveſtiturarum uſum hæreſim dici non debere demonſtret; *Poſtremo quod quidam Inveſtituram hæreſim vocant, cum hæreſis non ſit, niſi in fide. Sicut enim fides cordis eſt ad juſtitiam, oris autem confeſſio ad ſalutem: ita hæreſis error eſt ad impietatem, profeſſio vero ejuſdem erroris eſt pernicies, & fides, & error ex corde procedunt Inveſtitura vero illa, de qua tantus eſt motus, in ſolis eſt manibus dantis, & accipientis, quæ bona, & mala agere poſſunt credere, vel errare in fide non poſſunt &c. Quod cum multi minus ſtudioſi minime attendant, ante tempus judicant*, ac hæreſis tunc eſſet, cum quis laicus putaret, virgæ, vel annuli traditione, ſacramentum dare, quod ſane nemo præſumebat;

Hinc

Hinc ſubdit. *Si vero congrua volumus rebus nomina dare: poſſumus dicere, quod manualis illa inveſtitura per laicos, alieni juris etſi pervaſio, ſacrilega præſumptio, quæ pro libertate Eccleſiæ, & honeſtate, ſalvo pacis vinculo, ſi fieri non poteſt funditus abſcindenda eſt. Ubi ergo ſine ſchiſmate auferri non poteſt, cum diſcreta reclamatione differatur: Nihil enim tali pervaſione demitur ſacramentis Eccleſiaſticis, quo minus ſancta ſint, quia apud quoſcunque ſint, ipſa ſunt, ſive apud eos, qui intus, ſive apud eos qui foris ſunt. Hæc ſcripſimus dilectioni veſtræ, parati refelli ſine contumacia, ſi melius his, quæ ſcripſimus nos docuerit prudentia veſtra, quod munitum ſit ſcriptura canonica*. Hactenus Ivo ad Lugdunenſem Archiepiſcopum.

Quid Joannes his reſponderit. *epiſt.* 237.

25. His tamen Joannes Lugdunenſis Archiepiſcopus nequaquam conſenſit, quin Daimberto Senonenſi Archiepiſcopo, aliiſque Senonenſis Metropolis Epiſcopis reſcribens, Ivonis epiſtolam confutare conatus eſt, ac etſi plures in Gallis Metropolitanos tunc fuiſſe fateatur, cum tamen eorum Primus Lugdunenſis eſſet, ſe a cunctis Metropolibus Epiſcopos convocare poſſe contendit, Imperatores deinde, & Reges Eccleſiæ judicio ſubeſſe probat, quod ſane nemo in dubium vocabat, deinde de Paſchali Papa; *Addidiſti* ſubjungit, *te vereri ne forte patris noſtri pudenda in colloquio noſtro revelarentur, timuiſti certe, ubi nom erat timor, ... atque utinam ipſe pater pudenda*, (ut dicis) iſta pro voluntate noſtra *contigi pateretur*, ac tunc maxime ſervis Dei celandum eſſe docet, cum præſertim periculoſa tempora inſtarent, ac pævaricatorum numerus maximus eſſet; *Ne cum abundante iniquitate refrigeſcit charitas multorum, refrigeſcat, & paucorum*; Ad id vero quod Ivo ſcripſerat inveſtiturarum uſum inter hæreſes computari non debere, hæc repoſuit Joannes. *Quod autem eos arguis, qui inveſtituras Eccleſiaſticarum dignitatum per laicos factas inter hæreſes computant: non ſatis efficaciter facere videris. Quamvis enim ſicut Catholica Fides corde, & ita hæreticus error in corde maneat: tamen ſicut ex Catholici operibus Catholicum ſentimus: ita ex hæretici operibus hæreticum cognoſcimus. A fructibus enim eorum* (inquit Dominus) *cognoſcetis eos, & unaquæque arbor ex fructu ſuo cognoſcitur. Et licet exteriores inveſtituras per laicos factas non ſatis propriæ hæreſis nomine cenſeamus: ſentire tamen*

Jesu Chr. an. 1111. *men, ac defendere, fieri debere, & indubitata hæreſis eſt*, ait idem auctor; *Adverſum quæ ſi quid parare volueris* (ſeu reſpondere) *ſive cominus, ſive eminus audire, reſpondere parati ſumus*; hiſque epiſtolam ſuam claudit, quam integram, ſicuti & longiorem etiam Ivonis annalibus inſeruit Baronius, nos præcipua tantum, quæ ad quæſtionis illuſtrationem aptiora ſunt.

Canon Apoſt. Sedis legatus Henricum damnat.

26. Eadem autem cauſa inter Paſchalem Papam, & Henricum Regem, ſeu Imp. tunc agitata, quæ totum pene commoverat orbem, totque diſſidiis cauſam dederat, in Orientem uſque, ac Hieroſolymam delata, Cononem Prænestinum Epiſcopum Cardinalem, qui tunc Hieroſolymis Apoſtolicæ Sedis legatione fungebatur; excitavit, ut Hieroſolymis concilium congregaret, in quo Henricum Imperatorem, utpote ſacrilegum tyrannum, eo quod manus in Pontificem immiſerat, captivumque detinuerat; ac minis, vique adhibita effecerat, ut inveſtiturarum jus ſibi reſtitueretur, anathemate percuſſit, moxque in Occidentem rediens, Græciam, Borealeſque circumquaque luſtrans provincias, ubique eumdem Henricum anathemate perculit. Conſtant hæc ipſa ex actis Papæ ſub Paſchale celebrati Concilii Lateranenſis: ubi iſta leguntur: *Et Dominus Præneſtinus conſequenter ſubjunxit, qualiter pro Sedis illius legatione Hieroſolymis audierit Regem Henricum poſt ſacramenta, obſides, & oſcula, in ipſa B. Petri Eccleſia dominum Papam tenuiſſe captum, indigne tractatum, potiora Eccleſiæ membra, Cardinales videlicet exutos, tractos, & male tractatos: nobiles quoque Romanos occiſos, & captivos, & populorum ſtragem factam, & audiens ingemuerit, & pro hujuſmodi facinoribus Eccleſiæ Hieroſolymitanæ conſilio, zelo Dei animatus, excummunicationis ſententiam in Regem dictavit, & eamdem in Græcia, Hungaria, Saxonia, Lotharingia, Francia, in quinque Conciliis, conſilio prædictarum Eccleſiarum renovando confirmavit &c.* Quæ omnia voluit per eundem Paſchalem Pontificem in dicto Lateranenſi Concilio confirmari, de quo ſuo loco dicturi ſumus anno ſequenti.

Henricus in Germaniam redit, Mathildem adit

27. Urbe relicta in Germaniam rediturus Henricus, per Thuſciam in Longobardiam tranſiit, ac Mathildem Comitiſſam in oppido Bibiani, Majo ineunte convenit, ibique cum honore ab ea ſuſceptus; triduoque moratus poſtea, rediit in Germaniam Mathildem ſuam in Italiæ regimine adminiſtram conſtituens, ut verſibus ſuis narrat Donizo.

Cui

Cui Liguris Regimen dedit in vice Regis.
Treſque dies ſecum faciens firmum quoque fœdus
Ivit cum magnis ultra montes Alemannis.

Jesu Chr. An. IIII. *Murat. rer. Ital. tom.5. p.380.*

Cum Veronæ ſubſiſteret, diplomata quædam, pro monaſterio Polirorenſi, & Cremonenſi Eccleſiæ dedit, quorum miminere Muratorius, & Bacchinus in hiſtoria ejuſdem monaſterii, ibique litem inter Patavinos, & Venetos jamdiu agitatam, bellumque ſuſceptum compoſuit, ut apud Dandulum in chronico ad hunc annum videre eſt.

Murat antiq. Ital. diſſert. 19. Rer. Ital. to. 12.

28. Hoc etiam anno die 23. menſis Aprilis Beryithus a Balduino capitur, anno autem deſinente suæ idem Balduinus adjutus Claſſe Regis Danorum, & Norvegiæ Sidonem, ditioni ſubjecit, quibus geſtis Dani ad ſua reverſi ſunt, ut pluribus, hæc eadem narrat Gulielmus Tyrius lib. 11. cap. 13. 14., qui addit. *Capta eſt autem prædicta civitas Anno ab Incarn. Domini IIII. menſe Decembri die decimanona. Deinde per idem tempus mortuus eſt Dominus Gibelinus Hieroſolymorum Patriarcha &c.* Anno tamen ſequenti.

Berythus & Sidon a Balduino captæ.

29. Hoc quidem anno Nicolaus CP. Patriarcha, ad Sedem anno 1184. evectus, *ſenex admodum deceſſit, cujus funus Imperator magnificis honoribus perſequutus alium in Patriarchico ſolio collocavit, ex fratre nepotem ejus, qui tum Chalcedonenſi præerat Eccleſiæ in litteris tum prophanis, tum ſacris ab ineunte, ætate, verſatum quem ipſe Imperator in Eccleſia declaravit*, ait Zonaras in Alexio Comneno, hic vero ab Chalcedonenſi Sede in Conſtatinopolitanam translatus, cujus nomen Zonaras reticet, Joannes Hieromnemon dicitur in libro quarto juris Græco-Romani. Nicolai hujus in codice bibliothecæ Regiæ Pariſienſis, & altero Vindebonenſis extant reſponſa quædam facta quæſtionibus propoſitis ab monachis Acumiorum in ſynodo ab ipſo in eam rem habita, cujus annus ignoratur; Succeſſorem in Conſtantinopolitana Sede Nicolaum alterum, Muzalonem dictum habuit, qui quartus dici debet, cum altero Nicolao perperam ab Baronio, confuſus, ut ait Pagius nol. 27. an. 1117.

Nicola CP. Patriarchæ obitus.

30. Dum Alexius Comnenus Imperium regeret, ac Sedem Conſtantinopolitanam teneret Patriarcha Nicolaus, variæ in Oriente, & in ipſa Conſtantinopolitana urbe hæreſes, detectæ, & condemnatæ ſunt, de quibus fuſiori ſtylo Patris ſui

Hæreſis CP. detectæ, & condemnatæ

geſta

Jesu Chr. An. IIII. geſta collaudans Anna Comnena ſermonem habet, quæ cum certum annum non habeant; hoc de Nicolai obitu agentes, paucis adjungimus. *Interea non longe poſt condemnationem pravorum dogmatum Itali, cujus ſupra mentionem fecimus*; ait Anna; *Exortus eſt ejus amentiæ ſucceſſor Nilus nomine homo virtutis ſimulator callidus, qui cum eluvie quadam malitiæ Eccleſiam inundaſſet multos in errorem traxit, cujus præcipuus error is erat, ut diceret, palamque prædicaret; Humanitatem Chriſti natura fuiſſe Deificatam*; qui proinde Eutychianam hæreſim e cineribus revocavit; Quis is eſſet, & unde Conſtantinopolim adveniſſet, ſe ignorare fatetur Anna, virum tamen fuiſſe vitæ auſteritate, & ruſticitate inſignem adnotat; qui rebus humanis ſpretis totum ſe divinarum rerum meditationi, ac ſacrarum litterarum, ſanctorumque Patruum lectioni dicaverat, unde apud incultam plebem admirationi erat, multoſque in errorem traxerat; *Hæc nec ignorare, nec diſſimulare Imperator potuit, ſed errori viri celebris, quippe lubrico ad ſui propagationem male, ratus occurrendum remedio non lento, iſtum ipſum pravæ doctrinæ auctorem accerſit: objurgataque non perfunctorie audacia imperitiaque ejus, multis deinde qua teſtimoniis qua rationibus plane convicit pervicacem: eique, ſi ſentire poſſet, manifeſte demonſtravit; quid eſſet hypoſtatica unio verbi cum humanitate: tum quatenus & qua ratione facta eſſet communicatio proprietatum inter naturas ambas expoſuit: denique humanitatem aſſumptam, non utique natura propria, ſed gratia ſuperna fuiſſe deificatam copioſe docuit ſuperbo hæretico contumacia ſe interim involvente ſua, & adeo non manus dante manifeſtæ veritati, ut ſe ad vincula, tormenta, mutilationem perferendam corporis, atque ad quodvis incommodum ſubeundum paratiſſimum oſtenderet potius, quam ut ſibi extorqueri pateretur id aut ſentiendi apud ſe, aut apud alios prædicandi libertatem, quod profiteri cœperat: nempe: Humanitatem Chriſti fuiſſe Deificatam &c.* eique Armenorum plurimi, qui tunc Conſtantinopoli erant, ab eo ſeducti, conſentiebant.

An. Comm. lib. 10. anno 1083. pag. 269.

Synodus CP. adverſus Nili hæreſim.

31. His ut remedium ferret Imperator, Eccleſiæ Proceres in ſynodum convocat, ut collatis conſiliis, atque ſententiis de ea quæſtione decernerent; atque in unum cum congregatis Epiſcopis, Patriarcha Nicolao Nilus aſſidere jubetur, ac de Incarnatione verbi quid ſentire interrogatus eadem, quæ ſuperius retulimus palam aſſeruit: adeo ut etiam

adſtrue-

adſtruere mala prolata conaretur. *Quæ de cauſa ſynodus comperta Nili contumacia, ne lues corrupti membri ad ſanorum perniciem ſerperet, perpetuum in ipſum velut damnatæ Doctrinæ pertinacem aſſertorem anathema conclamavit: unionem vero hypoſtaticam juxta Sanctorum traditiones manifeſtius explicatiuſque prædicavit &c.*

JESU CHR. AN. 1111.

32. *Poſt hunc, aut potius cum hoc*, (Nilo ſcilicet) *damnatus Blachernita eſt*, ſubdit Anna, *impia, & ipſe alienaque ab Eccleſia ſentiens, quamvis Sacerdos erat. Hic conſuetudine Enthuſiaſtarum lue contracta, quam in multos alios fallendo propagabat, occultis velut cuniculis in magnas domos ſe inſinuans, & impia illic dogmata promulgans, ſæpius ab Imperatore accerſitus, monitus, edoctuſque fuerat quam erraret vehementer: ad extremum cum a complexu errorum avelli non poſſet, ad Eccleſiam delatus, & ab hujus ipſius ſynodi Patribus examinatus accurate, ubi obſirmatus in contumacia deprehenſus ab iis eſt, tam ipſe quam ejus dogmata perpetuo ſunt pariter anathemate ſubjecta &c.* in quam rem adnotat Allatius lib 2. de conſenſu Eccleſiæ Occidentalis, & Orientalis, anathema in hæreticos tunc vulgatum legi in Triodio in Dominica Orthodoxiæ.

Blacherni- tas hæreticos. Synodus CP condemnat.

33. Eodemque tempore dum adhuc Nicolaus Conſtantinopolitanam ſedem teneret, ex Manichæorum, quos Paulicianos vocamus, hæreſi, & ex abominando Maſſalianorum delirio, hæreſim quamdam in Oriente vulgatam fuiſſe adnotat Anna Comnena, quæ Bogomilorum dicebatur, quæ quidem *jam ante patris mei tempora quaſi ſub cinere muſſitaſſe veroſimile eſt, tunc vero in apertum prodiiſſe; Squallorem enim religioſæ auſteritatis, ac pœnitantiæ genus in primis affectat: eaque in ſimulationis vafritie palmam obtinet. Itaque non facile videas aliquem ex comatis iſtis more ſæculari mantello ad Bogomilorum ſectam adhæreſcere: ſed & cucullio hæc ſe peſtis abſcondit.*

Bogomilorum hæreſis detegitur. *Anna Comn. lib.* [illegible] 456.

34. Cumque ſub ea pietatis larva, longe lateque Baſilio pſeudomonaco eorum Duce hæc hæreſis propagaretur, Alexius Imp. cum vix ab militaribus expeditionibus reſpiraſſet, totus in eo fuit, ut e latebris eductam exterminaret; Itaque *Pater meus*, ait Anna, *velut incantator ſapiens ſerpentem aſtutam ex cavo, ac ſpecu, carminibus velut quibuſdam elicuit, in lucemque protulit &c. Res in hunc modum ſe habuit. Multus affluebat ſermo undique de Bogomilis, eorumque nova ſecta, & pro-*

Baſilius monachus ſectæ auctor.

Qua arte Alexius hæreſis dogmata detexerit.

Jesu Chr. An. 1111.

& profectibus. Ea fama invaluerat ex eo, quod Baſilius quidam Monachus impietatem iſtam ipſe animo conceptam, quo proferret circum latiſſime, duodecim ſibi diſcipulos adjunxerat, quos, & Apoſtolos nominarat: trahens cum ipſis, & diſcipulos, mulierculas pravorum morum, ac plane perditæ nequitiæ, &c. His Imperator acceptis non tenuit ſe, pro eo quo interius ejus animus ardebat zelo ſincero Dei gloriæ, quo minus omnibus veſtigiis ſectæ cubilia clam naſcentis indagaret. Duci ad ſe in Palatium curavit quoſdam e Bogomilis. Omnium erat conſentiens reſponſio præſidere toti hæreſi Baſilium iſtum plane Coryphæum ſectæ totius, ac longe Principem, doctoremque ſummum. Quo diſtinctior haberetur rei cognitio totius, Diblatius e Bogomilis captus quidam eſt, ac quoniam ſponte fateri recuſabat, quæſtioni ſubjectus, quoad declararet quis, & ubi eſſet iſte Baſilius, quique ordinati ab eo ferebantur Apoſtoli. Compertis rite omnibus dimiſſi ab Imperatore quoque verſum plurimi ſunt, qui latentes inveſtigarent, erroris auctores, ac caperent. Horum cura comprehenſus tandem eſt Satanaelis Archiſatrapa Baſilius, veſte Monachus, exterminata facie, barba rara, homo inſtrigoſa macie prælongus, at mille inſtructus artibus ad fucum faciendum, ſectamque impuram, quam profitebatur commendandam. Ex hoc Imperator blandiri arcanum coitionis clancularia, cum conſtituiſſet opportunum non putavit odium, & acerbitatem primo aſpectu præferre. Quin potius liberali fronte demulcet accerſitum hominem, officiiſque invitat ultro, aſſurgens venienti, aſſidereque ſibi jubens, tum etiam menſæ ſecum regiæ communi accubitu dignatus. Sic lineam intendit totam piſcator ſcitus, & hamum irritante varii generis præfixum eſca, voraci huic objecit ceto, ac quo illecebris omnibus pharmacum iſta condiret, ut id ſolitarius iſte plurifarius, verſutus hic inquam, & emunctæ malitiæ monachus exorbere induceret in animum, ſeſe ipſi diſcipulum eſſe velle ſimulat, nec ſolum: Iſacium quoque fratrem Sebaſtocratorem ſimili novæ doctrinæ cognoſcendæ teneri cupiditate, Quibus cum alia in eamdem rem ad fidem ſibi conciliandam, addidiſſet effecit, ut impurus sycophanta coram Imperatore, fratreque ſuo Iſacio iniquitatis myſteria omnia propalaret; dum Notarius cortina tectus, celeri manu cuncta ſcriberet, *Nam*, ut poſt plurima ſubdit Anna; *ille phanaticus fiducia latebrarum, & quod amicos, ut putabat, & dociles habebat audi-*

auditores, nulli quamvis ſceleſiæ execrabili blaſphemiæ parcebat Siquidem & divinam Chriſti naturam creditam a nobis traducebat impius, & humanitatem ipſam incarnati verbi, nihil verum extitiſſe, ſed meram dumtaxat ſpectrum phantaſtici corporis garriebat veſanus nebulo. Quin etiam templa, heu mihi, ſacra templa, phana dæmonum, prophanus appellabat. Et quod legitimis cæremoniis rite conſecrari ac fieri apud nos ſolet corpus, & ſanguis ejus qui primus Pontifex idem fuit & victima, aſpernabatur, conſuetudinem religioſam, & reprobabilem revocandamque cenſebat &c. Cumque hæc tamquam in ſcæna hactenus geſta eſſent, ac impius Baſilius hæreſis capita aperuiſſet, repente in trœgediam ficta congreſſio mutata eſt, ut ſubdit Anna. *Cum hæc maxime deblateraret impurus nebulo abjicit ſimulationem aſſumptæ perſonæ Auguſtus in tempore, velum reducit, pandi fores jubet. Convocatus adeſt ſubito cœtus univerſus conſcriptorum Patrum, coeunt, ſeque admovent prætoriani, militariſque omnis ordo, Senatus ipſe totus Eccleſiaſticus præſto eſt. Præſidebat tum in regiæ civitatis throno Beatiſſimus Patriarcha Grammaticus Domnus Nicolaus. Recitata coram ſunt impia, & execrabilia dogmata, negandi criminis facultas nulla, cum abundarent ad convictionem evidentiſſima teſtimonia. Ergo adverſarius tacendi neceſſitatem in impudentiam vertens, quod inficiari non poterat, ultro aſſirmare perfricta fronte, ac contumaci ore multis verbis adſtruere inſtitit: addens ſeſe ad propugnationem ſui dogmatis, ignem flagella, morteſque innumeras paratiſſimum ſubire Cauſa erat provocationis audaciis inſanus error ſectæ communionis univerſæ Bogomilorum. Hi enim inter nugas ceteras illud perſuaſione pertinaci arripuerant: ſeſe tormentis quibuſcumque, quæ ipſis forte admoverentur innoxie, ac ſine ſenſu defuncturos: Angelis videlicet præſto futuris, qui eos, vel e rogis ardentibus maturo accurſu ſeduli proriperent &c.* his multa de eorumdem pertinacia, & obſtinatione in hæreſi tuenda ſubdit; cujus cauſa tormentorum genera ſpernerent; Hinc etſi e cuſtodia ſæpius eductum Baſilium Alexius, ut reſipiſceret, admonuiſſet, multiſque verbis rogaſſet; *Surdo canebatur, & tot ictus in incude perdebantur multo duriſſima*, atque his addit, ſe quidem totius ſectæ opprobria exponere in animo habuiſſe, tot tamen tantaque infanda, & obſcena ea ſunt, ut mulieri præſertim regii ſanguinis eadem referre non deceat; *Itaque in hoc*

JESU CHR. AN. IIII.

*pag.*488. Baſilius hæreſis portenta detegit.

Baſilius hæreticus concilio ſiſtitur, in perfidia ſua perſeverat.

JESU CHR. AN. 1111. *conflictu duplicis officii, vincat ſane hiſtorici religionem muliebris, & principalis verecundia, abſintque cum bona venia lectoris ab hac ſcriptione mea, ſpurca, & dictu fœda dogmata, & facinora Bogomilorum. Quæ ſi cui noſſe tanti eſt, conſulere is poterit librum, qui inſcribitur Dogmatica Panoplia juſſu mei Patris ſcriptum, atque editum. Auctor ejus eſt Monachus Zygadenus nomine, notus dominæ meæ aviæ maternæ, & omnibus Deo ſacris hominibus ſacerdotibus, ac Pontificibus familiaris. Hunc ſummum Grammaticum, eumdemque Retorem non inexercitatum: Theologiæ vero, & Catholici dogmatis præ omnibus ſcientiſſimum, Auguſtus Pater meus ad ſe accerſitum juſſit, dirigere ordine in opus unum cunctas Hæreſes, & unicuique relatæ ſingillatim opponere refutationes ſanctorum Patrum, poſt omnes denique ſubjungere ultimam hanc Bogomilorum hæreſim, ejuſque dogmata, prout ea impius ille Baſilius expoſuerat &c.*

Bogomilos Imp. hæreticos igni deſtinat.

35. Tandem cum plurimam operam in Bogomilis ad fidem catholicam revocandis, adhibuiſſet Alexius Imp. multamque diligentiam in ſecernendis hæreticis ab ceteris, qui ſuſpecti tantum, aut hæreſis accuſati fuerant; poſtquam his etiam inducias non ſemel dediſſet, eos ex cuſtodia eductos tamquam ad ſupplicium ſubeundum duci juſſit, ac iterum, ut pœnitentiæ ſpatium daret, reduci non ſemel juſſit; unde quamplurimos hæreſi abjurata, ſupplicium vitaſſe addit; Baſilium vero, ut ſubdit Anna, obſtinatiſſimum. *Animadvertentes ſacri Præſules, ac clerici, præcipuique Nazareorum*, ſeu monachorum, *ipſo ſententiæ auctore, qui tunc erat Patriarcha, Nicolao, igne dignum cenſuerunt: quibus accedens tandem Imperator, poſt multa in illo convincendo commonendoque verba perdita, ubi lævum nebulonis ingenium, & obſtinationem in Hæreſi plane immobilem perſpexit, parari rogum juſſit in quo exemplum palam de perfidiæ auctore ſumeretur*; Ductus itaque iu Hipodromum, ubi ingens lignorum ſtrues parata ex uno latere erat, quæ ignem utpote incenſa mittebat, ex altera pars Crux erecta, ut vel eam veneraretur, vel in ignem mitteretur, Angelorum, ſumma temeritate patrocinium ſibi promittens, in ſua obſtinatione perſiſtens, etſi ab Imperatore, ab circumſtantibus admoneretur, ut tandem ab impietate ſua reſipiſceret, in ignem ejecerunt, ac uno momento conſumtus periit; Eodem ſupplicio circumſtans plebs ceteros ejuſdem

dem impietatis complices affeciſſet, niſi Imperator id prohibuiſſet, quos iterum in cuſtodiam reduci juſſit; *Qui tamen ſalvi eſſe pertinaciſſime noluere, & in ſua impietate, illic,* ideſt in carceribus detenti, *ſunt mortui*; Hactenus de his Comnena, eademque paucis verbis Zonaras: Bogomilorum hæreſis capita Natalis Alex, aliique exhibent, ac hæreſum omnium portenta in eos collegiſſe patet; Lambecius autem lib. 3. bibliothecæ Cæſareæ pag. 107. refert ibidem aſſervari Panopliæ Dogmaticæ Euthymii Zagabeni appendicem, qua continentur *Anathematiſmi quatuordecim contra Meſſaliorum, & Bogomilorum hæreſim, & Triumphus de eorumdem repreſſione per Imp. Alexium Comnenum, cujus juſſu Baſilius hæreſiarcha, profeſſione quidem Medicus, habitu autem Monachus, in Hippodromo Conſtantinopolitano vivus combuſtus eſt.* Notat Lambecius Opus illud prælo digniſſimum eſſe, ut Hiſtoria originis illarum hæreſeon ſuppleatur, & illuſtretur. Priores ipſe tres Anathematiſmos exhibet, in quorum priori *Petrus*, ſive *Lycopetrus* hæreſeos Maſſilianorum primus auctor dicitur, cujus tamen nec apud S. Epiphanium in panario omnium hæreſium, nec apud Photium in Bibliotheca, nec apud Harmenopulum in libro de Sectis, nec apud alios, qui de hæreſi Maſſilianorum agunt, mentio occurrit, ideoque Appendix illa res notabiles docere poteſt. Porro *Euthymium* Schiſmaticum fuiſſe, probat Allatius ex tractatu Manuſcripto Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis, cujus hic titulus eſt, *Euthymii Monachi Zygabeni adverſus Romæ veteris cives, ſive Italos, capita duodecim demonſtrantia non ex filio procedere Spiritum Sanctum*, ſeu *Euthymii Monachi Zygabelini contra latinos duodecim capita de proceſſione Spiritus Sancti*. Denique Lambecius Tom. V. Biblioth. Cæſar. pag. 134. ait, in ea aſſervari MS. cujus inſcriptio eſt. *Euthymii Zygabelini, Monachi Monaſterii Conſtantinopolitani cognominati*,,,, Epiſtola adverſus Phundagiagitas, ſive *Bogomilos, & Maſſalianos, ut & contra Armenios cæteroſque hæreticos Conſtantinopoli in ſuam patriam miſſa &c.*

Jesu Chr. an. 1111.

Nat. Alex. secul. 11. & 12. *cap.* 4. *art.* 4.

Jesu Chr. an. 1112.

JESU CHRISTI an. 1112. Paschalis II. Papæ an. 13. Henrici Imp. an. 2. Alexii Comneni Imp. 32.

Paſchalis Papa privilegium Henrico datum revocat.

1. Graves undique adverſus Paſchalem Papam obmurmurationes, ob privilegium de tradendis inveſtituris Henrico Imp. tributum excitatas fuiſſe anno proximo adnotavimus, quas ut ſopiret Paſchalis Papa, editum ab ſe decretum revocare non dubitavit; utpote minis, viquе in eum adhibita extortum, in quam rem plures ejuſdem Pontificis extant epiſtolæ quibus factum ſuum excuſat, de geſtis cum Henrico anno proximo, hæc ſubdit, *Quæ cognoſcere poſtulaſti hæc ſunt. Scripta, quæ in tentoriis, in quibus cum multitudine Clericorum, & Civium Urbis, & totius provinciæ cuſtodiebamur, pro libertate Eccleſiæ, & pro abſolutione captivorum omnium, & pro excidio, quod Eccleſiæ, Urbi, & univerſæ provinciæ, ſuperincumbente undique gladio imminere videbatur de electione ſeu de inveſtituris perſonarum facta ſunt, videlicet: Ut electione libera facta ſine vi, & ſimonia conſenſu Regis, facultatem habeat Rex inveſtiendi per virgam, & annulum, electus a Clero, & populo non conſeretur, niſi a Rege inveſtiatur: ego Canonica cenſura caſſa omnino, & irrita judicio, & ſub damnatione perpetua permanere decerno, ut nullius unquam auctoritatis ſint, & nullius bonæ memoriæ. Et vero quæ ſacri Apoſtolorum Canones, & Antiochenum, ac univerſa Concilia, & prædeceſſores noſtri, & præcipue felicis memoriæ domnus Gregorius, & Urbanus de his prohibuerunt, damnaverunt, ſtatuerunt, & firmaverunt, ego prohibeo, damno, conſtituo, & confirmo, & me illorum ſanctiones profiteor ſervaturum.* Hactenus epiſtola Paſchalis, eademque aliis ſcripſiſſe ſcimus, itaut ſi ad tempus minis, & vi adhibita, ceſſit, ſtatimac libertatem adeptus eſt, facti ſui pœnituit, pactaque cum Henrico irrita declaravit.

apud Ivonem pag. 195.

Lateran. Synodus pacta cum Henrico reſcindit.

2. Ob eam cauſam concilium in Lateranis hoc anno die 15. Kal. Aprilis congregavit, ut Concilii acta, & Uſpergenſis Abbas teſtantur, in quod cum Italici, & Tranſalpini Epiſcopi quamplurimi, cum Epiſcopis, & Diaconibus S.R.E. conveniſſent, cum Paſchali objectum primo fuiſſet, quod omnes Guibertinæ factionis participes abſolviſſet; *Nec excommunicatos, ſicut ajunt quidam, generaliter abſolvi*, ait Pontifex; *Conſtat enim neminem niſi pœnitentem, & ſatisfacientem abſolutionis gra-*

Labb. concil. to. 10. p. 767 & ſeq.

gratiam conſequi, Guibertinis nec interdicta officia reſtitui, imo Eccleſiæ ſententiam in eos editam juxta prædeceſſorum noſtrorum deliberationem laudamus, & confirmamus; die autem quinta idem Pontifex ea, quæ anno proximo cum Henrico egerat, fideliter expoſuit, iiſque vi metuque eo actum; *Non pro vita mea, non pro ſalute, aut gloria, ſed pro ſolis Eccleſiæ neceſſitatibus ſine fratrum conſilio, aut ſubſcriptionem feci, ſuper quo nulla conditione, nulla promiſſione conſtringimur: ſicut prave factum cognoſco, ita prave factum confiteor, & omnino corrigi, Deo præſtante, deſidero; cujus correctionis modum fratrum, qui convenerunt, conſilio, judicioque conſtituto, ne forte per hoc in poſterum detrimentum aliquod Eccleſiæ, aut animæ meæ præjudicium relinquatur. Tunc enim communi favore laudatum eſt, ut fratres omnes, qui donum a Deo ſapientiæ ſcientiæque perceperant, maturius ſuper hoc conſilium communi collatione ſuſciperent, quid ſequenti die per inſpirationem Spiritus Sancti responderent.* Jesus Chr. an. 1112.

3. *Die ſexta, quæ & ultima concilii fuit* fidei ſuæ veritatem SS. Patribus per omnia congruentem Domnus Papa Paſchalis in audientia totius concilii expoſuit, aſſerens ſe *Scripturas Sanctas novi, ac veteris Teſtamenti, & Concilia univerſalia veneranda ſuſcipere, ac venerari, quæ Catholica Eccleſia ſuſcipit, ac veneratur amplector &c.*; His geſtis Gerardus Engoliſmenſis Epiſcopus, *Ex ore omnium, qui heſterna die ad conſulendum convenerant; hanc in ſcriptis Synodi ſententiam recitavit.* Privilegium illud, quod non eſt Privilegium, ſed *Privilegium, pro liberatione captivorum, & Eccleſiæ a Domino Papa Paſchali per violentiam Henrici Regis extortum, nos omnes in hoc ſancto Concilio cum eodem Domino Papa congregati, Canonica cenſura, & Eccleſiaſtica auctoritate, judicio Sancti Spiritus damnamus, & irritum eſſe judicamus, atque omnino caſſamus, & ne quid auctoritatis, & efficacitatis habeat, penitus excommunicamus. Quod ideo damnandum eſt, quod in eo privilegio continebatur, quod electus canonice a Clero, & Populo, a nemine conſecretur, niſi prius ab Rege inveſtiatur, quod eſt contra Spiritum Sanctum, & Canonicam inſtitutionem: Perlecta vero charta, acclamatum eſt ab univerſo Concilio. Amen. Amen. Fiat. Fiat. Archiepiſcopi vero, & Epiſcopi quoque, & Presbyteri Cardinales, qui interfuerunt ipſi Concilio, eique ſubſcripſerunt, hi ſunt, Sabinenſis, Portuenſis, Oſtien-* Paschalis Papæ fidei confeſſio. Synodi ſententia.

JESU CHR. AN. 1112.

Oſtienſis, *Præneſtinus*, *Tuſculanus*, *Patriarcha Venetus &c.* quorum ibidem nomina leguntur, Archiepiſcopi duodecim; Epiſcopi centumquatuordecim, Presbyteri quindecim Diaconi octo, *qui omnes in damnatione prædicti privilegii conſenſerunt, cum Abbatibus, & innumerabili multitudine tam clericorum, quam laicorum*, ut paſſim acta vulgata teſtantur, in qua etiam synodo, ut in epiſtola ad Henricum Imp. narrat Azo Aſtenſis Epiſcopus, apud Eccardum tom.2. ſcript. medii ævi, *Aſſeritur*, ait is auctor, *Dominum Papam Paſchalem deponi, & alterum deberi elegi, qui omne conſilium pacis, quod cum Domno Paſchali firmatis, diſſolvat, pro eo quod Domnus Paſchalis non audet vos, propter factas inter vos, & ipſum ſecuritates excommunicare*: Hæc ibidem, is auctor fama vulgaverat.

Paschalis Papæ Pontificatui renunciare paratus prohibetur.

4. Cumqne fidem Henrico datam, juratamque violare ſuo nomine, dignitateque indignum, aut durum nimis Paſchali Pontifici videretur, totam cauſam, ſeque ipſum synodi prudentiæ commiſit, paratum ſe Pontificatui obrenunciare, ut his verſibus narrat Gutfridus Viterbienſis,

Tunc ait. O Patres, a Cæſare ſcripta notate.
Et quodcumque placet ſuper his decreta parate.
Me quoque Pontificem non fore, juſſa date.
Peccatis mala veſtra meis veniſſe notavi.
Officiis me deſtitui dignum reputavi.
Me quoque depoſui, ne pereatis, ait.
Hæc ait, & mitram rejecit, mantumque relinquit.
Ordines Eccleſia ſine me, quidquid placet, inquit.
Moreque Pontificis judicet ipſa ſibi.
Scripta legunt Cleri: Rex Pontificalia quærit.
Annulus & baculus ſub certa fertur haberi.
Copia Pontificum: non ita (dixit) erit.
Exortum Papæ ſcriptum contra rationem
Vritur: & priſcum tibi conciliamus honorem.
Tolle pater mantum. Curia tota monet.

ſicque tota tunc res prudenti conſilio librata temperata eſt, ut Inveſtituræ quidem synodi auctoritate prohiberentur, ac juxta Gerardi Engolimenſis Epiſcopi conſilium, nullam synodus adverſus Henricum ſententiam proferret, ut auctor Anonymus, ac hujus ſeculi ſcriptor, qui hiſtoriam Pontificum, & Comitum

Engoliſmenſium digeſſit, qui de Gerardo loquens hæc adnotat. *Cum Romam tenderet*, audito quod Paſchalis Papa concilium congregaſſet maximum diebus illis.... *reſidentes Epiſcopos cum Domino Papa in Concilio invenit. Cauſa ſiquidem qua convenerant, talis fuit. Imperator ſiquidem Henricus Papam Paſchalem, Cardinales, & nobiles Romanos ceperat. Hac occaſione Papa reliquit Inveſtituras Imperatori, quæ fiebant per annulum, & virgam, & ſuper Sacroſancta juravit propria manu, & Curia ejus Imperatorem ſe non excommunicare pro Inveſtituris. Quia vero Papa rem illicitam fecerat, deponere ſe a Papatu promiſerat; & ad Poncianas Inſulas habitu religioſo exul ire diſpoſuerat, ſi Inveſtituras ſalvo ſacramento ad priſtinam libertatem &c. In qua remedium a toto Concilio inveniri poterat. Gerardus Epiſcopus requiſitus tandem tale conſilium dedit, quod Inveſtituræ revocari poterant, ſalvo ſacramento* (a Paſchali ſcilicet II. facto) *ita tamen quod Imperator dans Inveſtituras non excommunicaretur. Quod conſilium omne Concilium laudans dixit; Non tu locutus es, ſed Spiritus Sanctus in ore tuo. Placuit itaque Papæ, & toto Concilio, quatenus Gerardus Episcopus, per quem Deus Eccleſiæ ſuæ tale conſilium reſeraverat, cum quodam Cardinale Diviniaco, vel Donciaco* (nomen illud corruptum) *ad Imperatorem dirigeretur, qui voluntatem Imperatoris conſuleret, quatenus Eccleſiæ Romanæ Inveſtituras exponeret* (forte deponeret), *alioquin habitum conſilium revelaretur*. Ibique cauſam ſynodi libere ab Gerardo peroratam fuiſſe addit, ita ut cum ei Colonienſis Archiepiſcopus Imperatoris Cancellarius dixiſſet, *Magiſter maximum ſcandalum generaſti in noſtra curia, indignans Gerardus* respondit. *Tibi ſit ſcandalum, mihi eſt evangelium &c.* Paſchalis etiam propoſiti de Pontificatu abrenunciando, ac in ſolitudinem recedendi meminit Sugerius in vita Lodovici Regis, hujus nominis *ſexti*; De geſtis quippe Paſchalis agens; *Si quæris quis, quare* (Dominus Paschalis ſcilicet) *ita tepide fecerit, noveris quia Eccleſia percuſſo paſtore, & collateralibus, languebat, & pene eam, tyrannus ancillans, qui non erat qui reſiſteret, tamquam propria occupabat. Cui certum facto dedit experimentum, quod cum fratres Eccleſiæ columnas ad tuitionem, & Eccleſiæ reparationem, quomodocumque ſolvi feciſſet, pacemque Eccleſiæ qualemcumque reformaſſet: ad eremum ſolitudinis confugit, moramque ſibi perpetuam feciſſet, ſi univerſalis Eccle-*

Jesu Chr. an. 1112.

Apud Labb. biblioth to. 2. p. 249.

Jesu Chr. an. 1112. *ſiæ, & Romanorum violentia coactum non reduxiſſet*, ac deinde his malis aliqualem ab Viennenſi ſynodo, Lodovici juſſu celebrata, medelam adhibitam fuiſſe addit.

Viennense Concilium Inveſtituras condemnat Henricum anathemate percutit. *Labb. to. 10. p. 784.*

4. Severiori cenſura hoc eodem anno Viennenſis ſynodus inveſtiturarum abuſum proſcripſit, & Henricum anathemate percuſſit; Hanc Guido Viennenſis Archiepiſcopus, & Apoſtolicæ Sedis legatus, poſtea Calliſtus Pontifex dictus, congregavit; eique Hugo Gratianopolitanus interfuit; *Qui præ cunctis, ut Papam peccaſſet, excommunicaret in eodem Viennenſi concilio, effecit*, ait Huido Carthuſianus in ejus vita; tria autem ſtatuta ibidem fuiſſe acta referunt. *Inveſtiturarum Epiſcopatuum, & Abbatiarum, & omnium eccleſiaſticarum rerum de manu laica S. R. E. auctoritatem ſequentes, hæreſim eſſe judicamus. Scriptum illud, ſeu privilegium, quod a Domno Paſchali Papa violenter Henricus Rex de inveſtituris, de anathemate in perſona ſua non ſponte extorſit: in virtute Sancti Spritus damnamus, atque irritum eſſe, & nullius beatæ memoriæ judicamus fieri. Henricum Teutonicorum Regem, qui ſimulata pace Romam veniens, poſt data ſacramenta Domino Papæ Paſchali vitæ, membrorum, malæ captionis, refutationis inveſtiturarum, eundem Dominum Papam in Sede Apoſtolica ante Corpus Beati Petri, poſt oſculationem pedis, oris, & faciei, proditione, & perjurio, & ſacrilegio, velut alter Judas cum Cardinalibus, & Epiſcopis, & Archiepiſcopis, & multis Romanorum nobilibus tradidit, cepit, & captum in caſtra inſignibus Apoſtolicis exuit, & indigne atque inhoneſte irriſum tractavit, & ab eo nefandiſſimum & deteſtabile ſcriptum violenter extorſit: excommunicamus, anatematizamus, & a gremio ſanctæ matris Eccleſiæ ſequeſtramus, donec his omnibus abrenunciatis, plenam ſatisfactionem Eccleſiæ exhibeat*: hactenus decreta Concilii Viennenſis, quæ Archiepiscopus Legatus Romam confirmanda miſit.

Epiſt. Synodi concilii Viennen. ad Paſchalem PP. Labb. to. 10. p. 785.

5. Hugo autem Viennenſis Archiepiſcopus, & Romanæ Sedis legatus, ſuo, & Epiſcoporum, vel Abbatum, qui concilio adfuerant, has dedit litteras, *Sanctæ paternitatis veſtræ mandata ſequentes, apud Viennam convenimus, ibique cooperante gratia Spiritus Sancti, de inveſtituris, de captione veſtra, & veſtrorum, de perjuriis Regis, de peſſimo illo pacto & privilegio, quod a veſtra majeſtate violenter extorſit, tractare, diligenter curavimus. Affuerunt Legati Regis, litteras bulla-*

tas,

tas, quaſi de parte veſtra ad eum miſſas, audacter prætendentes, iu quibus erga eum veſter bonus affectus pacis, & concordiæ, & perfectæ amicitiæ ſignificabatur. Quas nimirum poſt Concilium, quod in præterita ultima Quadrageſima Romæ celebraſtis, ſe recepiſſe, & ſibi miſſas idem Rex teſtabatur. Cumque ſuper his multa nobis incuteretur admiratio, memores tamen litterarum, quas humilitati noſtræ, illarum etiam, quas Gerardo Engoliſmenſi Epiſcopo, & veſtræ Sedis Legato de bona juſtitiæ perſeverantia miſeratis: totius ſanctæ Eccleſiæ noſtræ Fidei ruinam evitare cupientes, ad Dei honorem, & veſtrum animati, canonicam viam aggreſſi ſumus. Igitur dictante Sancto Spiritu inveſtituram omnem rei eccleſiaſticæ de manu laica hæreſim eſſe judicavimus. Scriptum illud, quod Rex a veſtra ſimplicitate extorſit, damnavimus, ipſumque Henricum Regem ſolemniter, ac nominatim anathemate damnatum ibidem narrant; utque eadem auctoritate ſua confirmare dignarentur, hortati ſunt, ſe alioquin ſe ab ejuſdem ſubjectione, & obedientia receſſuros comminantes; *Si vero, quod minime credimus; aliam viam aggredi cœperitis, & noſtræ fraternitatis aſſertiones prædictas roborare nolueritis; propitius ſit nobis Deus, quia nos a veſtra ſubjectione, & obedientia repelletis. Valete*, deinde *Anno ab Incarnatione Domini* 1112. *Indict. quinta ſeptimo Kal. Octobris Concilium Viennenſe celebratum eſt*, | Jesu Chr. an. 1112.

6. His acceptis Paschalis Papa Guidoni reſcribens, cuncta ibidem geſta, his verbis confirmavit; *Cum alicujus morbi detentione caput afficitur, membris omnibus communiter, ac ſummopere laborandum eſt, ut ab eo penitus expellatur. Fratrum ſiquidem relatione comperimus, vos in unum conveniſſe, ac per Dei gratiam Viennæ Concilium celebraſſe. In quo nimirum de augenda religione, de diſpoſitione Eccleſiaſtica, ſeu Eccleſiaſticarum rerum, & de correctione pravorum hominum adverſus ſanctam Eccleſiam inſurgentium diſſeruiſtis. Unde Deo gratias referimus, & quæ ſtatuta ſunt ibi rata ſuſcipimus, & confirmamus, & cooperante Domino Deo illibata permanere cenſemus. Dilectionem ſupradicti hortamur Epiſcopi, & ſtudioſe ſecundum Deum legationem ſibi commiſſam impleat. Data Laterani XIII. Kal. Novemb.* Paſchalis reſcriptum ab Sirmondo editum, Baronio ignotum fuit, ac quadriennio poſt Viennenſis concilii geſta, in concilio Lateranenſi ab eodem Pontifice confirmata fuiſſe ſcribit. | Paschalis Papa geſta concilii Vienn. confirmat. *Labb. p.786*

Jesu Chr. an. 1112.

Adalbertus Moguntinum Episcop. ab Henrico obtinet.

7. Cum undique Epiſcopi, & Romanæ Eccleſiæ Cardinales, aut Romanæ Eccleſiæ legati, inita ab Paſchali Papa, pacta cum Henrico irrita, ac execratione digna judicarent, ac anno proximo, & labente declaraſſent, Adalbertus inter Henrici conſiliarios præcipuus, ac injuriarum, quibus Paſchalis Papa vexatus fuerat, incentor, & particeps, proditionis ſuæ prœmium accepit, *nam habita poſt hæc Moguntiæ Curia, Albertum Cancellarium ſuum dudum in eamdem Cathedram* (Moguntinam) *electum, baculo, & annulo inveſtivit*; paulo poſt tamen mutatus, Adalbertus Paſchalis Papæ, Eccleſiæque cauſam ſuſtinens, Henrico ob inveſtituras, adverſarius evadens, & extrema ab eo paſſus eſt; in carcerem quippe conjectus, vix Moguntinorum in Imperatorem inſurgentium violentia, triennio poſt, liber dimiſſus eſt, ut infra adnotaturi ſumus, ad annum 1115.

Alexii Imp. Legatio ad Romanos.

8. Romanis æque, ac Romanæ Eccleſiæ infeſto hactenus animo fuerat Alexius Imperator, acerbiſſimum tamen Romanæ Eccleſiæ caſum, & Paſchalis Papæ injuriam ab Henrico Imp. acceptam condoluit, aut ſaltem ſe condolere finxit, & ut Romanorum benevolentiam captaret, Italiæ fortaſſe, & urbis poſſeſſionem recuperandæ ſpe illectus; *Ex ſuo Imperio viros Romam cum ſuis litteris Alexius miſit*, ait Petrus Diaconus, *quibus de injuria ab Imperatore illata Pontifici, atque Romanis dolenter audiſſe ſignificans: agebat poſtmodum gratias, eoſque laudabat, quod viriliter illi obſtitiſſent. Atque ob id ſi illorum animos paratos, promptoſque ſenſiſſet (ut ſibi jamdudum nuntiatum fuerat) velle vel ſe, vel Joannem ſuum filium, juxta morem priſcorum fidelium Imperatorum, a Summo Pontifice Romæ coronam Imperii ſumere Romani: ſe omnino fore paratiſſimos ad ipſius nutum, per eoſdem nuntios mandans: Menſe autem Majo elegerunt ex ſuis fere ſexcentos ad Imperatorem conducendum; qui Caſſinum venientes, ab Abbate honorifice excepti ſunt, cum quibus Legatos ad Imperatorem ipſe quoque direxit, ſervitium ei, & orationis ſuffragia ſpondens. Igitur Conſtantinopolim profecti, cum Imperatori una cum Romanis quid ſibi Abbas noſter mandaverat, expoſuiſſent: cenſuit illum Imperator inter amicos Imperii habendum, ac per hujus cœnobii Fratres octo libras ſolidorum, palliumque triacontaſimon beato Benedicto direxit. Mandavitque inſuper Abbati, ipſi, ut cum ipſe Romam coronandus accederet; obviam illi Dyrrachium pergeret*

Cron. Caſſin. lib. 4. c. 46.

geret, *atque cum eo ad Urbem uſque properans in ejus permaneret obſequio*: hactenus Petrus: hæc tamen ſub pietatis prætextu tentata, in inanes auras evanuere.

Jesu Chr. an. 1112.

Gibellini Hieroſolym. Patriarchæ obitus, cui Arnulphus ſuccedit. lib. 11. pag. 805.

9. *Per idem tempus*, ſeu paulo poſt, Sidonem a chriſtianis decembre ineunte anni proximi captam fuiſſe Gulielmus Tyrius narrat, ac addit; *Dominus Gibelinus Hieroſolimorum Patriarcha mortuus eſt*, cui ſubſtitutus eſt Arnulphus. *Hic ſicuti, & prius ſe ipſum continens, multa peſſima geſſit opera*, de quibus jam ſupra mentionem fecerat, ac inter cetera malefacta, poſt adeptam Sedem Patriarchalem, neptem ſuam Euſthachio Principi uxorem dediſſe narrat, eique pro dote, Eccleſiaſtici patrimonii optimas portiones conceſſiſſe: quem etiam luxuria, rapacitate, ceteriſque vitiis infamatum fuiſſe adnotat; at hæc pluribus perſequi non juvat. In Seguſiana bibliotheca ab Guichenonio vulgata, epiſtola Arnulphi Hieroſolymorum Patriarchæ legitur Fracturienſi Abbati inſcripta, qua de Gibelini obitu hæc refert *Dominus Gibelinus, pater, paſtorque Patriarcha noſter Vir piiſſimus, obiit octavo idus Aprilis; Hoc ſcriptum noſtrum confirmatum eſt in capitulo S. Sepulchri Hieruſalem ſexto Kal. Maji Anno Domini Incarn.* 1112. *indict* 5. *Captionis Hieruſalem a Chriſtianis anno* 13.; *Domni Arnulphi Patriarchæ anno primo, Præſidente in Hieruſalem Domino Balduino Rege invictiſſimo an. duodecimo*. Regnante Domino *Jeſu Chriſto* quo etiam anno, ut narrat Sicardus in chronico. *Tancredus, Antiochiæ Princeps moritur, ſucceſſitque Rogerius cognatus ejus*.

Guichen. hiſt. Sabaudiæ famil. in append. tom. 4. part. 2. pag. 116.

Murat. rer Ital. tom. 7 p. 590.

Groſſolanus Mediol. Sede exturbatur.

Hiſt. Mediol. cap. 21. apud Murat. rer. Ital. to. 5 p. 492. c. 21.

10. Gravia in Eccleſia Mediolanenſi jurgia adverſus Groſſolanum, ab aliis Chryſolanus dictus, qui olim ex Savonenſi Eccleſia in Mediolanenſem translatus fuerat, hoc anno excitata ſunt; quæ fuſiori ſtylo Landulphus junior, his præſens in hiſtoria Mediolanenſi narrat. Cum enim in ordinatione ejus quamplurimi reſtitiſſent, eique ſimoniam, ac illicitam ab Savonenſi Eccleſia translationem objiciſſent; etſi ab Paſchali Papa, ad quem eadem cauſa delata fuerat, ordinationis ſuæ confirmationem promeruiſſet, ſopita tamen tunc eadem cauſa magis fuit, quam extincta, hinc capta occaſione, quod Groſſolanus Hieroſolymam profectus eſſet hujus anni initio, ſeu Kal. Januarii, *Ardericus cum Vicedomino, & ceteris ſibi conjuratis in abjiciendo Groſſolanum, vel in ſuſcipiendo, aut alium erigendo Arcciepiſcopum, catholice pulpitum*

JESU CHR. AN. 1112. *tum aſcendit, & facto ſilentio in populo, coram illa maxima multitudine loquens dixit. Nos ſalva reverentia Papæ*, qui Groſſolani ordinationem confirmaverat. *ſecundum auctoritatem, & juſtitiam Canonum dicimus, quod Groſſulanus non poteſt eſſe Archiepiſcopus Mediolanenſis; Iſto dicto, & confirmato, illico Presbyterum Jordanum de Clivi elegit in Archiepiſcopum. Hoc cum Presbyter Luitprandus audivit, ægrotus a lecto ſurrexit, & in altera die illi electo piſcem obtulit dicens: Gratias Deo, quod nunc mihi teſtimonium perhibetis, ſed ii, qui te elegerunt in Archiepiſcopum male fecerunt, & Deus illis miſereatur, quia tu potes eſſe unus bonus Presbyter de Clauſtro. Nunc autem muſculus eſto. Cum autem electus ille, nec aliquis de tot circumſtantibus ipſi Presbytero reſpondiſſet, Presbyter ipſe propinquius acceſſit, & oſculatus Jordanum ſicut unum de ceteris Sacerdotibus reliquit.*

Jordanus Mediolan. Archiep. conſecratur.

11. His geſtis, cum tres Epiſcopos Mediolanum Groſsolani adverſarii convocaſſent, Arialdum ſcilicet Genuenſem, Mamardum Taurinenſem, Landulphum Aſtenſem, vi quadam adhibita ut Jordanus conſecraretur, effecerunt, cumque ob eamdem ordinationem quamplurimi obmurmurarent, inter eos Azo Aquenſis, & Ardericus Laudenſis Epiſcopi, eo vigente murmure, *Majmardus Taurinenſis illico Romam adivit, & ſtolam petiit, ſeu pallium a* Paſchali ſecundo, *& rediens inde ſtolam, & chartam continentem ſacramentum, quod Papa poſcebat a Jordano attulit, alioquin ſtolam dari prohibuit Papa; At Jordanus per ſex menſes jejunus fuit, & ſtolam non habuit.* Cum juramentum præſtare recuſaſſet, cum tamen

cap.25.

fama vulgaſſet quod Groſſolanus ab Hieroſolymitana peregrinatione rediret pallium poſt menſes ſex Maimardus Taurinenſis, Jordano obtulit, ſeu ſuper altare S. Ambroſii poſuit, unde illud a ſe ipſo accepit; Hinc factum, ut Jordanus Mediola-

26. 27.

nenſem clerum ſibi adverſantem variis vexaret injuriis, itaut cum Groſulanus ex Hieroſolymis rediiſſet, civile quodammodo bellum ibidem exortum eſt, quo vigente quamplurimi ex clero, & populo partis utriuſque extincti, aut vulnerati ſunt; Pecunia deinde Groſſolano oblata, Jordanus effecit, ut Placentiam Groſſolanus tranſiret, uſque dum eorum cauſa in ſynodo Lateranenſi iterum delata anno 1116. finem habuit, ut ibidem dicturi ſumus; Inter hæc de Luitprando Mediolanenſi Presbytero, & avunculo ſuo, narrat Landulphus, quod cum diu

diu Groſsolano reſtitiſſet, itaut per ignem tranſiens, ſimoniacum eum fuiſſe probaſſet, ut ſupra ſuo loco adnotavimus, nunc vero ob Groſſolani reditum cum turbas ibidem augeri animadverteret Mediolano egreſſus, *ad Pontidii Monaſterium*, in Diœceſi Bergomenſi poſitum; *me neſciente* tranſiit, *in quo Monaſterio coram monachis, & fratribus in feſto S. Nicolai, uſque ad Epiphaniæ feſtum ſplendide vixit, atque in ejuſdem feſtivitatis nocte, quando ſpiritum emiſit anno ſequenti magnus, & ſuavis ſplendor, domum in qua jacebat, admirantibus circumſtantibus illuſtravit &c.*, ac alia tunc mira in ejus ſepultura, & eiuſque interceſſione accidiſſe narrat; de quibus fides apud auctorem ſit; Ceterum huic Jordani ordinationi plures reſtitiſſe indicat epiſtola tum Azonis Aquenſis Epiſcopi ad Henricum Imp. apud Eccardum inter epiſtolas Uldarici Bambergenſis vulgata, qua inter cetera narrat. *Mediolanenſes quemdam Archiepiſcopum*, Jordanum ſcilicet; *elegerunt, & a quibuſdam Parochis ſuis, ſeu ſuffraganeis Epiſcopis eum conſecrari fecerunt, quod ego videns contra Imperii veſtri honorem fieri, omnino interdixi, & licet ab ipſis multum rogatus, bujuſmodi conſecrationi intereſſe, nec aſſenſum præbere volui; imo dedi operam erigendi magnum parietem populi contra populum, ſub occaſione cujuſdam alterius Archiepiſcopi* (Groſſolani), *quem pars illorum intendit deponere, viri ſcilicet perfectiſſime literati, & ingenio aſtutiſſimi, & eloquentiſſimi, Curiæ veſtræ valde neceſſarii, cujus partem propter honorem veſtrum in tantum auxi, quod medietas populi contra medietatem populi contendit. Nunc itaque videat pietas veſtra, ſi ad hoc velitis me laborare, ut & populus ille maneat diviſus, & antiquus ille Archiepiſcopus a veſtra Majeſtate adjuvetur, ſcribendo præcipite &c.*; Atque ex his patet Azonem Aquenſem Epiſcopum auctorem fuiſſe civilis belli, Mediolani excitati, cum magna Mediolanenſium cœde, ut Landulphus cap. 25., & 26. narrat. At de Groſſolani cauſa iterum anno 1116.

Jesu Chr. an. 1112.

Luitprandi Presbyteri obitus.

Eccard. to. 1.

Murat. to. 5. p. 492.

12. Hoc autem anno, ut adnotat Pagius, mortuus eſt Henricus Portugalliæ Comes qui Teraſiam Alphonſi ſexti Caſtellæ Regis filiam uxorem duxerat, quorum filius Henricus etiam dictus, primus Portugalliæ Rex fuit, ut ſuo loco videbimus; Henricum porro Portugalliæ Comitem, eiuſque filium Regem, ex Lotharingica ſtirpe originem duxiſſe Mariana, aliique tradunt. Verum nunc inter eruditos convenit, ait Pagius, ſeu

Obitus Henrici Comitis Portugalliæ.

Mariana rer. Hispan. lib. 1. c. 4.

Jesu Chr. an. 1113.

eos ex Burgundionum ſtirpe fuiſſe, ut ibidem videre eſt, ſummatim quippe hæc attigiſſe nobis ſat eſt.

JESU CHRISTI an. 1113. Paschalis II. Papæ an. 15. Henrici Imp. 3. Alexii Comneni Imp. 30.

Paschalis Papa Beneventum tranſit Synodum celebrat. *Murat. rer. Ital. to. 5.*

1. Cum Beneventani cives inter ſe diſſiderent, ac *alii Landulphum Barrellum, alii Anſonem civitatis rectorem ſine Domini Papæ voluntate conſtituere ſatagerent* ut ait Fulco Beneventanus in chronico coævus teſtis, *hæc audiens Apoſtolicus, nec mora ſecunda die inſtante menſis Decembris*, anni proximi, *advenit Beneventum*, ibique cum moraretur, *Menſe Februario*, ut proſequitur auctor, *Synodum conſtituit. Synodo autem facta, cum in ſacro Beneventano Palatio aſſiſteret: prædictamque conſpirationem factam pro parte illius Landulphi Borelli deprehendens, concives vocari juſſit*; ſcilicet de urbe, ac de proditione ſuſpectos, vel accuſatos; *Quid* plura, ſubdit; *Curia ordinata, vocantur malorum fautores, vocantur ſuſpecti, tandemque legitima ſententia extenſa, quoſdam captos vidimus, quoſdam ejectos, & domos quorumdam fiſco deditas, quorumdam deſtructas.*

Paschalis Papa Beneventanæ Civitati consulit.

2. His geſtis. *Dominus ipſe Apoſtolicus Civitatem Beneventanam variis prædarum perſecutionibus ex omni parte oppreſſam aſpiciens, & civium bona diſtrahi, & confundi, ab vicinis undique Normannis; Conſilio habito Landulphum de Græcia militem præſtantem. & ſolertem Comeſtabulum Beneventanum inſtituit &c.*, ut urbis civiumque incolumitati, & ſecuritati cousuleret.

Paschalis Papa Robertum Beneventanis infeſtum excommunicat

3. Romam reverſus Paſchalis, cum Robertus quidam Sclavus, erecto ad montem Sabletam caſtello Beneventanis infeſtus eſſet; *Apoſtolicus hæc Romæ audiens*, ait ſupracitatus auctor, *illum excommunicavit*, donec caſtellum illud civitati contrarium deleviſſet, *quod facere ipſe Robertus contempſit*; paulo poſt tamen conventione cum Landulpho Comeſtabili inita; *Caſtellum illud deſtruxit, & funditus delevit, duobus videlicet equis optimis, & ducentis ſolidis datis* ab Landulpho, ut caſtellum deſtrueret.

Paschalis Papæ litteræ ad Bernardum

4. Cum adhuc Beneventi eſſet Paſchalis Papa, hoc anno Antiocheni Patriarchæ legationem accepit, qua Eccleſiæ ſuæ privilegia integra ſervari petebat, quæ imminuta quodammodo

do fuerant, ob litteras ab eodem Pontifice anno 1107. Gozelino Hieroſolymorum Patriarchæ, & Balduino Regi, datas; Quapropter Bernardo Antiocheno Patriarchæ reſcribens, ſicuti jam antea ſe facturum anno 1108. promiſerat, ex præcedenti conceſſione Hieroſolymitano Patriarchæ facta, Eccleſiæ Antiochenæ, ſe nullum præjudicium inferre voluiſſe teſtatus eſt. *Sicuti aliis litteris*, ait Pontifex, *fraternitati tuæ ſcripſimus, nos & perſonam tuam, & Eccleſiam tibi commiſſam plena charitate diligimus; nec ullo modo volumus honorem veſtræ dignitatis imminui, quin Antiocheni Patriarchatus prælatio, ſicut præteritis temporibus conſervata eſt, ita etiam in futurum integra præſtante Domino conſervetur. Illud autem, quod filio noſtro Balduino Hieroſolymitano Regi per Nuntios ſuos intercedenti conceſſimus, charitatem veſtram omnino conturbare non debet*, cum ea tunc ſervanda præceperit, in iis Eccleſiis, in quibus incerti limites erant, quod etiam Gozelino Hieroſolymorum Patriarchæ nunciaverat. *Siquidem* ut ſubdit, *Eccleſias illas, quibus certi fines aſſignari poſſunt, quarum termini ac poſſeſſiones diutina poſſeſſione, ac tyrannide confuſi non ſunt, & ipſarum Eccleſiarum urbes illi volumus Eccleſiæ ſubjacere, ad quem ex antiqua ſciuntur juſtitia pertinere. Non enim volumus aut propter Principum potentiam Eccleſiaſticam minui dignitatem, aut pro Eccleſiaſtica dignitate Principum potentiam mutilari. Data Beneventi 16. Kalen. Aprilis*. Eadem fere in epiſtola altera ad Balduinum data repetit.

Paſchalis P. pæ epiſt. ad Balduinum.

5. *Conceſſio illa, quam nos petitioni tuæ accomodavimus, ut quaſcumque infidelium urbes ceperis, vel cepiſti Hieroſolymitanæ Eccleſiæ regimini, dignitatique ſubjaceant, non parum cum fratrem noſtrum Bernardum Patriarcham, tum univerſam Antiochenam turbavit Eccleſiam. Cum enim nos conceſſionem tibi ſuper Eccleſiis indulſerimus, quarum terminos, & poſſeſſiones diutina Infidelium poſſeſſio, & tyrannis confudit? illi eas Eccleſias a Hieroſolymitano Patriarcha, te connivente invaſas conqueruntur, de quibus ambiguitas nulla ſit, quin eas etiam Turcarum, vel Saracenorum temporibus Sedes Antiochena poſſederit, & eorum Epiſcopi etiam Infidelium oppreſſi tyrannide Antiochenorum Patriarchæ obedientiam exhibeant &c.* atque de his ſe Bernardo Antiocheno Patriarchæ ſcripſiſſe addit; Tandem ut ſuis limitibus contenti eſſent, Hieroſolymitanos clericos, iiſdem litteris admonet; *Nec injuſte, aut procaciter*

Jesu Chr. an. 1113.

ea uſurpare contendant, quæ certo ſciuntur ad jus Antiochenæ Eccleſiæ pertinere, ac data dicitur *Beneventi decimoquinto Kal. Aprilis*, ut apud Gulielmum Tyrium, qui eas recitat videre eſt.

lib.11. pag. 814.

Paſchalis Papæ bulla pro hoſpitali ordin. Hieroſolym.

6. In eadem Beneventana urbe degens Paſchalis Papa ſecundus diploma, ſeu bullam ad Geraudum, ſive Geraldum inſtitutorem, ac rectorem hoſpitalis Hieroſolymitani dedit, qua *Xenodochium*, quod idem Geraudus *in Civitate Jeruſalem juxta Beati Joannis Baptiſtæ Eccleſiam inſtituit*, confirmat; ac ſub Apoſtolicæ Sedis tutela recepit: data eſt, *Beneventi per manum Joannis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, ac Bibliothecarii 15. Kalen. Martii, Indict. 6. Incarnat. Dominicæ anno 1113. Pontificatus autem Domini Paſchalis Pp. anno 14.* Hoc primum ordinis Hieroſolymitani monumentum in Codice diplomatico ejuſdem ordinis refert Sebaſtianus Pauli Presbyter Congregationis Matris Dei pag. 268., atque ex eo conſtat, Eccleſiam Ordinis Hieroſolymitani tunc primum prope Hoſpitale erectam, Deo ſub titulo S. Joannis Baptiſtæ dicatam fuiſſe, quod etiam Callixti ſecundi bulla anno 1120. 12. Kal. Julii Indict. 12., Pontificatus anno primo, ad eumdem Geraudum data confirmat, ubi *Xenodochium juxta Eccleſiam S. Joannis Baptiſtæ inſtitutum* dicitur. Bollandus quidem, aliique, Gulielmi Tyrienſis, & Jacobi Vitriaci auctoritate ducti, Joanni Eleemoſinario, & Alexandrino Patriarchæ eam Eccleſiam dicatam, primumque Hieroſolymitani ordinis patronum Joannem Alexandrinum fuiſſe, ſcripſerunt, quorum opinionem pluribus refellit Pagius; Præceteris vero Paulus Pauli, Sebaſtiani nepos ejuſdem Matris Dei congregationis Presbyter, & Academiæ nobilium in urbe Præſes, in egregio opere Romæ edito de origine, & inſtituto Ordinis Hieroſolymitani, quo ejuſdem ordinis initia, & progreſſus mirifice illuſtrat ex Paſchalis Papæ diplomate. Nullum jam ſupereſt dubium, ait Manſius, quin S. Joanni Baptiſtæ, ea Eccleſia dicata fuerit, eumdemque Præcurſorem Hieroſolymitani Ordinis, primum protectorem fuiſſe patet.

die 23. Januarii.

Pagi not. 15. 16. 17. 18. ann. 1099.

De initiis, & progreſſu ordinis Hieroſolym.

7. Incliti tamen ordinis initia altius quodammodo repetenda eſſe indicant, tum Gulielmus Tyrius, cum alii Gulielmum ſecuti, eumdemque circa ſeculi elapſi medietatem ortum habuiſſe tradiderunt, cujus fundamenta Amalphitani cives, ex Normannornm genere, qui Apuliam incolebant, poſuerunt, qui

qui dum negotiationis cauſa Orientem frequentarent, & ad loca ſancta Jeruſalem viſitanda tranſirent, ab Calipha Ægypti obtinuerunt, ut locus eis ad conſtruendum Hieroſolymis domicilium concederetur, ac Eccleſiam prope S. Sepulchri, ibique in honorem B. Mariæ Virginis Eccleſiam ædificarunt, cui etiam monaſterium ad peregrinos, & infirmos ſuſcipiendos addiderunt, ac monachos ex Italia, & ex Caſſinenſi monaſterio, ut ait Mabillonius vocatos, ut Eccleſiæ, peregriniſque inſervirent, collocarunt, quæ utpote ab latinis fundata, ac frequentata, Monaſterium, & Eccleſia de Latina nuncupata eſt; Quia vero non ſolum cujuslibet ſtatus & conditionis viri loca ſancta ea ætate adibant, ſed etiam feminæ, alterum paulopoſt pro peregrinis, vel infirmis mulieribus monaſterium additum eſt, S. Mariæ Magdalenæ dictum, & ut utriuſque monaſterii neceſſitatibus provideretur, in ſingulos annos collectas in Italia, & Apulia eleemoſinas Hieroſolymis mittebant. Hæc autem utrumque monaſterium, & hoſpitale, ſæculo elapſo ineunte ante ſanctam expeditionem, captamque ab Chriſtianis Hieroſolymam erectum fuerat. Quis autem monaſterii virorum primus Abbas fuerit, Gulielmus non indicat, feminarum prima Abbatiſſa fuit Agnes quædam nobilis, genere Romana, quæ etiam aliquot, poſt Hieroſolymam expugnatam annos ibidem vixit. Virorum Xenodochio, poſt captam Hieruſalem Giraldus, ſeu Giraudus Gallus natione, ſeu potius Belga, caſtri Avennes dicti, Dominus, ut in ſupracitato opere demonſtrat Pauli præfuit, vir eximiæ pietatis, & prudentiæ, qui cum regularem, ſeu monaſticum ibidem habitum ſuſcepiſſet, & veſtibus ſuis albam Crucem effinxiſſet, facta profeſſione ſolemni, diu peregrinis, & infirmis tempore belli Hieroſolymitani, ex Abbatis præcepto miniſtravit, quem anno 1120. ſanctiſſime obiiſſe adnotat chronicon Maxentianum, ait Mabillonius, ſucceſſoremque habuit Raimundum de Podio natione Gallum, cujus opera factum eſt, ut Hieroſolymitanum Xenodochium, quod hactenus monachorum juriſdictioni ſuberat, Eccleſiæque de Latina conjunctum fuerat, disjungeretur, ac Priori fratrum, qui hoſpitalarii S. Joannis dicebantur, ſubeſſet, cum jam Geraldus Bullam, ſeu diploma ab Paſchali Papa obtinuiſſet, quo donationes Xenodochio factas confirmavit, ac Apoſtolicæ tantum Sedis juriſdictioni ſubjecit, eademque Callixtus ſecundus confirmavit; nec multo poſt fratribus ſuis, tam

Jesu Chr. An. 1113.

Tyr. lib. 18. cap. 5. seqq. Vitr. hiſtor. Hieroſolym. cap. 64.

Annal. Bened. lib. 69. n. 150.

Jesu Chr. An. 1113.

Sacerdotibus, quam laicis idem Raimundus regulam variis capitibus diſtinctam tradidit, qua inter cetera Paupertatem, Caſtitatem, & Obedientiam ſe ſervaturos promittebant. Cumque brevi temporis ſpatio divitiis, fratrum numero excreviſſet, in tres claſſes primus eorum præceptor Raymundus eoſdem diſtinxit, nobilium ſcilicet, Presbyterorum, & clericorum, & laicorum inferioris ordinis: Primos, ut armati in chriſtianorum auxilium pugnarent, deſtinavit; Secundis divinarum rerum curam, ſacramentorumque adminiſtrationem delegavit; tertios Xenodochii adminiſtrationi, infirmorumque curæ partim adſcripſit, reliquos milites fecit, quorum vivendi regulam, officiorumque diſtributionem Innocentius ſecundus anno 1130. aliique poſtea Rom. Pontifices confirmarunt. Horum progreſſus, illuſtriaque geſta, vel in ipſo ordinis ortu exponere noſtri inſtituti ratio non patitur; Ex Paleſtina deſinente ſeculo decimoſexto ejecti, Rhodum tranſierant, ac ibidem ab Solimano Turcarum Principe anno 1522 expulſi, Melitam inſulam ab Carolo quinto obtinuerunt, quam non ſemel ab Turcis obſeſſam, retinent; de quibus ejuſdem ordinis ſcriptores a Puteo, Vertot, aut Helliot in hiſtoria ordinum religioſorum, & militarium pluribus agunt; at ut ſupra diximus ejuſdem ordinis initia, primoſque progreſſus pertractans Antonius Pauli, tota via ceteros ejuſdem ordinis hiſtoricos aberraſſe ait, qui Gulielmum Tyrium, ſive rerum geſtarum ignorantia, utpote, qui ineunte hoc ſeculo obiit, ſive in Hieroſolymitanos equites odio, vel invidia motum, ſecuti ſunt; atque Hieroſolymitanos cum Equites nihil Hoſpitali, & domo Hieroſolymis, jam antea ab Amalphitanis, latinorum gratia extructis ante Hieroſolymam captam, unde Hoſpitale, & Eccleſia S. Mariæ de *Latina* dicta fuit, commune habuiſſe demonſtrat, neque Gerardum ibidem præfecturam geſſiſſe addit, ſed potius Hieroſolyma ab latinis anno 1099. vix capta, eodem anno, vel ſequenti, ab Beato Gerardo, alterum ibidem Xenodochium extructum fuiſſe, ibique ordinis ſui fundamenta poſuiſſe, quibus paulopoſt, & regulam ab monachali, & Benedictina omnino diſtinctam, dedit, & ſingulorum officia diſtinxit, Nobilibus præcipiens, ut armati chriſtianos ibidem degentes, vel peregrinantes ab Saracenorum inſidiis, aſſultibuſque Arabum tuerentur, alios tum genere nobiles, vel profeſſione Clericos, vel Sacerdotes infirmorum curæ deſtinavit, ceteros ex populo, & plebejos inter gregales

mili-

milites adſcripſit, vel hoſpitalis, domus, & Eccleſiæ miniſterio delegavit, ut pluribus idem Antonius Pauli perſequitur, probabilibuſque conjecturis confirmat, ad quem, ne longiores ſimus, lectores noſtros delegamus, ac hiſtoriæ curſum proſequimur.

Jesu Chr. An. 1113.

8. Cum hucusque chronicon ſuum perduxiſſet Sigebertus, hoc anno vivere deſiit, vir in omni ſcientiarum genere excellens, at Henrici quarti, & quinti Imp. adverſus Romanos Pontifices Apologiſta: obitus diem indicat continuator ejuſdem chronici ab anno labente 1113. ad annum 1162., ac tertio, alibi quarto nonis octobris obiiſſe dicitur; Multa verſibus & ſoluta oratione conſcripſit, quorum ipſe indicem texuit, in appendice, ad librum de ſcriptoribus Eccleſiaſticis: inter ejuſdem opera chronicon præcipuum eſt, quod ab anno 381., ubi Hieronymus deſierat, ad annum uſque labentem, vel 1112. perduxit, ex ejus operibus multa exciderunt; at chronicon, de ſcriptoribus Eccleſiaſticis liber, cum epiſtolis nonnullis, vitiſque ſanctorum ſuperſunt, de quibus plura Labbeus, Dupinius, ceterique de ſcriptoribus Eccleſiaſticis auctores.

Sigeberti Gemblacenſis monachi obitus, & ſcripta.

9. Inter monachos, eccleſiaſticoſque ſcriptores Sigeberto multo illuſtrior fuit Bernardus, qui hoc labente anno, ætatis ſuæ vigeſimo ſecundo expleto cum ſociis triginta, quos Chriſto lucraverat, atque ex iis Cualdrico avunculo, fratribuſque quatuor, uno Nivardo natorum minimo cum patre relicto, monaſticum habitum Ciſtercii induit; ex quo tempore ejuſdem ordinis propagatio initium ſumpſit, itaut ex uno cœnobio, in plura monaſteria Ciſtercenſis familia dilatata, in unum tandem corpus coaluerit, unde vitæ ejuſdem auctor Villelmus; ſeu Gulielmus S. Theodorici Abbas; *Anno ab Incarnatione Domini 1113., a Conſtitutione Domus Ciſtercenſis decimoquinto, ſervus Dei Bernardus anno natus circa vigintiduo Ciſtercium ingreſſus, cum ſociis amplius quam triginta, ſub Abbate Stephano ſuavi jugo Chriſti collum ſubmiſit. Ab illa die dedit Dominus benedictionem, & vinea illa Domini Sabaoth dedit fructum ſuum extendens palmites ſuos uſque ad mare, & ultra mare propagines ſuas*; Unde etſi Robertus Moliſmenſis Abbas primus Ciſtercienſium fundator, ac Albericus poſt eum Abbas fuerit; nihilhominus cum poſt Bernardi ingreſſum is ordo tunc primum longe lateque radices fixerit, limiteſque dilataverit, non immerito tamquam ejuſdem fundator paſſim habe-

Bernardus Ciſtercium ingreditur, ejus geſta.

Jesu Chr. An. 1113.

habetur, de cujus præclare geſtis, ſuſceptiſque laboribus, non ſemel infra redibit ſermo.

Juliacum monaſterium pro mulieribus Bernardi opera fundatum. *Bernard. opera tom. 6.*

10. Nec in viris tantum, ſed etiam in feminis religioſam vitam S. Bernardus dilatavit, nam ut ſupracitatus vitæ auctor adnotat. *Quia ex prædictis ſociis ejus, uxorati aliqui fuerant, & uxores quoque cum viris ideo votum ſanctæ converſationis inierant, per ipſius*, Bernardi ſcilicet, *ſollicitudinem ædificatum eſt eis Cœnobium feminarum, quod Julejum dicitur in Lingonienſi parochia*, ſeu Diœceſi prope Moliſmum, *quod Domino cooperante ſatis excrevit, uſque hodie religione celeberrimum, & perſonis, ac poſſeſſionibus dilatatum* &c., ubi etiam Umbellina Bernardi ſoror, temporis tractu ſe recepit: ſub Moliſmenſis tamen monaſterii Abbatis juriſdictione Juliacenſes monachæ perſeverarunt, ait Mabillonius, qui ſanctimonialium curam in ſpiritualibus, & temporalibus gerebant: unde ad Ciſtercenſem Ordinem non pertinebant, ait is auctor.

Mabill. annal. lib. 72. n. 52. 53.

Balduinus Hieroſolym. Rex illicitas cum Adelaide nuptias init.

11. Integram hactenus tum ab vitæ modeſtiam, cum ob res in bello geſtas famam Balduinus Hieroſolymorum Rex ſervaverat: at hoc anno non minimam nomini ſuo, ob illicitas cum Adelaide Rugerii Siciliæ olim Comitis uxore, initas nuptias uxore ſua adhuc vivente, quam in privata fortuna duxerat, infamiam intulit; Hanc quidem antea, *abſque ullo Eccleſiæ judicio*, a ſe Balduinus repudiaverat, *ac in monaſterio S. Annæ*, in urbe Hieruſalem, *monialem effecerat*, ut narrat Bernardus theſaurarius, qui, addit eam poſtea ex Balduini conſenſu Conſtantinopolim profectam, *Monaſticis veſtibus exutis, in tantum voluptati laxavit habenas, ut poſtpoſita omni generoſitate ſua, cunctis non vereretur ſe eſſe petentibus proſtitutam. Rex vero aliam ſuperinduxit conjugem, ſcilicet Comitiſſam Siciliæ, quæ fuerat uxor quondam Rogerii Comitis Siciliæ* &c. mater etiam Rogerii junioris, qui Simoni fratri in Siciliæ Ducatu ſucceſſerat. Eadem cum Bernardo fuſiori ſtylo narrat Gulielmus Tyrius, ac immenſas ſecum divitias tuliſſe Adelaidem addunt, quibus Balduinus inhiabat, utpote ſibi neceſſariis ad bellum proſequendum. Hæc autem omnia Arnulphus Patriarcha machinatus eſt, ait Gulielmus, ac infelix, & incauta Adelaides in pecunia, in armis, vino, oleo, ſalſis carnibus, tot, tantaque in Orientem detulit, ut Rex Balduinus, & mininus, quiſque dicere poterat, ut idem auctor adnotat, *de plenitudine*

Bernardi Theſaur. de Aquiſit. terræ ſanctæ c. 92.

Murat. ret. Ital. tom. 7. p. 736.

Guliel. Tyr. lib. 11. c. 21.

ejus

ejus non accepimus. Triennio poſt; cum Balduinus periculoſe ægrotaret, conſcientiæ ſtimulis victus, rem omnem Adelaidi aperuit, ac ſe vivente adhuc uxore, eamdem ſuperinduxiſſe confeſſus eſt, *dolens igitur, & triſtis*, Adelaides, *tam de illata contumelia, quam de opibus inutiliter conſumptis, ad reditum ſe præparat poſt tertium annum, quo ad Dominum Regem venerat in patriam reverſura* &c. Unde factum eſt; ut Siciliæ Princeps impoſterum injuriæ memor, nullum ultra Hieroſolymitanis, eorumque Regi conferret auxilium, etſi is præcipue, & ob loci opportunitatem, & rerum abundantiam plus ceteris potuiſſet, ait Gulielmus Tyrius, eademque Fulcherius, qui Adelaidem in Siciliam anno 1117. cum navibus in comitatu ſuo rediiſſe adnotat.

JESU CHR. AN. 1114.

ut ſupra cap. 29. 30.

Inter ſcript. geſta Dei per Francos pag. 416.

JESU CHRISTI AN. 1114. PASCHALIS PAPÆ II. AN. 16. HENRICI IMP. 4. ALEXII COMNENI IMP. 34.

1. Cum iterum hoc anno Beneventana civitas civili bello exarderet, ac Normannorum Principes, Robertus ſcilicet, & Robertus Jordanus Comes, ut ait Fulco Beneventanus in chronico, invidia moti adverſus Landulphum, quem Comeſtabilem ibidem Paſchalis Papa anno ſuperiore declaraverat, arma intulerunt, unaque cum Landulpho Beneventanorum Archiepiſcopo, Beneventanos undique obſidentes, cœdibus, rapiniſque vexabant, quibus Landulphus Comeſtabilis totis viribus reſtitit. *Anno* 1114., ait auctor, *menſe Martio ſeptimæ Indictionis; dum vineæ incidebantur, & capiebantur homines, Beneventanorum quidem invidiæ gladio perculſi, miſerunt ad prædictum Papam Landulphum Archipræſulem, & Racheſium S. Modeſti Abbatem, ut ei neceſſitatem ex omni parte quam patiebantur, intimarent. Ipſi autem abeuntes, quam videantur afflictionem domno Papæ patefacerunt, eum lacrymando precantes, ut gregi commiſſo, ſicut Paſtor bonus ſubvenire dignaretur.*

Beneventani civili bello atriti Paschalis Papæ opem implorant.

Murat. rer. Ital. tom. 5. p.84.

2. Paſchalis autem Papa his acceptis, Landulphum Beneventanum Epiſcopum cum Petro Portuenſi Epiſcopo, & Romualdo Diacono Beneventum miſit, ut pacem componeret: at Landulphus Archiepiſcopus, *Roma reverſus, aliter, quam acceperat faciens*, ait Fulco, totus in eo fuit, ut Landulphum Comeſtabilem obtenta dignitate, aut ſponte, aut vi dejice-

Legatos Paschalis Beneventum mittit.

Jᴇsu Chr. An. 1114.

ceret, cui cum reſiſteret Comeſtabilis, diu acriterque bellum civile ibidem auctum, & propagatum eſt, uſque dum Comeſtabilis, vulnere accepto, excedere coactus fuit, ut fuſiori ſtylo narrat Fulco ocularis teſtis, qui *Deum teſtatur inquit nihil aliud poſuiſſe, præter quod viderim, & quod audiverim ſcripſiſſe*, & paulo ſupra mutuas in urbe clades factas exponens; *Quoſdam ex utraque præte vidimus vulneratos*. Ut autem hæc ad Paſchalis aures pervenerunt, *Dolore cordis tactus intrinſecus infremuit, lacrymis ſicut audivimus manantibus*, ac Landulphum Beneventanum Archiepiſcopum totius tragœdiæ auctorem, *ab omni quod acceperat a Romana Eccleſia officio, depoſuit*, & anathemate una cum Fulcone quodam, ceteriſque ejuſdem factionis ſociis percuſſit, atque Anaſtaſium Epiſcopum Albanenſem, ac Cardinalem Beneventum miſit, ut ſententiam ſuam publicaret,; unde Fulco, *diebus non multis elapſis ex hujus ſeculi ergaſtulo anathematis vinculo irretitus, ac miſer, migravit*.

Paſchalis Papæ Concil. Ceperan. celebrat.

3. His geſtis cum in urbem, rebus ſi non compoſitis, aliquatenus ſaltem ſedatis, rediiſſet Anaſtaſius, ut his finem imponeret, pacemque Beneventanæ urbi reſtitueret, Paſchalis Papa *Archiepiſcopis, & Abbatibus congregatis, menſe Octobris, primum poſt ejus regreſſum adveniente, Ceperani Concilium conſtituit. Ad cujus ſacri Conventus frequentiam Villelmus Dux, & Robertus Princeps mille fere equitum numero congregato, perrexere. Landulphus vero de Græcia Comeſtabulus, qui fuerat Benevento expulſus, litteris domni Papæ ſpecialibus ad idem ſacrum Concilium accerſitum honorifice commeavit; qui a domno Papa officioſiſſime ſuſceptus eſt. Hic namque fraudem devitans Northmannorum, navigio quodam ſecure transfretavit. Jordanus autem Comes timens, multorum ſuorum pondere delictorum oneratus, ad tale tantumque Concilium pergere, Legatos ſuos direxit. Archiepiſcopus autem Landulphus Suffraganeis ſuis congregatis, innumeraque auri, & argenti copia congregata, cum Comite Roberto ad Conventum illum tetendit. Talibus igitur & tantis Patribus, Proceribus congregatis, in medio conventus ipſus, die videlicet ſabati, Ducatum Italiæ, Calabriæ, & Siciliæ Duci præfato Apoſtolicus conceſſit* &c.

Fulco ut ſupra p. 87.

Landulphi Beneventan. Episc. cauſa in Synodo agitata.

4. Poſt hæc Landulphi Beneventani Epiſcopi cauſa agitata ibidem eſt: is quidem, ut narrat Fulco, criminum conſcien-

ſcientia detentus, ſynodi præſentiam declinans, *apud inſulam Cyprano proximam hoſpitatus eſt*, ubi cum eſſet, Romanorum quoſdam, & ipſum urbis Præfectum rogavit, ut pro ſe veniam ab Pontifice impetrarent, ſe etiam de omnibus ſatisfacturum promittens, *dummodo ei locum in Concilio, & officium* Pontifex *reſtitueret. Hoc Apoſtolicus audito, conſilio habito locum, & officium ei redintegravit, cumque taliter veſtitus fuiſſet, ſine mora conventum illum, die videlicet Lunæ cum Comite Roberto adivit*, ibique admiſſus, poſtquam pro accepto beneficio gratias egit, abſentiæ ſuæ excuſationes vanas, inaneſque propoſuit, quas Pontifex concilii Patribus examinandas delegavit, ii vero rebus attente examinatis, cum ad ſynodum Landulphus vocatus fuiſſet, eique judices delegati dixiſſent, vanam, futilemque abſentiæ ſuæ cauſam fuiſſe, Paſchalis Papa hæc ad eum dixit. JESU CHR. AN. 1114.

5. *Quia ſuſcepiſti regalia B. Petri extra noſtram voluntatem, & claves tenuiſti portarum, Palatium invaſiſti; & Landulphum expuliſti, & galeam ſumpſiſti, & clypeum, & Fulconem illum ad ſacramentum compuliſti. Northmannos introduxiſti, & alia. Hoc ipſe Archiepiſcopus audito reſpondit: Vere regalia B. Petri non alia de cauſa accepi, ſed pro veſtra fidelitate. Nam cum Beneventi aderas, Civitatem mihi commendaſti: portarum vero claves non ego ſuſceperam, hunc ſane qui eas retinet, fidelem tuum omnino confitemur. Clypeum profecto non accepi: galeam quidem tuli pro capitis munitione ne lapide aliquo opprimerer. Northmannos (ut dixiſti) non introduxi: Longobardos vero ſexdecim pro auxilio populi Civitatem ingredi feci. Sacramentum Fulconis juſſu ſuo factum fuiſſe, & populi jusjurandum, denegavit*. His ab Landulpho dictis: *Cardinalibus iterum, & præfatis judicibus præcepit*, Pontifex, *ut ſuper omnibus iſtis, & contemptu ſententiam exprimerent. Cumque Archiepiſcopus ipſe hujuſmodi præceptum (& ut ita dicam) terribile audiſſet: Vuillelmum Ducem ſupra memoratum, & Robertum Principem, & Petrum filium Leonis, nec non & Epiſcopos exorabat, dicens: Domini proceres, & Epiſcopi Confratres, Dominum noſtrum Papam Pachalem precor orate, ne me in conſpectu omnium taliter confundat, & dedecoratum dimittat. Si vero ejus clementiæ placuerit; exilium petam, & mare transfretabo. Tunc proceres ipſi euntes, pedibus domni Papæ advoluti, ſicut Archiepiſcopus rogaverat,* Synodi ſententia in Landulphum

JESU CHR. AN. 1114. *rat, deprecati ſunt, quod minime obtinere valuerunt. At ipſi judices ex præcepto euntes licet dolendo, & protelando, reverſi ſunt, ne tale ſuper Landulphum Archiep. darent judicium. Judicibus tamen ipſis adhuc, ut dixi, moram facientibus ſuper ſententiam, Apoſtolicus adjurando præcepit, ut per fidem quam B. Petro, & ipſi deberent, quid Canonicum eſſet dicendum, dicerent. At Epiſcopus Portuenſis primus omnium, licet ægre, & tantæ ſententiæ dolore turbatus ait: Quoniam regalia B. Petri ſuſcepiſti, & claves portarum tenuiſti, & palatium invaſiſti, & Landulphum expuliſti, & ad Curiam venire vocatus contempſiſti: judicamus ſuper vos depoſitionis ſententiam, & contra Beatum Petrum, & domnum noſtrum Papam feciſſe. Idipſum Capuanus Archiepiſcopus, & Gregorius Cardinalis affirmavere. Volentibus autem aliis judicibus eamdem confirmare ſententiam: Landulphus ipſe jam Archiepiſcopus Beneventi e medio conventus illius, timore coactus, & ſententia talis gladio percuſſus, ſurrexit. O qualem (ſi intereſſes lector) fletum, videres, & Landulphi illius pallidum aſpiceres vultum, cum, ex ore tantorum judicum, qui decoratus erat Beneventana ſede & præ aliis glorioſus ubique fuerat, deponebat: Quid dicam? ſubſellio ejus elevato, metuendum illud Concilium, ut mente captus dereliquit.* Hactenus de his Fulco in chronico Beneventano; eademque fere habet Romualdus Salernitanus in chronico, in eo tantum a Fulcone diſſidens, quod hæc cum anno ſequenti 1115. alligaverit, at Fulco geſtis præſens, præferendus eſt Romualdo abſenti, & remotiori, id etiam addit, quod Landulphus Beneventana ſede in Cepranenſi concilio dejectus, paulo poſt; *Largito munere in ſede ſua ab eodem Papa reſtitutus eſt*, at cum hæc ignoraverit Fulco, de ejuſdem fide non immerito quis forte dubitaverit.

Murat. rer. Ital. tom. 7. p.180.

Vvillelmus Rogerii Filius Apuliæ Ducatum obtinet.

lib.4. 49.

tom. 7. rer. Ital. p.87.

6. In eodem Cepranenſi concilio, ut audivimus, Villelmum Rogerii Apuliæ, & Calabriæ Ducis filium, ac nepotem Roberti Guiſcardi, Paſchalis Papa *inveſtivit Ducem de Ducatu Apuliæ, & Calabriæ*, ait Petrus in chronico Caſſinenſi; Fulco vero de geſtis in ſynodo Cepranenſi agens Siciliam addidit; *die Sabbathi*, ait, *Ducatum Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ Duci præfato*, Gulielmo ſcilicet ſupra memorato, *Apoſtolicus conceſſit*; in nonnullis Codicibus pro Apuliæ, Italiæ legitur, more Græcorum, qui Apuliam, utpote ab Græcis Imperatoribus poſſeſſam, Italiam vocabant, ut ad Fulconis locum Peregrinus, aliique adnotant.

His

JESU CHR. AN. 1114.

7. His addit Petrus Diaconus ab Africanis Saracenis, ſeu Mauris Italiæ littoribus infeſtis, hoc tempore Azzonem, inter Caſſinenſes monachos Decanum cum ſociis, dum e Sardinia Caſſinum redirent captum, & in Africam ad Regem Calaminæ perductos fuiſſe, de quorum liberatione ſollicitus Caſſinenſis Abbas, ut prætio dato redimerentur, legatos in Africam miſit, at ii ventorum vi in Siciliam delati, cum legatis Rogerii Siciliæ Comitis, ad Calaminæ Regem profecti ſunt, Rex vero monachos, Rogerii legatis liberos tradi juſſit, Azo tamen in eadem captivitate poſitus obijerat, ait is auctor, ibique in Eccleſia, quippe cum aliquæ adhuc ibi ſupereſſent, ante Altare Beatæ Mariæ ſepultum fuiſſe addit, ac miracula ad ejus tumulum patrata, cum præcipue Lampas ibidem poſita, extincta, lucens in nocte inventa fuerat, de quibus ibidem.

Piratæ Africani Italiæ littoribus infeſti.

lib.4. c.50.

8. Ut tot, tantaſque chriſtiano nomini illatas injurias, qui mediterraneum mare continuo excurrebant chriſtiani vindicarent, hoc eodem anno ingenti, parata claſſe, in eos arma converterunt, ut ſaltem ex inſulis Balearibus, unde facilis in Hiſpaniam, Italiam, Gallias, tranſitus erat, ejicerentur. Pro ea expeditione Paſchalem Papam ſollicitum fuiſſe, primaſque in ea partes tuliſſe Piſanos, quibus Barcinonenſis, aliique ex Hiſpania, & Gallia Comites adjuncti ſunt, narrat auctor coævus, & ocularis Laurentius Veronenſis, Archiepiſcopi Piſani Diaconus, qui etiam cum Boſone Cardinali, & Apoſtolicæ Sedis legato his interfuit; De geſtis vero, hæc ſummatim in vita Paſchalis Papæ adnotat Pandulphus Piſanus. *Quid autem egregia Piſanorum induſtria, & admirabilis pertinacia per eumdem Dominum Papam Balearibus Inſulis Eſiſæ, & Majoricæ contulerit; quem apparatum, copias, ſupplementumque, quemve Legatum ipſi habuerint, quo Conſule, ſub quo Imperatore militaverint, quiſve eorum fortiter* (fecerit) *quot navibus, & quomodo ierint, quid naufragii, quidve laboris in reficiendis talibus paſſi ſint: illud etiam glorioſum, admirandumque ſubſidium quod non deſperaverint; quomodo etiam evulſis captivis, direptis ſpoliis, ſubverſis urbibus redierint, quia digno volumine comprehendere diſpoſui ſuo loco, & ſuo tempore diſtuli*, quod an auctor perfecerit, ignoratur: vices ejus abunde ſuplevit, ſupracitatus Laurentius Veronenſis, & Piſanæ Eccleſiæ Diaconus, qui libris ſeptem Piſanorum geſta, & victorias carmine deſcripſit; bellum hoc anno incœptum, ſequenti

Piſanorum expeditio. & victoriæ adverſus Seracenos.

Murat. rer. Ital. to.6.

Murat. to.3. pag.357.

Jesu Chr. An. 1114. ti felicem exitum habuit, unde idem Poeta his verſibus opus claudit.

Tunc fuit a Chriſto tecto velamine carnis
Centenus quintus decimus Milleſimus annus.

Murat. ut sup. p.100. Eamdem expeditionem, & victoriam narrat auctor alter de geſtis triumphalibus Piſanorum *de captione Hieruſalem, & Civitatis Majoricarum, & aliarum*, atque in ea præter Archiepiſcopum Piſanum, Petrum dictum, & Boſonem Cardinalem Romanæ Sedis legatum, cum Piſanis Raimundum Barcinonenſem Comitem, arma conjunxiſſe addit, una cum Barcinonenſi Epiſcopo, & Comite Ampuri, Aymerico Narbonenſi, Gulielmo Montis Peſulani, & Raimundo de Balſo; adnotatque quod cum adverſus Majoricam ire diſpoſuiſſent, *divina diſponente gratia prius ad inſulam Eviſam applicaverunt*, quam in feſto Sancti Laurentii cœperunt, ſicque urbs fortiſſima, & crudelis, exciſa penitus, & deſtructa fuit, deinde in feſto S. Bartholomæi ad Majoricam tranſeuntes, poſt longam obſidionem, ſævaque ex utraque parte certamina, novam urbem octavo idus Februari cœperunt; alteram partem in Feſto Cathedræ Principis Apoſtolorum, tertiam quarto nonas Martii, *Quarta vero civitatula quæ circa regiam Judam, quæ Caſſarum dicitur erat conſtructa, per manus Piſanorum capta eſt ſexto Idus Martii*, duas reliquas Turres, in quibus Saraceni pugnabant, 14.Kal. Aprilis Piſani occupaverunt, ac tandem Caſſari captione tertio nonas Aprilis victoria completa fuit, ex quo cum fugere tentaſſet Rex Burabe, quem Saraceni defuncto Rege Nazaredech ſibi impoſuerant, a Piſanis captus eſt, cum ſorore Mortada nomine cum filiis, filiabus, & nepotibus, atque immenſa auri, & argenti, & prætioſæ ſuppellectilis copia; Moſtada autem Piſam tranſiens, abrenuncians Paganiſmo, ſeu Mauhumetaniſmo, *Chriſtianum nomen com ſuo parvulo filio ſuſcepit*, ait is auctor, qui plurima de eadem expeditione ſcitu digna adnotat, quæ excribere longum eſſet: Piſanorum vero cadavera, qui in ea expeditione occubuere, navibus impoſita Maſſiliam Piſani tranſtulere, ac in Eccleſia S. Victoris honorifice condiderunt, ibique epitaphium his verſibus poſuerunt.

Verbi

JESU CHR. AN. 1114.

Verbi incarnati de Virgine mille peractis
Annis bis centum bis ſeptem connumeratis
Vincere Majoricas Chriſti famulis inimicas
Tentant Piſani Maomethi Regna profani.
Marte neci dantur multi, tamen ſi ſociantur
Angelicæ turbæ, cœlique locantur in urbe.
Terra deſtructa claſſis redit æquora ducta,
Et vi divina rediit victrice carina.
O pia victorum bonitas defuncta ſuorum
Corpora claſſe gerunt, Piſaſque reducere quærunt.
Sed ſimul adductas ne turbet gaudia luctus,
Cæſi pro Chriſto, tumulo clauduntur in iſto.

de his hactenus, tantamque Saracenorum ſtragem tunc factam fuiſſe addit Petrus in chronico Caſſin., ut centum millia interempta fuerint. *lib.4. c.57.*

9. Eodem fere tempore Alphonſus Aragoniæ, & Caſtellæ Rex Saracenos in Hiſpania acriter diuque vexabat, cujus glorioſa geſta Ordericus enarrat, adnotans, quod cum ab Saracenis premeretur, ab Rotrone conſanguineo ſuo, *Auxilia* petiit, *Francorum, qui multis in neceſſitatibus laudabiliter experti ſunt ſecum adduceret*, larga ſtipendia, opimaque prædia ſe eis daturum promittens, quorum opera adjutus Alphonſus, urbes plurimas in ſuam redegit poteſtatem, inter eas Tutelam. Alphonſum tamen promiſſa non ſervaſſe, ac Gallos inſenſo animo inde receſſiſſe addit Ordericus, de quibus plura Pagius, & Mariana referunt.

Alphonsus Caſtellæ, & Aragoniæ Rex Saracenos expugnat.
Order. hiſt. lib.13.

10. Poſt obitum Anſelmi Cantuarienſis Epiſcopi, ea Eccleſia toto quiennio viduata remanſerat; Quo tempore exacto, Rex Henricus, qui eam Eccleſiam Rodulpho Roffenſi regendam commiſerat, ut narrat Edmerus, dum ipſe *bona Epiſcopalia in uſus ſeculares uſurpaverat*, ut ad Paſchalem Papam ſcribens, narrat Ivo Carnotenſis; tandem *monitis Domini Papæ, & precibus fratrum Cantuarienſium, aliorumque multorum, imo, quod maximum eſt, inſtinctu Dei permotus, Epiſcopos, & Principes Angliæ in unum apud Viſdeſleſborum fecit venire eorum conſilium in conſtituendo Pontifice Cantuarienſi volens habere*; Cum in unum conveniſſent ſexto Kal. Maii, ait Edmerus ut Abbas Abendonæ Archiepiſcopus eligeretur, plurimorum vota inclinabant

Rodulphus ex Roffenſi Sede in Cantuariensem trasfertur.
Edmer. Novor. lib. 5. p.86.
epiſt.250.

JESU CHR. AN. 1114.

nabant; *Animus tamen Epiſcoporum*, ut subdit, *& quorumdam totum in illud vergebat, peroptantium videlicet, aut quemlibet Epiſcopum de ordine Clericali, aut Clericum aliquem de Cappella Regis in opus illi adſciſci*; iis tamen objectum eſt, nullum a Beato Auguſtino, niſi Monachum Pontificatui Cantuarienſi præſediſſe, uno dumtaxat excepto, qui etiam ob hanc præſumptionem; & alia quædam perverſe commiſſa depoſitus per Romanum Pontificem fuerat, qua ratione commoti ab incœptis ceſſarunt, & in prænominatum Roffenſem Epiſcopum ſubito verſa eſt Epiſcoporum ſententia, eumdem in Primatem totius Britanniæ conſtitui cupientium, rogatus deinde Rex, ut his conſenſum præberet, factum & ipſe probavit, ſicque Roffenſis Fpiſcopus, cum multa monachorum Cantuarienſium, clerique lætitia in Cantuarienſem Sedem translatus eſt, ait Eadmerus, atque hæc *acta ſunt anno Incarn. Dominicæ* 1114. *6. Kal. Maji*, quinto die peracto, quinquennio a tranſitu glorioſiſſimi Patris Anſelmi, Cantuariam vero Rodulphus *16.* Kal. Junii adveniens, cum maximo totius cleri, & populi plauſu, & exultatione exceptus fuit.

Eadmer. p. 86.

Rodulphus Cantuarien. Episc. RoffensemEpis. ordinat.

11. His geſtis in Normandiam profecturus Henricus, ut monaſteriis jamdiu paſtorali cura deſtitutis, Abbates præficerentur, juſſit, Rodulphus vero Cantuarienſis Epiſcopus ordinatus, monachum quemdam Cantuarienſem, Arnulphum dictum. qui Burchorum Abbas tunc erat, ab Henrico petiit, ut Roffenſem Epiſcopum ordinaret, & Regis conſenſu habito quarto Kal. Octobris Roffenſis Epiſcopus Arnulphus electus fuit, qui cum diebus pene quindecim Cantuariæ moratus eſſet, ab Rodulpho Archiepiſcopo Roffam perductus, *ſexto idus Octobris, in Sedem Pontificalem digno cum honore a clero, & populo ſuſceptus, eſt*, ut pluribus narrat Edmerus libro quinto Novorum.

Rodulphus Cantuar. Episc.pallium ab Paschali poſtulat.

12. In Cantuarienſem Epiſcopum ordinatus Rodulphus legatos ad Paſchalem Papam miſit, ut pallium ab eo obtineret, legati vero Rodulphi, ſeu potius Cantuarienſis Eccleſiæ Joannes monachus Sagii, Barcorum Abbas in locum Arnulphi electus, Varnerius monachus Cantuarienſis, & Joannes clericus Rodulphi Archiepiſcopi ex ſorore nepos, Romam profecti, litteras Regis Anglorum, & Archiepiſcopi, & Cleri Cantuarienſis, & omnium pene Epiſcoporum Angliæ Domino Papæ detulerunt, ait Edmerus, ac litteras ab Clero Cantuarienſis datas recitat, quibus Eccleſiam Cantuarienſem per quinquennium

nium paſtorali cura peccatis eorum exigentibus viduatam fuiſſe Rodulphum vero narrant, tunc Roffenſem cum Regis conſenſu, coram Epiſcopis, & Abbatibus virum ea Sede dignum ſe elegiſſe addunt, ac ut electum auctoritate ſua confirmaret, eique pallium mittere dignaretur, ſuppliciter exorarunt; *Nam ipſe tanta corporis imbecillilate gravatur, ut non ſine magno periculo ſui, & detrimento omnium noſtrum valeat hoc tempore veſtigiis veſtris, ſe præſentare*; cumque ea tunc conſuetudo vigeret, ut præſentes in urbe pallium obtinerent Metropolitani, pro Rodulpho Cantuarienſi mediator, & interceſſor apud Paſchalem Papam Ivo Carnotenſis adfuit, qui longiori epiſtola, Eccleſiæ Cantuarienſis longam viduitatem, juſtaſque diſpenſationis tribuendæ cauſas exponit; *Novit enim*, inter cetera ait, *paternitas veſtra quanto tempore poſt mortem Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi, Eccleſia paſtore viduata languerit; quomodo Rex Anglorum bona Epiſcopalia in uſus ſeculares uſurpaverit, quanto ſtudio Epiſcopalem electionem ibi fieri non promiſerit: nunc vero poſt increpationes veſtras, poſt multas Epiſcoporum Diœceſanorum admonitiones prætaxata Eccleſia conſenſu Epiſcoporum, Rege tandem connivente elegit ſibi in Archiepiſcoporum Radulphum Roffenſem Epiſcopum, virum religioſum, & honeſtum, ſcientia, & moribus clarum. Hic in propria perſona Sedem Apoſtolicam viſitare ſecundum majorum inſtituta deliberavit. Sed eum partim corporis debilitas impedivit, partim periculum Romani itineris, deterruit &c.* ac legatos ſuos miſiſſe addit.

Ivonis epiſt. ad Paſchalem PP. Epiſt. 250.

13. Ea legatione accepta, anceps aliquandiu hæſit Paſchalis Papa, utrum Anglorum votis ſatisfaceret, an non: unde quo ſe verterent legati ignorabant, at cum eo tempore, Anſelmus nepos Anſelmi Cantuarienſis Epiſcopi in urbe eſſet Abbas S. Sabæ ab Paſchali Papa electus, ut pallium Cantuarienſi Epiſcopo abſenti concederet obtinuit, ac Anſelmum eumdem, ut cum ſuis litteris deferret, Paſchalis Papa elegit, qua epiſtola ſua idem Pontifex irati animi in Henricum Regem, eo quod Rom. Eccleſiæ dignitatem, auctoritatemque ſpreviſſet, indicia inſeruit, *Cum de manu Domini*, ait, *largius honorem, divitias, pacemque ſuſceperis, miramur vehementius, & gravamur, quod in Regno poteſtateque tua beatus Petrus, & in beato Petro Dominus honorem ſuum juſtitiamque perdiderit. Sedis enim Apoſtolicæ Nuncii, vel Litteræ, præter juſſum Regiæ Majeſtatis nullam ni*

Paſchalis Papa pallium, Rodulpho Cantuar. Epiſc. mittit.

Paſchalis Papæ increpatoria epiſt. ad Henricum Inter Anſelmi opera. *Edmer. lib. 5. p. 88.*

JESU CHR. AN. 1114.

in poteſtate tua ſuſceptionem, aut auditum promere ntur. Nullus inde clamor, nullum inde judicium ad Sedem Apoſtolicam deſtinatur. Quamobrem multæ apud vos ordinationes illicitæ præſumuntur, & licenter delinquunt, qui delictorum deberent licentiam cohibere. Nos tamen uſque adhuc in his omnibus, ampliori patientia uſi ſumus, ſperantes per tuæ probitatis induſtriam omnia corrigenda. Atque his Anglorum Reges olim Apoſtolicæ Sedis devotos fuiſſe adnotat, ex his aliquos, *Apoſtolorum limina viſitaſſe, & illic uſque ad obitum commoratos legimus*, ait Pontifex, deinde. *Pro his igitur apud vos pertractandis, & corrigendis chariſſimum filium Anſelmum familiarem tuum, nunc ſancti Sabæ Abbatem ad tuam Excellentiam deſtinamus, per quem etiam tuæ, & Epiſcoporum petitioni in cauſa Cantuarienſis Epiſcopi, quamvis contra auctoritatem Sedis Apoſtolicæ, ſatisfecimus, ſperantes & vos deinceps Sedi Apoſtolicæ in ſuæ dignitatis juſtitia ſatisfacturos. Deinde ut elemoſina B. Petri, ſeu denarius Petri, ut ſibi integer mitteretur jubet. Volumus igitur* ait, *ut eam deinceps plenius colligi facias, & per præſentem Nuncium mittas. Data Lateranis tertio Kal. Aprilis.*

Aliæ Paschalis PP. epiſt. in Angliam miſſæ.

14. Anſelmus itaque pallio accepto, ad Regem in Normandiam pergens, Pontificis litteras Regi tradidit, ac inde cum legatis Eccleſiæ Cantuarienſis in Angliam profectus ſolemni ritu, & pompa pallium Rodulpho tradidit, *facta prius Romano Pontifici de fidelitate, & canonica profeſſione*, ait Edmerus, qui fuſiori ſtylo hæc perſequitur, ac litteras Paſchalis Papæ ea occaſione ad Clerum Cantuarienſem, quibus translationem Roffenſis Epiſcopi, in Cantuarienſem Sedem, ſe inſcio ac contra canonum ſtatuta factam, ſe ægre tuliſſe his verbis adnotat. *Eccleſiæ veſtræ legatos benigne ſuſcepimus, tamquam viros religioſos, atque prudentes, ſed legatio quam ad nos, cum veſtris litteris attulerunt, nobis non ingrata tantum, ſed etiam gravis fuit. Significabatur enim Roffenſis Epiſcopi ad Metropolim veſtram facta translatio, quod præter ſcientiam, & convenientiam noſtram præſumi omnino non debuit, quia Sacrorum Patrum decretis inbibitam prorſus agnoſcitur. Pro religione tamen, & honeſtate perſonæ, quæ translata dicitur, nos hanc præſumptionem veſtram toleramus, ſed noſtrum ad vos Legatum in proximo dirigemus, largiente Domino, qui ſuper hoc negotio, quæ fuerint diſponenda, diſponat. Datæ Laterani duodecimo Kal. Martii:* ac de his hactenus.

Episcoporum translationes ſine conſenſu Apoſt. Sedis illicitæ.

*pag.*88.

Hoc

15. Hoc eodem *Anno* 1114. *octavo idus Decembris Cono Praeneſtinus Epiſcopus, & Apoſtolicæ Sedis legatus Regem Henricum apud Bellovacum anathematizavit in concilio ſuo*, ut ex veteri Codice Montis Dei referunt conciliorum acta, ubi etiam legitur, eamdem excommunicationis ſententiam ab eodem Conone Remis in Dominica Lætare proximæ quadrageſimæ quinto Kal. Aprilis reconfirmatam fuiſſe; Item feria ſecunda poſt Paſcha Coloniæ, tandem Catalaunis quarto Idus Julii, eamdem excommunicationis ſententiam, quarto habito concilio ab Conone renovatam fuiſſe ibidem legitur: in eodem autem Bellovacenſi concilio coram Conone legato Apoſtolicæ Sedis, & Rodulpho Remenſi Archiepiſcopo, Ambianienſium querelæ faceret adverſus Godefredum eorum Epiſcopum, qui Epiſcopatu abdicato, ad Carthuſianos tranſierat, ſtatumque ibidem eſt, ut in ſuam Eccleſiam revocaretur, ut pluribus rem geſtam narrat Nicolaus monachus, qui his interfuit. Cumque Godefridus reditum diſtuliſſet, anno ſequenti Ludovici Regis juſſu, & Sveſſionenſis concilii auctoritate, invitus pene Carthuſia abſtractus, Ambiano rediit; cum *in Carthuſia fuiſſet a ſacris feriis B. Nicolai Epiſcopi, quæ aguntur octavo Idus Decembris, uſque ad quadrageſimæ initium*, ait ſupracitatus Nicolaus, ideſt ibidem manſerat, ab anno 1113. deſinente, uſque ad quadrageſimæ initium anni proximi 1115. in eodem Bellovacenſi concilio. Ibi etiam Thomas quidam de Murna, qui vigente bello inter Henricum Angliæ Regem, & Ludovicum Francorum, ob Theobaldi Bleſenſis Comitis rebellionem Laudonenſem pagum, Ambianenſem, & Remenſem, rapinis, incendiis diu acriterque vexaverat, ab eodem Conone legato, & synodo excommunicatus eſt, nam populorum querelis ab synodo auditis, *Venerabilis S. R. E. legatus Cono Præneſtinus Epiſcopus, moleſtia quærelarum Eccleſiarum, pauperum, & orphanorum divexationum tyrannidem, mucrone B. Petri, anathemate ſcilicet generali detruncans, cingulum militarem ei licet abſenti decingit, ab omni honore tamquam infamatum ſceleratum, Chriſtiani nominis inimicum omnium judicio deponit*, ac tandem cum Eccleſiæ jura violari, rebuſque ſuis paſſim per vim a potentioribus ſeculi ſpoliari cernerent Epiſcopi, ne ultra id fieret, collectis etiam præcedentium conciliorum, Romanorumque Pontificum decretis, quibus id vetabatur, Bellovacenſis synodus juſſit, ut ibidem videre eſt.

Jesu Chr. an. 1114.

Concilium Bellovacenſe celebratur, variæ ibidem cauſæ agitatæ. *Labb. to.* 10. *p.* 797.

Jesu Chr. an. 1114. Ivonis epiſt. 266., 267., 275. ejus obitus, & ſcripta.

16. Ad Cononem Præneſtinum Epiſcopum, & Romanæ Sedis in Gallia legatum, qui quatuor ibidem hoc anno concilia celebravit, frequentes extant Ivonis Carnotenſis Epiſcopi litteræ, quibus ſe iis synodis infirmitate detentum adeſſe non poſſe narrat, at per legatos, vel litteris ſcriptis ſententiam ſuam expoſuit; Quare eum diutina infirmitate vexatum non multo poſt obiiſſe ſcimus, anno ſcilicet 1115., vel potius ſequenti 1116. ut adnotat Mabillonius, & auctor vitæ ejus, operumque editor aliique tradunt, at eum annum 1117. attigiſſe adnotat Pagius, ex vetuſto Calendario monaſterii Sancti Quintini, ubi Ivo Abbas fuerat, quo hæc leguntur. *Kal. Januarii objit venerandæ memoriæ Magiſter Ivo, præ aliis ſui temporis doctor inſignis, primus Abbas hujus Eccleſiæ poſtea Carnotenſis Epiſcopus. Obiit autem tantum vir iſte anno Incarnat. Chriſti milleſimo centeſimo decimoſexto, pro cujus anima damus ad eleemoſynam unum framenti modium*; Annus porro ibidem 1119. a Paſchale incœptus, cum ſequenti uſque ad Paſcha 1117. concurrebat, ait Pagius.

Mabill. Annal. lib. 72. n. 124. 125. Pagius ann. 1117. n. 14.

Ivonis elogium, & ſcripta.

17. At ſive deſinente anno 1116., vel Kal. Januarii obierit Ivo, vix intereſt, quem pietate, & doctrina celeberrimum fuiſſe geſta, & ſcripta quæ ſuperſunt, ſatis probant; Is Becci primum ſub Lantfranco diſcipulus, deinde ejuſdem ſcholæ magiſter, ad Carnotenſem deinde Eccleſiam evectus, per annos 26. ſanctiſſime adminiſtravit; *ac malis conſuetudinibus, & exactionibus Comitis Carnotenſis liberavit*, ait Robertus de Monte in chronico, ubi Ivonis elogium texit, cujus opera luce clariora ſunt, & præcipue epiſtolæ tercentum fere omni eruditionis genere refertæ, quibus quæſtiones plurimas ſive moralis diſciplinæ, vel juris canonici ſibi propoſitas ſolvit ad Rom. Pontifices, ad Reges, & Principes, ad Epiſcopos, & Abbates aliosque datæ, iiſque ſeculi ſui diſciplinam ob oculos ponit, quarum ſumma Dupinius exhibet, ſicut etiam ſummam, ſeu titulos libri decretorum numero viginti ſeptem; Hanc decretorum collectionem circa annum 1090. vulgavit, cui excerptionis titulum indiderat, ac poſtea decretum dicta fuit. Poſt Burchardi Vormatienſis canonum collectionem, Ivo Carnotenſis, ut in prologo ait, *Excerptiones regularum Eccleſiaſticarum partim ex epiſtolis Rom. Pontificum, partim ex geſtis conciliorum Catholicorum Epiſcoporum, partim ex tractatibus orthodoxorum Patrum, partim ex inſtitutionibus Catholicorum Re-*

Dupin. secul. 12. tom. 1. p. 1. ad 78.

Regum nonnullo labore in unum corpus, vel opus adnotare ravi &c., ſicque per titulos materias diſtribuens, integrum juris canonici corpus digeſſit, quo paſſim uſi ſunt juris ſtudioſi uſque dum Bononienſis monachus Gratianus decretum ſuum vulgavit: decretorum libro Panormiam addidit Ivo, qua ſummam, ſive compendium libri decretorum in octo partes diſtribuit; ſed de Ivonis geſtis, & ſcriptis hactenus, plura dabunt Bellarminus, Dupinius Caveus Oudinus &c. Pagius, aliique qui de Eccleſiæ ſcriptoribus ex profeſſo ſcripſerunt. Ivonis opera in unum collecta, Pariſiis in lucem edidit Fronto S. Genovefæ canonicus regularis. Jesu Chr. an. 1114.

18. Florebat hoc tempore Rupertus Tuitienſis monaſterii prope Coloniam Abbas, monachus primum cœnobii S. Laurentii in monte Leodii, qui multa opera tum in juventute, cum ætate provectior in lucem edidit, in ſacram ſcilicet ſcripturam, veteris, ac novi teſtamenti commentaria, de Sanctiſſima Trinitate libros 42. ad Cononem Abbatem Sigebergenſem, de glorificatione S. Trinitatis, & proceſſione Spiritus ſancti libri novem, cum hymno ad Spiritum S., epiſtolam ad Romanum Pontificem, & prologum ad Cunonem Ratisponenſem tunc Epiſcopum, aliaque plurima duobus in folio voluminibus edita Pariſiis Anno IIII. librum de divinis officiis per anni circulum celebrandis, in duodecim partes diſtinctum conſcripſit, ad Cononem, ex quo illuſtrem hiſtoriam, ſeu miraculum pro confirmanda vera Chriſti Reſurrectione refert, ab Baronio eodem anno relatum, quos libros, cum nonnulli Yalderamno cuidam adſcripſiſſent, eoſdem Ruperto vindicavit Gerberonius, cui paſſim ſubſcribunt eruditi Noli, Alexi Pagius, Caveus &c. Hunc tamen in eum errorem incidiſſe, ut crederet in Euchariſtia, cum corpore Chriſti panis, & vini ſubſtantiam perſeverare, adnotarunt pleríque, atque ex iis Clariſſimi Baronius, & Bellarminus, cui opinioni duriores quædam, obſcurioreſque phraſes ab ea adhibitæ cauſam dederunt; At Natalis Alexander & ſupracitatus Gerberonius, & Mabillonius, ab ea labe vindicarunt, Gerberonius vero in appendice ad S. Anſelmi opera Dialogum Chriſtiani cum Judæo Ruperti Abbatis ineditum vulgavit, uſque ad annum 1135. Rupertum vixiſſe ſcimus.

Roberti Abbatis elogium, & ſcripta.

Bar. an. 1111 49. Bellarm. de ſcriptor. Eccles. Nat. Alex. Sec. 11. & 12. p. 1. Mabil. Annal. lib. 72. n. 7.

19. Inter eruditos viros, qui hoc tempore in Galliis per bonam æque, ac malam famam floruerunt, Petrus Abailardus in Nannetenſi Diœceſi ortus recenſetur, qui varias vitæ ſuæ vices

Petri Abaylardi geſta & ſtudia.

Jesu Chr. an. 1114.

ces in epiſtola ad amicum, quæ prima inter epiſtolas ejus recenſetur, enarrat, ac ſe Berengario patre natum ait, qui etſi militiam ſequeretur, filium tamen litteris deſtinavit, quarum ipſe amore captus, & præcipue dialectica varias ea de cauſa provincias peregrinatus eſt, variaſque ſcholas frequentavit Pariſiis, deinde ſcholam Gulielmi Campellenſis, magnæ tunc in Dialectica famæ magiſtri frequentavit, cujus cum nonnullas ſententias confutaſſet, inde excedere coactus, Meloduni Abailardus ſcholam aperuit, & Dialecticam docere cœpit, *& ab hoc* ait, *Scholarum noſtrarum exordio ita in arte Dialectica nomen noſtrum dilatare cœpit*, ut Campelli magiſtri ſui nomen obſcurarit, ut idem refert, quare ab Campello, qui etiam hoc anno Catalaunenſis Epiſcopus ordinatus fuit, diſcedens, Pariſiis ſacras etiam litteras cum dialectica docuit, ac Petrum Lombardum Pariſienſem poſtea Epiſcopum, & Scholaſticorum Principem inter diſcipulos ſuos habuit; Varias etiam, paulo poſt cum Anſelmo Laudonenſi, qui Campellio magiſtro ſucceſſerat, de interpretatione ſacræ ſcriptutæ concertationes habuit, quas referre non juvat.

Abailardus ob ſtuprum fit Eunuchus

20. Pariſiis interea reverſus, ac in ea Metropoli ſacras humanaſque litteras, non ſine multorum admiratione docens, Rogatus ab Fulberto Pariſienſis Eccleſiæ canonico, ut Heloiſſam neptem, virginem ortu nobilem, ac venuſtate præſtantem, & ob eximias animi dotes, linguarumque peritiam tota Gallia celebrem, in ſchola ſua admitteret, in laqueum a diabolo paratum incidit, nam amoribus ejus paulo poſt illaqueatus *ſub occaſione diſciplinæ*, ait ipſe, *amori penitus vacabamus*, *& ſecretos receſſus, quos amor optabat*; *apertis itaque libris plura de amore, quam de lectione verba ſe ingerebant, plura etiam oſcula, quam ſententiæ &c.* Cum ex turpi conſuetudine Heloiſſa concepiſſet, filium poſtea peperit, cui nomen Aſtrolabium impoſitum fuit; ut autem ſcelus tegeretur, cum parentum puellæ conſenſu, ſecreto eam uxorem ducere Abailardus coactus fuit, ea tamen ſatisfactione nequaquam Heloiſſæ parentes, & avunculus contenti fuerunt; Quin eum ex improviſo adorti, in eo, in quo peccaverat, multati ſunt eunuchum facientes: quamobrem pudore ſuffuſus monaſticum habitum in monaſterio S. Dionyſii prope Pariſios, induit: Heloiſſa vero in Monaſterio Argentelconenſi ubi temporis tractu, & Abbatiſſa fuit; Monachus vero factus, litteras iterum docere coa-

ctus

ctus fuit, hinc ait. *Vix de vulnere convalueram, cum ad me confluentes Clerici, tam ab Abbate noſtro, quam ipſe continuis ſupplicationibus efflagitabant, quatenus quod hactenus pecunia, vel laudis cupiditate egeram, nunc amore Dei operum ſtudio darem &c.* quare iterum humanas divinaſque litteras docens, plurimorum iterum invidiam excitavit, graveſque certe paulopoſt quæſtiones excitavit, cum ingenio ſuo plus juſto fidens, ceteros ſuperbia elatus deſpiceret, novaſque opiniones, vel ſaltem in exponendis chriſtianæ religionis myſteriis, novas inuſitataſque voces, contra Apoſtoli præceptum *vocum novitates devita*; unde ad Eccleſiæ tribunal, ut fidei ſuæ rationem redderet, non ſemel vocatus fuit, ac primum in Sveſſioneneſi concilio anno 1121., ut ibidem dicturi ſumus.

Henrici Imp. nuptiæ cum Mathilde.

21. *Anno Milleſimo decimoquarto, Henrico Romanorum Imp. filia Regis Anglorum Henrici* (Mathildis dicta) *ſeptimo idus Januarii Moguntiæ deſponſata, & in Imperatricem conſecrata*; ait Simeon Dunelmenſis in hiſtoria Regum Anglor., eademque narrat Uſpergenſis in chronico ad hunc annum, qui addit Friſonem, & Colonienſes ab eo defeciſſe, ac adverſus eum Saxones etiam anno ſequenti rebellaſſe.

Colomanus Hungariæ Rex moritur cui Stephanus 2. ſuccedit.

22. In chronico Hungarorum narrat Joannes Turocius cap. 62. Calomannum Hungariæ Regem Almum fratrem ſuum filiumque ejus Belam adhuc infantulum excœcaſſe, & poſtea labente hoc anno *tertio nonas Februarii feria tertia*, obiiſſe, cui Stephanus hujus nominis ſecundus Calomanni filius ſucceſſit: quem ut ſubdit auctor, *Timebant omnes Reges tumquam ictum fulminis, unde infantes vagientes, comminatione nominis Regis Stephani quieſcere compellebantur*. At de his, geſtiſque hoc anno hactenus,

JESU CHRISTI AN. 1115. PASCHALIS II. PAPÆ AN. 7. HENRICI IMP. 5. ALEXII COMNENI IMP. 27.

Paschalis Papa concilium Trojæ in Apulia celebrat. *Labb. to. 10. p. 802. lib. 4. cap. 54.*

1. *Menſe Majo hujus anni Papa Paſchalis Roma egrediens*, ait Petrus Diaconus, in chronico Caſſinenſi, *venit ad hoc monaſterium, noſtrumque Abbatem ducens, ſynodum celebraturus Trojæ, indeque regrediens Eccleſiam S Vincentii, quam Gerardus hujus cœnobii monachus juxta ortum Volturni fluminis a fundamentis contraxerat, ſolemniter dedicavit &c.* eadem

Jesu Chr. An. 1115.

Murat. rer. Ital. to.4. & to.5. p. 89.

dem enarrans Fulco Beneventanus in chronico addit. *His omnibus, & aliis ita peractis*, hoc, & ſuperiori anno *Apoſtolicus ipſe nono Kal. Septemb. Trojam tetendit, ibique concilium ſtatuit, & firmavit, ad cujus ſacri conventus præſentiam fere omnes Apuliæ Proceres Archiepiſcopi, & Epiſcopi convenerunt.* Inter cetera vero ibidem ſtatuta *Tregua Dei ſtatuta eſt*, quam Comes Jordanus, & Comes de Lauritello & alii Barones Apuliæ ſacramento ſe per triennium ſervaturos promiſerunt. Sicque, ut ſubdit anctor; *Confirmato Concilio, & pie finito Papa Beneventum tertio die intrante menſis ſeptembris reverſus eſt, deinde Apoſtolicus ipſe civitatis negotia, quæ imminebant, dijudicans, Romam reverſus eſt ſeptimo Kal. Octobris*; Hæc Fulco de geſtis Paſchalis Papæ hoc anno.

Reliqua Paschalis Papæ geſta hoc anno.

Labb. to.10. p.803.

2. Cum inter ſe diſſiderent Veſontionenses canonici Eccleſiæ Sancti Joannis, cum Canonicis Eccleſiæ S. Stephani, dum utrique Eccleſiam ſuam, Matricem, ſeu Cathedram eſſe contenderent, Guidoni Viennenſi Archiepiſcopo Apoſtolicæ Sedis in Galliis legato cauſam Paſchali Papa cognoſcendam commiſit; hæc ad eum ſcribens, *Fratrum Eccleſiæ veſtræ, quæ præſentes ad vos litteras deferunt, ſuggeſtione cognovimus, quoniam inter Canonicos Sancti Stephani, & Canonicos Sancti Joannis, quæſtio de quibuſdam capitulis agitur: quorum deciſiones, petentibus ipſis, fraternitati tuæ committimus, ut ea inter utramque Eccleſiam media æquitate diffinias. Quod ſi apud vos pacifice diffiniri nequiverint, utramque partem ad nos cum fraternitatis tuæ litteris convenire præcipimus. Rogamus etiam rogantibus ejus dilectionem tuam de Archidiaconata de Dola, quo ſe ſine judicio exſpoliatos conqueruntur, facias reveſtiri, & mox plenam inter eos juſtitiam exequaris. Datum Laterani II. Idus Maji*; reſcripto altero, eidem Guidoni inſcripto, cauſam pene deciſam judicio ſuo fuiſſe, ait Pontifex: cum enim Canonici S. Joannis per multos annos Epiſcopalem Sedem in eorum Eccleſia permanſiſſe aſſererent; Econtra Canonici S. Stephani, id ea de cauſa tunc accidiſſe reponerent, eo quod deſtructa olim remanſerat eorum Eccleſia, at cum eadem reſtaurata fuiſſet, Epiſcopalem n ea ſedem reſtituendam eſſe petebant; Quare ſubdit Pontifex; *Communi fratrum noſtrorum conſenſu judicatum eſt, ut ſi Canonici B. Stephani teſtibus idoneis probare potuerint, quod poſt redintegrationem Eccleſiæ ſuæ infra annos triginta ſuper querela hac*

quæ

quæſtionem fecerint, per quam illorum videatur interrupta retentio, videlicet, vel ante Antiſtitem ſuum, vel ante Legatum noſtrum in communi audientia: hac probatione perfecta, privilegia eorum proprium robur obtineant, & Epiſcopalis Sedes impoſterum apud B. Stephani Eccleſiam habeatur: alioquin canonici B. Joannis ab hac querela liberi maneant, & Epiſcopalem Sedem ſicut tenuerunt teneant &c., & ut res ſibi invicem ablatas, injuriaque retentas reſtituerent, jubet, nec excommunicationis diuturnitatem, *quam a fraternitate tua paſſi ſunt*, in hujus cauſæ expeditione obſtare poſſe; Quin *Sollicitudini tuæ præcipimus*, addit, *ut pro hoc negotio peragendo tanti ſcandali lite ſedanda adhibitis tecum ſapientibus, & religioſis fratribus vel diviſionem, vel in alium competentiorem locum convenias*, ubi convocatis teſtibus ad minimum quinque ſive clericis, ſive laicis, abſque partium ſtudio totam litem componeret, cujus judicii excuſationem, *uſque in Aſſumptionem proximam B. Mariæ perfici*, *conſumarique* jubet, & ut interea in utraque Eccleſia ſecundum conſuetudinem officia celebrarentur, jubet; ac *Datum Laterani decimo Kalen. Maji* dicitur. JESU CHR. AN, 1115.

3. His acceptis mandatis Guido Viennenſis Archiepiſcopus, & Legatus Apoſtolicæ Sedis, ut eam litem componeret, Gaucherano Lugdunenſi Archiepiſcopo cum Epiſcopis vicinanarum civitatum novem, & Abbatibus migrati fere aliſque convocatis ſynodum Trinorchii celebravit, ut idem Guido, cum jam Rom. Pontifex eſſet, Callixtus ſecundus dictus, narrat in litteris ad Anſericum Biſontinum Epiſcopum, cum eamdem cauſam retractare coactus fuit, eoque conſilio ſtatutum eſt, ut Canonici S. Joannis cathedralem Sedem obtinerent, eo quod Canonici S. Stephani in probatione defeciſſent, & inter multos teſtes, vix fide dignos exhibuiſſent, quos utpote prætio conductos ſynodus, pro commiſſo perjurio, pro ſacrilegio, excommunicatos rejecit, ut idem Callixtus Papa narrat, cum tamen, ob teſtium repulſam apud Paſchalem Papam conqueſti eſſent Canonici S. Stephani, Pontifex ſynodi ſententiam nequaquam probavit, nec legitimam fuiſſe teſtium excluſionem ibidem factam fuiſſe declaravit. Quare ut eadem cauſa iterum juxta litterarum ſuarum tenorem retractaretur, jubet, *Alioquin ad præſentiam noſtram parati prorſus, & inſtructi proximo Quadrageſimalis Concilii tempore revertantur. Data Trojæ ſexto*

Concilium Trinorchii Guido celebrat.

Jesu Chr. an. 1115.

ſexto Kal. Septemb. indict. octava, ſeu hoc anno cum Trojæ Paſchalis eſſet. Eadem tamen cauſa nec ſub Paſchali Papa, aut Callixti ſecundi tempore, finem habuit, donec anno 1253. Hugo dinalis a ſancto Caro dictus per Germaniam legatus, ex Canonicorum conſenſu ambas Eccleſias univit ut tamquam unum ex utriſque eſſet Capitulum, & ambæ Eccleſiæ Epiſcopales Sedes haberent, in quibus pro arbitrio ſuo Epiſcopus Eccleſiaſtica officia perageret.

Concilium Catalaun. celebrat.

4. Inter concilia hoc anno celebrata Calaunenſe recenſetur, ab Conone Apoſtolicæ Sedis legato celebratum, cujus mentio fit in Codice ms. Montis Dei his verbis *Catalaunis Cono, quarto habito concilio prædictum Regem*, (Henricum ſcilicet Imp.) *damnavit quarto idus Julii*, ſeu quinto, ut in chronico S. Petri vivi legitur. Simeon etiam Dunelmenſis in hiſtoria Regum Angliæ de eodem concilio hæc narrat ad labentem annum: *Magnum concilium a Cono*, ſeu Conone, *Rom. Eccleſiæ Cardinali Catalaunis celebratum eſt, in quo excommunicavit Epiſcopos, qui concilio non interfuere; quoſdam vero degradavit, & plurimos Abbates, baculis privatos depoſuit de Sedibus, Eccleſiaſticum illis interdicens officium*, cumque ex iis Epiſcopis ab Catalaunenſi synodo depoſitis, in Normandia quæ Henrico Regi ſuberat Diœceſes haberent, eorum depoſitionem ægre nimis Henricus tulit, ob quam rem, aliaſque cauſas, habito cum Epiſcopis ſuis conſilio, nuncios ſuos ad Paſchalem Papam miſit, ut his verbis narrat Eadmerus; *Nam ante hos dies quidam Rom. Eccleſiæ Cardinalis, functus Legatione Apoſtolicæ Sedis, Cono nomine, Franciam venerat, & ſibi juxta ſuæ legationis officium, generalia Concilia celebrans, Epiſcopos Normanniæ ab Epiſcopali officio ſuſpenſos excommunicavit* (nempe in Concilio Catalaunenſi), *eo quod Conciliis*,) hoc anno celebratis) *tertio vocati, intereſſe noluerant. Quæ Epiſcoporum excommunicatio animum Regis valde reddidit conturbatum, & rationis eſſe duxit, ſuper his Papam convenire. Maxime quod in hujuſmodi viſus ſit Privilegia Patri, & fratri ſuo ſibique a Romana Eccleſia jam olim collata, ſe non promerente, ſcidiſſe. Adhæc itaque agenda, directus eſt Villelmus Antiſtes Exonienſis Papæ notiſſimus: utpote qui ſæpe ad eum, tempore glorioſi Patris Anſelmi, pro negotiis quæ tunc inter Reges Angliæ, & eumdem Patrem verſabantur, ab ipſis fuerat Regibus deſtinatus. Nec enim cæcitas, quæ viſum ei tulerat, ab ipſo itinere illum*

lib.5. p.89.

pote-

poterat excuſare. Quid poſtea in ea cauſa geſtum ſit, Eadmerus ſilet, Pontifici tamen aliquatenus ab Oxonienſi Epiſcopo ſatisfactum fuiſſe vero proximum eſt, ait Pagius. JESU CHR. AN. 1115.

Bernardus Menevensis Episc. ordinatur.

5. His ſubdit Eadmerus, quod cum hoc tempore Vilfridus Menevenſis in Vallia Epiſcopus obiiſſet, ſucceſſor eidem Bernardus Reginæ Capellanus, vir probus, & multorum judicio, Sacerdotio dignus electus eſt, quem cum in Capella Regis conſecrandum eſſe dixiſſet Robertus Comes de Mellento, id omnino ſe facturum renuit Rodulphus Cantuarienſis Archiepiſcopus, cui Rex conſenſum præbuit, addens. *Nec enim ego, aut quilibet alter poteſt Epiſcopum Cantuarienſem aliquo modo conſtringere, ut Epiſcopos Britanniæ alibi conſecret, quam ipſe velit. Propoſuit itaque* Rodulphus Cantuarienſis Epiſcopus, *illum in Eccleſia hoſpitii ſui apud Lambetam conſecrare, verum, quia ipſi officio Regina intereſſe voluit, poſtulatus ab ea ſacravit ipſum in Eccleſia B. Petri Veſtmonaſterii 13. Kal. octob. accepta ab eo ſolita profeſſione, & ſubjectione, & obedientia Eccleſiæ Cantuarienſi, & Epiſcopis ejus exhibenda &c.* ejuſque conſecrationi ſuffraganeos Cantuarienſis Eccleſiæ, quorum ibidem nomina, & Sedes Eadmerus recitat, interfuiſſe ait.

Duo alia concilia Coloniæ celebrata.

6. Cum animo obfirmato inveſtiturarum jus Henricus Imp. tueretur, ab Apoſtolicæ Sedis legatis, Epiſcoporumque ſynodis non ſemel ea de cauſa excommunicatus fuerat. Hoc anno duo concilia Coloniæ ab Conone Apoſtolicæ Sedis legato celebrata ſunt, alterum die 19. menſis Aprilis, ſeu ſecunda feria Paſchalis feſti, alterum inſtante feſto nativitatis Domini, de priori in Codice MSs. Montis Dei, hæc leguntur: *Item Concilium* (Legatus Sedis Apoſt in Gallia) *Feria II. proximi Paſchæ Regem Henricum* (coronatum Imperatorem) *damnavit Coloniæ in Templo S. Gereonis*, De poſteriori, Uſpergenſis verba faciens de Alberto Moguntiæ Archiepiſcopo, qui Henrici Imp. partes ſecutus fuerat, ſcribit: *Hic non multo poſt Sedis Apoſtolicæ Legato Theoderico ſe nunciis, & litteris ſubjiciens, ipſum ſibi, cæteriſque non paucis Præſulibus Coloniam occurrere poſtulavit, ubi & mandata Papæ, quæ ſibi detulerit, communiter percipi, & ille* (Adelbertus) *ſuam conſecrationem, diu ſcilicet intercluſam* (quia ut tradit Uſpergenſis in Chr. ad annum MCXI. dilata fuit, annulum, & virgam Paſtoralem ſuſceperat ab Henrico Imp.) *tanta auctoritate conſequi poſſit. Qui conventus inſtante Feſto Natalis Domini* (ſeu, ut loquitur Trithemius eadem enarrans,

natur. *Labb. to.10. p.806.*

Jesu Chr. an. 1115.

circa finem Decembris) *factus eſt non abſque indignatione Imperatoris, qui necdum plene voluntarius erat in conſenſu ejuſdem ordinationis. Anno Domini* 1016. (qui nobis annum a Kalendis Januarii incipientibus eſt adhuc annus 1015.) *Imperator Natalem Domini Spiræ cum paucis Epiſcopis, & Principibus celebrans, ea quæ interim Coloniæ gerebantur, graviter tulit. Audivit enim, quam plurimos ibi conveniſſe, non ſolum Metropolitanos, ſed etiam alios Epiſcopos, uti Optimates Regni cauſa præcipua verbum excommunicationis in ſe manifeſtandi, quamvis ipſe Cardinalis* (ſc. Dietericus ſeu Theodericus (*cujus hæc initiabantur auctoritate, & itinere defunctus, ille ad ſepulturam potius, quam ad actionem delatus eſſet Concilii. Miſſus tamen ab eo illuc Pirtzburgenſis, audientiam, vel communionem, nonniſi reconciliatus habere meruit.* Idem narrat Trithemius citatus ad annum 1015. ſed Tomo x. Concil. hoc ſecundum Concilium Colonienſe male in annum ſequentem dilatum eſt, ac in altera conciliorum editione corrigendum erit, ait Pagius.

Concilium Ovetense in Hispania. *Concil. novis. edit. tom. 21 pag. 131.*

7. In Hiſpania quoque hortante, & præſente Urracha Regina Ovetenſe Concilium celebratum eſt, quod Santovallius in vita ejuſdem Reginæ refert, in noviſſima Conciliornm editione additum, eique Pelagius Ovetenſis præfuit, ac contra prædones, ſacrilegos, violatoreſque Temolornm plura ſtatuta ſunt; Inter cetera, ut nullus poſſet quemlibet e Templo vi extrahere, neque a ſpatio ſeptuaginta paſſuum circum, rem ullam vel reum, niſi eſſet qui confugiſſet in azylum manifeſte ſervus, vel latro publicus, vel proditionis alicujus convictus, aut publice excommunicatus, vel Monachus fugitivus, vel Monialis, vel violator Templi; quicumque vero Eccleſiæ immunitatem violaſſet, ablata reſtituere teneatur, pœnitentiamque in quadruplum agat, Monachus vero ſub Regula S. Benedicti, vel Heremita, aut ſervus Eccleſiæ, qui damnum intuliſſet, peregrinationem perpetuam ſuſcipiat &c. ſynodi decretis poſt Urracham Reginam, ejuſque filios, & filias, ſub ſcripſere Epiſcoporum plurimi cum Magnatibus aulæ, inter eos Bernardus Toletanus Archiepiſcopus, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, aliique plurimi, quorum ex Sandovalio nomina recitat Pagius.

Mathildis Comitissæ obitus.

8. Dum hæc agerentur Mathildis Comitiſſa, tot titulis illuſtrata, hoc anno die 24. Julii, ætatis ſuæ anno 69. in Caſtello

ſtello Bondeni agri Ferrarienſis ait Pagius ſeu potius ut adnotat Manſius agri Regiani in pago Bondeno *de Roncherio* dicto, viv̄ere deſiit; Annum diemque obitus, aut ætatis ejus his verſibus deſcripſit Donizo in vita ejusdem.

JESU CHR. AN. 1115.

Murat. rer. Ital. tom. 5. p. 383.

Dum his quarta manet Indictio, jungitur atque
Virginei partus qui currere cœperat annus
Millenus quintusdecimus centeſimus, illum
Natalem Chriſti voluit celebrare Mathildis.
&c de ætate ipſius, menſe, dieque obitus ſic.
Sex deciesque novem vivens annos in honore,
Iulius ante dies octo quam det prope finem,
Scilicet ante diem celebrem Jacobi Zebedæi,
Corpus ei Chriſti, pariterque crucem Crucifixi
Porrexit Præſul Reginus corde ſerenus,
Quique Bonus ſenior proprio ſit nomine dictus:
In manibus ejus Comitiſſa Mathildis ab hujus
Ærumna ſæcli jugiter memoranda recedit.
In Cruce nam Chriſti ſua figens oſcula dixit.
Te colui ſemper, mea nunc rogo crimina terge.
Accipiens Chriſti Corpus venerabile, dixit.
Semper dum vixi, Deus, hoc ſcis, ſpem tibi fixi.
Nunc in fine meo me ſalvans, ſuſcipe quæſo.
Sic orans migrat mox hæc ſapiens Comitiſſa &c.

Femina, ut ait Uſpergenſis, *ſicut nemo noſtris temporibus ditior, ac famoſior, ita nemo virtutibus, & religioſe ſub laica profeſſione reperitur inſignior &c.*, cujus corpus in monaſterium Sancti Benedicti Polironenſe in agro Mantuano ſolemniter delatum, ac honorifice ſepultum eſt, atque ab Urbano octavo inde anno 1635. ad urbem tranſlatum, magnificentiſſimo Mauſoleo in baſilica S. Petri erecto reconditum fuit, cujus præclara geſta Donizo Presbyter, & Monachus Ordinis Sancti Benedicti, eadem vivente ipſemet verſibus deſcriptis, dicavit, ut ex præfatione operi præfixa patet; ab Mathildis tamen obitu præventus, opus ſuum eidem offerre non potuit, ut in capite ultimo, cum de ejuſdem felici exitu agit, teſtatur;

Murat. ut ſupra p. 382

Cogitat, & tractat vir, ſed Deus ordinat apta
dictavi binos nuper cum carmine libros

 Quos

JESU CHR. AN. 1115.

Quos ego Mathildi Comitiſſæ mittere dixi,
Partes illius Codex loquitur quia primus
Ad laudem cujus manet editus, atque ſecundus
Frivola vitavi, quæ ſcripſi vera probavi.
Lætitia mentis libros dum nuto tabellis
Nuncius advenit, qui me nimis obſtupeſcit,
Dicens extinctam præfatam Comitiſſam,

ac quantum eo nuncio perculsus fuerit exponit; poſt Donizonem auctor alter, cujus nomen, & ætas ignoratur vitam ejus ſoluta oratione expoſuit, ac cum Domnizone ubique conſentit; cujus etiam geſta plures alii proſequuti sunt; Florentinus qui Mathildis geſta tribus libris digeſſit, ab clariſſimo Manſio iterum vulgata, noviſque monumentis, notisque illuſtrata; plura etiam de eadem illuſtri femina Bacchinius edidit in hiſtoria Monaſterii Polironenſis, ſeu Sancti Benedicti ad Boldenum prope Mantuam, vel Dionyſius Baſilicæ Vaticanæ beneficiarius in erudito opere, quo Cryptas Vaticanas illuſtravit.

pag. 89. seqq.

Henricus Imp. Mathildis hæreditatem ſibi vindicat.

9. Mathilde autem hoc labente anno defuncta, cur Paſchalis Papa, ſeu Romana Eccleſia ejusdem hæreditatem non adierit, cui vivens Mathildes ſemel, & iterum bona ſua, ſive feudalia, ſive allodialia donaverat, ut alias adnotavimus; cur inquam, ea defuncta hæreditatis poſſeſſionem non adierit; diſſidia inter Paschalem Papam, & Henricum quintum Imp. in cauſa fuere, nam vix de ejusdem obitu nuncius in Germaniam delatus eſt, Henricus hæreditatem ejus ſibi vindicavit, & anno sequenti in Italiam ab Italorum Proceribus invitatus tranſiit. *Directi ab Italia nuncii obitum illius inclitæ Mathildis nunciant, ad ejuſque prædiorum terras ampliſſimas hæreditario jure poſſidendas Cæſarem invitant*, ait Uspergenſis ad hunc annum; Defuncto tamen Henrico in Mathildis hæreditatem jus ſuum Romana Sedes recuperavit, & continua poſſeſſione, adverſantibus etiam non ſemel Henrici ſucceſſoribus, retinuit; uti pluribus perſequitur Cennius diſſertatione quinta Carolino Codici inſerta, ut cæteros prætereamus ſcriptores, qui Romanæ Eccleſiæ jura in Parmensem, Placentinum, & Ferrariensem Ducatum vindicarunt.

Germaniæ Præsules Henrico adversantur.

10. Cum de Italico itinere, deque Mathildis hæreditate capienda cogitaret Henricus, non paucos in Germania ex Proceribus, & Epiſcopis adverſarios ſuſtinebat; his Saxones præcipue,

pue, qui jamdiu eidem infenſi erant, & Dieterico Apoſtolicæ Sedis legato conjuncti, iiſque Epiſcoporum plurimi, cum Romana Eccleſia ſociati ſunt, ut narrat Uſpergenſis. *Saxonum vero conſenſus ad reſiſtendum* Imperatori *magis ac magis roboratur. Ad hæc quemdam Cardinalem Romanum nomine Dietericum, legatione in Pannonias functum, per Nuntios adſciſcunt, quo etiam præſcripti Concilii actionem, & per ipſam Imperatoris excommunicationem prædicante, tam Archiepiſcopus Magdaburgenſis, quam cæterarum Eccleſiarum Præſules reconciliationem recipiunt &c.*, atque jam ſuperius Adalbertum Moguntinum Archiepiſcopum ab Henrico Imp. defeciſſe adnotavimus, quem etiam Apoſtolicæ Sedis legationem in Germania poſtea geſſiſſe videbimus.

Jesu Chr. An. 1115.

11. Ex Adalberto Moguntino ad Auguſtenſem Epiſcopum Herimannum tranſimus, qui non ſemel de gravioribus criminibus accuſatus, judicium æque, ac debitam pro criminibus pœnam declinavit, cujus cauſam clerus, populuſque Auguſtanus ad Paſchalem Pontificem detulit, ut Udeſcalchus narrat, & Paſchalis Papæ epiſtolæ teſtantur, *deprehenſus jam crebrius in ſtupri fœditate*, ait auctor coœvus, *dictus Hermannus* Epiſcopus. *Poſt monialium, ſeu aliarum meretricum ſcortum, perpetraſſe in Eccleſia diffamatur adulterium. Cujus videlicet uxoris maritus, cum eſſet fortitudine, ac bonitate conſpicuus, facile totam civitatem potuiſſet in adulteri concitare necem; ſed malens gladio ſpirituali judicium ſibi fieri, quam materiali, Sedem petivit Apoſtolicam de crimine facturus querimoniam. Auguſtana vero Eccleſia tanto ſcelere quaſi de graviſſimo erroris ſomno experrecta, ad eamdem Sedem litteras dirigit, quid ſuper tali Epiſcopo ſentire debeat, inquirit, quæ infra poſitis informatur ſcriptis.* His acceptis Paſchalis Papa, ſe Herimannum numquam abſolviſſe, ut forte Auguſtenſes putabant, teſtatus eſt. *Pro querelis quibuſdam*, ait, *quæ ſuper Epiſcopo veſtro ad audientiam noſtram ante quinquennium pervenerunt, nos ei tunc temporis officium Epiſcopale interdixiſſe meminimus, quia & a noſtro id temporis Legato bonæ memoriæ Richardo Albano, Epiſcopo, ſicut veſtris ſignificatur litteris, invitatus, & noſtra præceptione præmonitus, nequaquam ad ſtatutum terminum ante nos curavit occurrere, aut purgationis debitum exhibere. Ex illo namque tempore numquam interdicti remiſſionem nos ei feciſſe meminimus.* Hanc quidem cauſam quinquennio ante, cum

Herimanni Auguſtani Epiſc. cauſa ad Paſchalem delata.

Jesu Chr. an. 1115.

cum primum querelæ adverſus Herimannum delatæ fuerant, Arnaldo Moguntino Archiepiſcopo juſſerat Pontifex, ut convocatis in synodo fratribus, atque ſollicite inquireret hæc ad eum, ſcripſerat; *Super cetera horrenda, & infamia, quæ de perſona Auguſtenſis jamdudum ad Sedis Apoſtolicæ audientiam perlata ſunt: nuper querelam Adalberti Auguſtenſis civis lacrymabili ſuggeſtione ſuſcepimus. Quam nimirum perſonis Eccleſiaſticis, & dicere, & audire turpe eſt, ſed ex ipſius Adalberti poteris relatione cognoſcere. Tibi ergo, ad quem hujuſmodi diſcuſſio pro Metropolitanæ dignitatis debito attinet literarum præſentium præceptione injungimus, ut hujuſce negotii veritatem, convocatis fratribus, ſollicita inquiſitione diſcutias, & quod juſtitia exegerit, decernatis, Quod enim a vobis juſte, & rationabiliter, auctore Deo ſtatutum fuerit, nos ratum habebimus*: Quid Arnaldus Moguntinus in ea cauſa egerit, vix conſtat; hoc unum ſcimus ad ſolitas fraudes Herimannum confugiſſe, ac in Auguſtana Sede uſque ad Callixti ſecundi Pontificatum, iiſdem criminibus implicatum, ac cum Burdino Antipapa ſociatum perſeveraſſe, ut narrat Egino Sancti Uldarici Auguſtani Abbas in epiſtola de rebus ſuis, cum ſub Callixto ſecundo, ſœviſſimam ab Herimanno perſecutionem ſuſtinens, inde excedere coactus, Callixtum Papam in itinere adiit, ac in urbem uſque ſecutus eſt, eaque inter cetera adnotat, eum *pro inobedientia diuturna* ab omni Pontificali officio interdictum fuiſſe a Beatæ memoriæ Paſchali ſecundo, atque a ſucceſſore ejus Gelaſio ſecundo, nec non a ſancto adhuc ſuperſtite Papa Callixto ſecundo.

Paschalis Papa epiſt. ad Clerum Auguſtanum.

12. Interea ad ſolitas converſus fraudes Herimannus, opera uſus Conradi Auguſtenſis Eccleſiæ canonice litteras ſcripſiit, quibus, ne Apoſtolicam Sedem adire cogeretur, excuſationem petebat, & ut cauſam ſuam Curienſi Epiſcopo delegaret, Pontificem rogabat; *Spreto ſalubriori conſilio*, ait Udaſcalcus Auguſtenſis monachus, Egini Abbatis, in itinere ad Callixtum ſecundum ſocius, *& criminis conſcius, ſolito mendacii armatur præſidio. Litteræ ſiquidem tamquam ab Auguſtenſis Eccleſiæ perſona finguntur per Canonicum Conradum, & dictum fratrem Ratpotonem Apoſtolico diriguntur*. Quibus acceptis Paſchalis Paqa, de fraudibus, & impoſturis Herimanni nil ſuſpicans, Auguſtenſis Eccleſiæ poſtulationem admiſit, hæc ad Canonicos Auguſtanos reſcribens; *Diu eſt, quod frater noſter*

noſter Herimannus Epiſcopus veſter de tribus apud nos fuit capitulis impetitus, de pravo videlicet electionis, & conſecrationis acceſſu, de converſatione perverſa, & de rerum Eccleſiaſticarum diſtractione. Pro quibus ipſo ab Epiſcopalis officio ſuſpenſo, terminus conſtitutus eſt, quo pars utraque ante noſtram deberet præſentiam convenire. Infra quem nimirum terminum confrater & Canonicus Conradus ad nos venit, & ſicut ipſe aſſerit, a vobis accepit, quod Epiſcopus liber eſſet, niſi illi conſtituto termino convenirent. seqne pro eadem finienda causa, quæ jamdiu agebatur, ſollicitum fuiſſe Paschalis Papa teſtatur; *Sed quoniam*, ſubdit, *propter difficultates itinerum, & perſonæ infirmitatem, noſtro nequit ſe offerre conſpectui: Confratri noſtro Vvidoni Curienſi Epiſcopo negotium iſtud providimus injungendum: præcipimus ergo, ut ipſe cauſam omnem diligentius audiat. Et ſi Epiſcopus veſter de rerum Eccleſiaſticarum, & de perverſæ converſationis vita emendationem fecit, & de aliis quæ objecta ſunt, tertia Epiſcoporum, vel quinta Presbyterorum manu ſe purgaverit, reſtitutionem interdicti ſibi officii conſequatur. Datum Beneventi Kalendis Aprilis*, hæc Pascalis Papa, ſi tamen Paſchalis ea epiſtola fuit, & non potius ab Conrado Pascali inſcripta, nam idem Udascalus Monachus hæc referens, ab Herimanno, & Conrado in eamdem cauſam ſcripta paſſim conficta fuiſſe conqueritur, ac Curienſem Epiſcopum Conradi fratrem, dolique participem fuiſſe addit; unde nil mirum, in ejuſdem Eccleſiæ Sedem perſeveraſſe.

13. Cum repetitæ quoque adverſus Arnulphum Hieroſolymorum Epiſcopum quærelæ ad Sedem Apoſtolicam delatæ fuiſſent, *Dominus Papa Paſchalis auditis enormitatibus Arnulphi Patriarchæ*, ait Gullielmus Tyrius, *& de ejus immunda converſatione plenius doctus, Legatum dirigit ad partes Syriæ quemdam virum venerabilem, & multa religione conſpicuum Arauſicenſem Epiſcopum, qui ad partes noſtras perveniens, convocato univerſi regni Epiſcoporum Concilio, prædictum Arnulphum coram ſe adſtare præcepit; tandemque meritis exigentibus, auctoritate Sedis Apoſtolicæ ab officio pontificali depoſuit. Ille autem adhuc fiduciam habens in ſuis præſtigiis, quibus pene univerſorum ſubvertebat animos, transfretare coactus, ad Romanam perrexit Eccleſiam ubi Domini Papæ, & totius Eccleſiæ blandis verbis, & larga munerum profuſione religionem circumveniens, cum gratia Sedis Apoſtolicæ remeavit ad propria*

Arnulphus Hieroſolim. Episc. in Synodo depoſitus ad Sedem Apoſt. confugit.

Jesu Chr. an. 1115. *pria, Sedem obtinens. Hieroſolymitanam, eadem vivendilicentia, qua prius meruerat depoſitionem.* Hæc ſummatim is auctor, eademque Fulcherius Carnotenſis de geſtis Francorum, qui Berengarium Arauſicenſem Epiſcopum Paſchalis legatum fuiſſe addit, qui Hieroſolymam profectus, *Concilium convocavit in quo* (Arnulphum ſcilicet) *depoſuit*; *Quapropter Romam adiit, & Patriarcatu recuperato munitus pallio rediit &c.* eademque alii ſcriptores.

Geſta Dei per Francos pag. 426. & 611.

Petri Eremitæ obitus.

14. Interea ſacræ expeditionis Hieroſolymitanæ incentor Petrus Eremita hoc anno e vivis exceſſit, ut in chronico Anſelmi Gemblacenſis ad hunc annum legitur. *Petrus Eremita ex Syria reverſus apud Hium moritur, & ſepelitur in monaſterio a ſe fundoto ad Moſam fluvium*; Hinm porro, ſeu Huum oppidum eſt ad Moſam, quinque leucis ab Leodiis diſſitum, Ægidius autem aureæ Vallis monachus in hiſtoria Epiſcoporum Leodienſium *His diebus*, inquit, *Dominus Petrus Eremità, qui cum Godefrido Duce Hieroſolymam profectus fuerat, acceptis Reliquiis a Domino Arnulpho Hieroſolymitano Patriarcha de Sepulcro Domini, & de Reliqaiis Beati Joannis Baptiſtæ, cum p.ivilegio Crucesſignatorum, Domino Oberto Leodienſium Epiſcopo tranſmiſſo, ad partes Leodienſes revertitur, ubi fundavit Eccleſiam Hoy novi monaſterii in honore S. Sepulchri, & B. Joannis Baptiſtæ, in qua vir vitæ venerabilis, ſumptis aliquantis viris religioſis plantavit regulam Sanctiſſimi Patris Auguſtini; Conſumato autem vitæ ſuæ curriculo, in bona ſenectute diem clauſit extremum* VIII. *Idus Julii, cujus corpuſculum digne mandatur ſepulturæ a toto Clero, & populo Hienſi in latere Eccleſiæ*, ac deinde in cryptam prædictæ Eccleſiæ anno 1242., 17. Kal. Novembris translatum fuiſſe addit, ſed de geſtis, obitu Petri Eremitæ plura auctores vitæ ejus dabunt. Ex his Otremannus Societatis Jeſu Preſbyter.

JESU CHRISTI AN. 1116 PASCHALIS II. PAPÆ AN. 18. HENRICI IMP. AN. 6. ALEXII COMNENI IMP. 36.

Paſchalis Papæ Concil. in Lateranis celebrat. *Labb. to. 10. p. 806.*

1. Hoc labente anno 1116., *qui eſt decimusoctavus ordinationis Domni Papæ Paſchalis ſecundi, pridie nonas Martii Romæ in Sede Lateranenſi, in Eccleſia S Salvatoris, quæ appellatur Conſtantiniana, congregatis ibidem ex diverſis Regnis & pro-*

& provinciis Epiſcopis, Abbatibus catholicis, Ducibus, & Comitibus, legatis provinciarum quamplurimis. Univerſalis quodammodo synodus celebrata eſt, ait Uſpergenſis Abbas, cujus geſta per ſingulos dies, & in ſex actiones diſtributa, Baronius recitat, ac primo ibidem cauſa, quæ interGroſsolanum, & Jordanum, de Mediolanenſi Archiepiſcopatu contendentium propoſita eſt; Cum tertia die Lucenſis Epiſcopus de invaſione terræ ſuæ ab Piſano Archiepiſcopo facta, querelas ſynodo expoſuiſſet, atque utrinque longo litigio diſceptarent, Epiſcopus quidam hæc differenda ſuggeſſit; ac ea primum tractanda, quorum cauſa convenerant, *ut evidentius pernoſcatur, quid Dominus Apoſtolicus ſentiat, quid in Eccleſiis ſuis reverſi, Epiſcopi, prædicare debeant*; His propoſitis inveſtiturarum cauſa propoſita eſt; in quam rem Paſchalis Papa ſe invitum, neceſſitateque coactum, ad evertenda urbi pericula, jus inveſtiturarum Henrico conceſſiſſe teſtatus eſt; deinde ſubdidit. *Fateor me male egiſſe, ſed rogo vos omnes, orate pro me ad Deum, ut indulgeat mihi. Illud autem malum ſcriptum, quod in tentoriis factum eſt, quod pro pravitate ſui pravilegium dicitur, condemno ſub perpetuo anathemate, ut nullius unquam ſit bonæ memoriæ, & rogo vos omnes, ut idem faciatis. Tunc ab univerſis conclamatum eſt. Fiat. Fiat.* Dum hæc dixiſſet Pontifex, Bruno Signienſis Epiſcopus, gratias Deo agendas eſſe addidit, quod Pontifex privilegium damnaſſet, quod pravitatem, & hæreſim contineret; ac deinde hæreticum tunc fuiſſe adnotavit; cui *Ioannes Cajetanus Epiſcopus ad hæc commotus Signino reſpondit. Tunc hic, & in conſilio nobis audientibus Rom. Pontificem appellas hæreticum; Scriptum quod fecit Dominus Papa malum quidem fuit, ſed hæreſis non fuit*; alter vero ſubjecit, bonum etiam attentis circumſtantiis fuiſſe.

Jesu Chr. an. 1116.

2. *Ad hæc patientia Domini Papæ, horrendo hæreſis nomine pulſata, expergefacta eſt, & manu ſilentium indicens diſſidentium clamores, & murmura tali oratione compeſcuit; Fratres & Domini mei audite: Eccleſia iſta numquam habuit hæreſim, immo hic omnes hæreſes conquaſſatæ ſunt; Hic Ariana hæreſis*; ceteræque damnatæ ſunt; *Quinta feria Papa in concilio non ſedit impeditus*, ut ait auctor, *non ſolum multis, & maxime regiis negotiis per Dominum Cluniacenſem Joan-*

Paschalis Papa cauſam gaſtorum reddit.

 nem

Jesu Chr. An. 1116.

nem Cajetanum, & Petrum Leonis Vrbis Præfectum, ceteroſque illius partis fautores.

Paschalis Papa excommunicationis sententiam contra Henricum latam confirmat.

3. Sexta tandem feria, cum Conon Prænestinus Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis olim in Gallia, & Germania Legatus inſtaret, ut anathematis sententiam ab ſe ſæpius alias in Henricum latam Synodus confirmaret, & nominatim iterum Henricus excommunicaretur, Paſchalis Papa, qui juramento præſtito Henrico promiſerat, ſe nequaquam eum ob inveſtituras excommunicaturum, ut Cononi, ceteriſque ejuſdem ſententiæ Epiſcopis ſatisfaceret; ab eodem geſta confirmavit, addens. *Vere legatus ex latere noſtro fuiſti, & quidquid tu & ceteri fratres noſtri Cardinales, Epiſcopi fratres Dei, & Apoſtolorum Petri, & Pauli, hujus Sedis noſtræ auctoritate fecerunt, probaverunt, ego quoque probo, & confirmo, quidquid damnaverunt damno*; & excommunicationis ſententiam in Henricum latam, *in Græcia, Hungaria, Saxonia, Lotharingia, Francia in quinque conciliis confirmavit*, ait auctor, ſicque tandem factum eſt, ut Henrici excommunicationi Paſchalis Papa quodammodo ſubſcriberet, vel ſaltem conſentiret.

Mediol. Sedes Jordano adtributa.

4. Poſt hæc Mediolanenſium Epiſcoporum, cauſa Groſſolani ſcilicet, & Iordani agitata eſt, ac Jordano Mediolanenſis Sedes ab Pontifice adtributa; Groſſolano autem, ut ad Savonenſem,[1] unde translatus fuerat, redire poſſet, facultatem dedit, rem fuſiori ſtylo narrat Landulphus a Sancto Paulo, qui his interfuit. *Ego itaque mœrens*, ait cap. 29., *de hac intruſione*, alterius ſcilicet in Eccleſiam Sancti Pauli, unde ipſe ejectus fuerat a Nazario Muricula Primicerio, *& omnis Eccleſiaſtici beneficii in me facta expoliatione ivi ad Synodum, quam Papa Paſchalis pro cauſa Groſſolani, & Jordani Romæ celebravit, in qua ſupradictus Anſelmus de Puſterla ſecundum ſuam dignitatem honeſtum locum habuit, & ſedit. Sed neque pro Groſſolano, neque adverſus Jordanum verbum bonum aut malum protulit, Jordanus vero a principio Synodi uſque in finem ſedens, & ſilens a dextra Apoſtolici nullo mediante in Synodo fuit. At Groſſolanus ibi ſtando, & ſedendo inter Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ſeu vir prudens intendebat ad deſtruendam Jordani impoſitionem*, idem electionem in eam Sedem; *& converſionem eorum, qui ipſam fecerant impoſitionem*; ii ipſi, qui antea Groſſolano faverant, *& intendendo ad iſta egre-*

Murat. rer. Ital. tom. 5. p.498.

egregie loquebatur, Groſſolanus, *de poſitione*, , *& reſtitutione ſua, qua poſitus & reſtitutus fuit in Mediolanenſi Eccleſia*, cum alias in Lateranenſi Synodo de ſimonia accuſatus, ab Luitprando ipſo, qui per ignem tranſierat, abſolutus nihilominus, & in Mediolanenſem Eccleſiam reſtitutus fuerat; cumque cauſam ſuam defenderet Groſſolanus, *Homo, qui in iſta Synodo, ſeu in Lateranenſi Palatio contradixerit, certum locum non habuit; ſed Domnus Papa Paſchalis, qui affectans reddere illum placabilem Deo, & ſibi, ejus ſcientiam, ejuſque facundiam commendabat, atque labores, quos ipſe Papa per ſe, ſuoſque Legatos Romæ, & per Longobardorum provinciam pro ipſo Groſſolano ſuſtinuerat, coram* Synodo *referebat, & ad leniendam duritiam, & aſperitatem eorum, qui nec poſitionem, nec reſtitutionem Groſſolani ſuſceperant, vel ſuſcipiebant, non ſolum de presbytero Liprando, ejuſque lege mentionem faciebat, ſed ruinam gabutæ* (ideſt, Pedi Pontificii, quod in ipſo Concilio Romano anno 1105. coacto e Groſſolani manibus ceciderat) *introducebat. Quæ ruina tunc apparuit, quando ipſe Groſſolanus juravit, & accipiendam reſtitutionem aſcendit*. Inſuper inferebat, *quod Groſſolani translatio de Epiſcopatu Saonenſi ad Archiepiſcopatum Mediolanenſem utilitatem non contulerat. Quos caſus Groſſolanus clypeo Eccleſiaſticæ conſuetudinis, & lis a ſe quodammodo repellebat. Verumtamen Dominus Papa, nec Synodus, neque in tertia; ſive in quarta die Synodi Groſſolano per ſingulos dies pro ſe, ſuaque cauſa in Palatio, & Synodo agenti, non ſatisfecit. Sed Groſſolanus in quinta die, qui fuit ultimus illius Synodi Apoſtolicæ, inſtanti ſuis cum prædictis objectionibus. Flendo, inquit, Dominé, Domine, veniam ad vos; quamvis ii, quibus dediſti poteſtatem judicandi cauſam meam, me non diligant. Tunc Portuenſis Petrus Epiſcopus ſe & cæteros habentes hanc poteſtatem de malevolentia habita in Groſſolanum honeſte, & ſufficienter excuſavit. Et cum excuſaſſet; in communi concordia illius excuſantis, & cæterorum habentium poteſtatem iſtam prolata fuit ſententia, quæ prohibuit Groſſolanum Mediolanenſem Eccleſiam inquietare, & ad Epiſcopatum dixit ei redire*, ideſt ad Saonenſem, unde translatus fuerat; At ut idem ſubdit auctor. *Ipſe non ad Saonam ivit, ſed in ipſa urbe apud Monaſterium quod dicitur Sabaoth*, ſeu Sabæ *per annum annum, & menſes quatuor, ut Epiſcopus vixit, atque ibi ſepultus eſt octavo Idus Auguſti*;

Jesu Chr. an. 1116.

 ideſt

Jesu Chr. an. 1116.

ideſt anno ſequenti, poſt menſes ſexdecim circiter ab Lateranenſi Synodo.

Groſſolai geſta, & opera

5. Hic autem Groſſolanus, ſeu Gryſolanus vel etiam Proculanus dictus, ex Savonenſi Epiſcopatu, in Mediolanenſem Sedem translatus fuerat, cujus ordinationi cum Liprandus aliique ex Mediolanenſi Clero reſtitiſſent, ut ſupra diximus, varia fortuna exagitatus fuit, vir tamen doctrina clarus, Latina, & Græca lingua peritus, cujus in regia Bibliotheca Pariſienſi extat manuſcriptus Codex, ut adnotat Pagius, de Spiritu Sancto contra Græcos, ejuſdemque inſigne fragmentum ex Codice Vallicellanæ Bibliothecæ recitat Baronius, quod opus Conſtantinopoli digeſtum, ac Alexio Imp. dicatum, aut ſaltem oblatum fuiſſe patet, ad quem operis initio hæc auctor præfatur. *Audi, & intellige quæ tibi dico ſapientiſſime, & clementiſſime potens pariter, & mitiſſime Imperator Alexi de Spiritu Sancto, neque reſpicias me, licet ſim omnium ſervorum poſtremus &c.* Hunc quidem ab Paſchali ſecundo Papa ad Alexium Imp. Conſtantinopolim legatum miſſum fuiſſe ait Baronius, aliique eum ſecuti, at hujus legationis nec veſtigium, aut verbum, nec in geſtis Paſchalis, nec in Alexii Imp. extat; De eodem narrat Landulphus cap. 17., quod ut turbas Mediolani ob ordinationem ſuam excitatas declinaret, amicorum conſilio *Hieroſolymitanum iter intravit*, circa annum 1110., & iterum cap. 20. *tandem ipſum Groſſolanum apud Hieroſolymam peregrinantem depoſuit*; de reditu ejus hæc addit cap. 26. *In Auguſto*, menſe, *qui fuit octavus menſis ab illo in quo Preſbyter Luitprandus obiit, in illo enim menſe, & Groſſolanus a Hieroſolymis rediit*. Anno 1113. Quare eo tempore Hieroſolymam pergens Conſtantinopolim profectus, eam cum Græcis de Spiritu Sancto diſputationem habuit, quam ſcripto digeſtam, Alexio Imp. obtuliſſe vero proximum eſt; Groſſolani autem diſputationem paſſim auctores Græci, quaſi agmine facto confutandam ſuſceperunt, ex his Monachus quidam Joannes dictus, & Nicolaus Methones, de quibus Gennadius Scholarius in Apologia Concilii Florentini adverſus litteras circulares Marci Epheſini ſæpius verba fecit, eoſque ſchiſmaticos, Photii diſcipulos, & Marci Epheſini doctores appellat, a quibus tamquam malis corvis, malum ovum Epheſinum ortum habuiſſe inquit. Scripſit præterea contra Chryſolanum Euſtratius Archiepiſcopus Nicænus. Quorum ſcripta, quales iſti fuerint, ſatis indicant,

Vallicell. Codex lit. 2. Cod. 4. num. 10. Bar. an. 1116 n. 7. ad 15.

pag. 495.

quod

quod digna ſint ſuis patellis opercula. Hos omnes etiam iiſdem temporibus floruiſſe, ex eorum ſcriptis aperte conſtat, dum coram cum illo egiſſe firmant, vel ab aliis accepiſſe, qui cum Chryſſolano egerunt; tandem de eodem Groſſolano, ſeu Gryſolano hæc habet Trithemius, etſi loco non ſuo, dum poſt Alexandrum tertium floruiſſe narrat, nam conſtat ſub Paſchali ſecundo, & Alexio Comneno Imp. vixiſſe; *Chryſolanus* ait is auctor; *Eccleſiæ Mediolanenſis Archiepiſcopus, vir in divinis Scripturis eruditiſſimus, & in ſæcularibus litteris nobiliter doctus, Græca, & Latina eloquentia inſignis, edidit quædam magnæ auctoritatis opuſcula, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis cum gloria tranſmiſit, de quibus ad manus noſtras nullum pervenit. Fertur ejus de Spiritu Sancto contra Græcos liber unus, de ſancta Trinitate liber unus, Epiſtolæ, Sermones, & alii tractatus, qui mihi incogniti ſunt.* & ſane excepto tractatu de Spiritu Sancto nil ſupereſt, quem inter Eccleſiaſticos ſcriptores Dupinius, Caveus, Odinius, aliique nequaquam retulerunt.

JESU CHR. AN. 1116.

Jordanus Mediol. Sedem adeptus Brixiæ Epiſcop. ordinat.

Murat. to. 5. p. 499.

6. Groſſolano ab Mediolanenſi Sede dejecto; *Jordanus illa ſententia audita, & publicata, coram ipſa Synodo, theatrum,* ſeu Paſchalis Papæ thronum, aut ſubſellium præ ceteris elevatum, *aſcendit, & ibi ad pedes Apoſtolici ſtratus*, ut proſequitur Landulphus, *grates ſibi*, ſeu gratias, *reddidit, & elevatus ab ipſo Apoſtolico gratiam, & virgam Pontificalem in ipſo Theatro ſuſcepit. Altera vero die ipſe Jordanus Archiepiſcopus monitus a Landulpho Aſtenſi Epiſcopo, & quibuſdam aliis Epiſcopis in quadam Eccleſia Lateranenſi vivo, & depoſito quodam Epiſcopi Brixienſi, ordinavit Brixienſem electum in Epiſcopum nomine Villanum. In qua ordinatione ſecundum ordinis mei officium legi lectionem de libro Exodi, atque Mitram de capite ejus Villani caſu ruentem in ipſius capite firmavi*, ait Landulphus, ac ſubdit, ſe ab Jordano petiiſſe, ut & ipſe cauſam ſuam Synodo exponeret; cui Jordanus ſe Mediolano ei ſatisfacturum promiſit; At Mediolanum poſt victoriam reverſus, *nullam mihi fieri juſtitiam dilexit, nec fecit, ſed modeſtiam in me augumentavit*, quin ut capite ſequenti narrat, atrociora ſuſtinere coactus fuit. ita ut cum quadam die, *pro juſtitia mihi conſervanda audientiam ab ipſo Jordano quærerem, idem Jordanus in me ubuſive clamavit Landulpho homo diaboli tace &c.*, ac alia refert, quæ exſcribere non juvat.

Gra-

Jesu Chr. An. 1116.

Tumultus in Urbe excitati poſt obitum Præfecti urbis.

Murat. rer. Ital. tom. 3. p. 357.

7. Graves interea in urbe tumultus excitati ſunt, quibus mors Petri Præfecti urbis cauſam dedit, ut in Paschalis Papæ vita narrat Pandulphus Piſanus, *Anno decimoſeptimo*, qui uſque ad Auguſtum menſem in curſu erat, *Pontificatus Domini Papæ Paſchalis ſecundi, anno pacis decimo*, ſeu potius, ut adnotat Pagius; pacis ſcilicet initæ inter Paſchalem Papam, & Henricum Imp. *menſe primo*, ſeu Martio 19., vel 26. *die menſis, die menſis, die tranſitus Domini*, ſeu Paſſionis, & in Cœna Domini, *ira de manu calicis ejus de terra aſcendit. Petro Urbis Præfecto defuncto, homines ſcelerati, & ſeditioſi, proni ad malum, privatis male negotiis, publicis peſſime providentes, inconſultis patribus primoribus, puerum adoloſcentem in urbis Præfectum eligunt &c.* Diſſenſionis itaque cauſa inde excitata eſt, quod homines ſeditioſi, ad malum prompti antequam Petrus urbis Præfectus animam exhalaret, filium ejus puerum adoleſcentem urbis Præfectum dixerant; ita ut uno eodemque tempore, ut adnotat auctor, & pro patris obitu luctus, & pro filii evectione ad urbis Præfecturam gaudium in eadem domo eſſet; *Turbavit Domnum Papam, Curiamque ſimul, & mors patris, & exceſſus filii*; Interea cum Pontifex ſolemnia celebraturus in Baſilicam Conſtantianam adveniſſet; & oleum cum balſamo mixtum conſecraturus eſſet, accidit, ut fracto vaſe diffunderetur, & alio oblato ad Altare aſcendit, *tamque ex tribunali ſede orationem Deus a quo & Judas reatus ſui pœnam &c. incœperat, cum illi puerum ſciſſis veſtibus inter altare, & tribunal ſibi opponunt, confirmari eum in urbis Præfectum petunt*. Pontifex vero ne ſolemne officium interrumperet, reſponſum aliquandiu diſtulit, at cum illi urgerent, elatiſque vocibus ut ſibi ſatisfaceret, petiiſſent; *Confirmari eum in Præfectum petitis*, ait Pontifex *quem nec nos digne dare, nec vos hodie honeſte petere poteſtis, cum vos hodierni funeris exequiæ, a Comitiis merito ſubtrahant, & nos ſolemnis diei chariſmata ab hujuſcemodi juſte removeantur, quibus peractis reſpondebitur digne &c.* tam juſtâ reſponſione accepta, dum vel in die Paraſceves, pedibus diſcalceatis per loca ſancta, ut moris erat, plebs devota diſcurreret, & ſequentibus diebus Sabbatho Sancto, & Paſchali feſto rebus ſacris vacaret, ſeditioſi cives plurimis ex plebe ſibi ſociatis, feria ſecunda dum Paſchalis Papa ad Baſilicam B. Petri pergeret, juxta pontem Trajani ſe iterum puer Præfectus a ſeditioſis electus exhibuit, ac confirmari petiit, quod cum Pontifex

tifex negaſſet; *ſequentis familiæ alios cœpit*, *alios injuriis affecit*; hinc tota civili bello urbs, & ſuburbia exarſerunt, ac inde ſecutæ cædes, ita ut Pontifex urbe egreſſus Setiam tranſiret. Totius tragœdiæ ſeriem narrat Fulco Beneventanus, in chronico. *Hoc anno Præfectus urbis Romæ menſe quidem Martio obiit, poſt cujus mortem civile bellum terribiliter ortum eſt, eo quod Romani audierant, quod Petrus filius Leonis, Apoſtolici conſilio filium ſuum Præfectum ordinare vellet. Unde Romanorum populus Præfecti defuncti filium ad Præfecturæ honorem evexerunt. Quo ordinato ad prædictum Papam Paſchalem miſerunt ſuppliciter poſtulantes, quatenus eorum ordinationi aſſenſum ipſe præberet, & corroboraret. Apoſtolicus autem nullo modo eis aſſenſum tribuit. Romani itaque hæc agnoſcentes conjuratione facta, mirabilia domorum ædificia, & turres complures radicitus proſtraverunt, eorum quidem qui cum Petro Leonis ad id faciendum conjurabant*; dum mutuo inter ſe cives certarent, accidit, ut Petri Leonis milites Præfectum urbis caperent, quem paulo poſt Ptolomæus Præfecti avunculus cum militibus ſuis adveniens, *abſolvit*, & *ſecum gaudens ad propria perduxit*.

Murat. rer. Ital. tom. 5. p. 90.

8. *Dum hæc*, & *alia agerentur*, ait auctor, *præfatus Apoſtolicus urbem* exivit, qui apud Caſtrum quodam *Setion nomine* (Italice, *Sezza* in Campania Romana, ditionis Pontificiæ) *commoratus eſt*; *viderat ſiquidem ſeditionem illam magis ac magis inflammari, & Petrum Leonis de die in diem acriter eupugnari. Diebus autem non multis elapſis, Apoſtolicus ipſe ſeditionem illam placari, & minus aſpiciens, conſilio accepto, militibus collectis, Romam ingreſſus eſt*; *deinde Palatium Lateranenſe ingreditur, ibique Miſſarum ſolemnia decantavit. Cum autem ipſe Urbem ingreſſus fuiſſet, Romanorum cœtus, qui ei rebellis extiterat, fere ac ejus imperium, & voluntatem converſus eſt: ſicque Apoſtolicus ipſe tranquillitate inventa Romam ſecurus habitavit*; uſque dum anno ſequenti, ob Henrici Imp. diſſidia in urbe iterum excitata ſunt, ut ibidem dicturi ſumus.

Paſchalis urbe egreſſus in eam redit.

9. Jordanus autem in Mediolanenſi Sede ab Paſchale Pontifice confirmatus ut ſupra diximus *Henricum Imp.*, *quo quodammodo ſperabam*, ut ait ſupracitatus Landulphus, *Jordanus*, *ſi fas eſt dicere cum clero*, & *populo ſuo*, *Joanne Cremenſe Cardinali Romano præcipiente in pulpito S. Thegiæ*, ſeu Theclæ, *Mediolanenſi excommunicavit &c.*, qua excommunicatione vulgata, tamquam terræmotu, totam Lombardiam commotam fuiſ-

Jordanus Mediol. Archiepiſc. Henricum Imp. publice excommunicat.

cap. 31. p. 500.

ſe

JESU CHR. AN. 1116. ſe addit, ac ingentia ibidem mala ſubſequuta, ut inferius adnotaturi ſumus.

Caſſinenſis Abbas primus inter Abbates declaratur. *Chr. Caſſin. lib. 4. c. 59. Labb. to. 10. p. 820.*

10. In eodem Lateranenſi Concilio hoc anno habito leviores aliæ cauſæ definitæ ſunt; de quibus hæc Petrus Diaconus in chronico Caſſinenſi. *Supradictus autem Pontifex*, ideſt Paſchalis, *adjuncto ſibi Abbate noſtro rediens Romam mediante Quadrageſima Synodum celebrare diſpoſuit. In qua noſter Abbas dum de cella S. Sophiæ intra Beneventum litem agitaret, nihil conſequi potuit. Quo etiam tempore dum Pontius Cluniacenſis Abbas ad Synodum veniens Abbatem Abbatum ſe jactaret, rogatus a Joanne Cancellario an Cluniacenſes a Caſſinenſibus regulam ſumpſiſſent: reſpondit, non modo Cluniacenſes, verum omnes in Romano orbe Monachos, regulam patris Benedicti a Caſſinenſi accepiſſe cœnobio. Ergo, inquit, Cancellarius, ſi a Caſſinenſi Monaſterio tamquam a vivo fonte monaſticæ religionis norma manavit: jure a Romanis Pontificibus Caſſinenſi Abbati hæc prærogativa conceſſa eſt, ut ipſe ſolus, qui tanti legiferi vicarius eſt, Abbas Abbatum appelletur*. Hæc is auctor.

Lingonienſe Concilium *Labb. to. 10. p. 811.*

11. Lingone Concilium, ſeu placitum ex Vignerii Schedis exhibet Labbeus his verbis. *Anno* 1117. *gratiſſimus in ameniſſima planicie lucum inter, & Tileceſtrum extitit conſpectus celebratæ ſub die Synodi, vi. Id. Jun. ab Guidone Viennenſi Archiepiſcopo Sedis Apoſtolicæ legato, ab Gaucerano Diœceſano Epiſcopo, & a convocatis per edictum generale provinciæ totius Abbatibus, cæteriſque capitibus Eccleſiarum. Adfuit præterea nobilium, populique, pene innumerabilis multitudo, erectis in quandam ſpeciem caſtrorum hic illic papillionibus, & e ramis arborum, tectis viridantibus, diſpoſitiſque ſub ampliſſimo tentorio, velut portatili templo, diverſorum ſanctorum capſis aureis argenteiſque. Id genus comitiorum, placitum Dei, ſive ſacrum dicaſterium dixere majores. Agitata ibi permulta de damnis, & injuriis multorum: multa definita: nonnulla rejecta, vel compreſſa: edita etiam in gratiam miſerorum qui accurrerant miracula: ut abſque graviore caſu, quod raro in hujuſmodi turbis accidit, immo plurimorum ſolatio finitus ſolutuſque receſſerit conventus*; Diviſionem deinde tranſeuntes, & ab Hugone perhumaniter excepti Epiſcopi, ſtatutum ibidem eſt, ut canonici regulares, qui quadriennio antea in ſolitudinem receſſerant, in Eccleſiam S: Stephani, ſeu *ad ſua ſtalla revocarentur*, quod ſolemni rituab Epiſcopis quatuor factum eſt.

11. In

JESU CHR. AN. 1116.

12. In Anglia quoque ſolemni Epiſcoporum, & Procerum conventus celebratus eſt, in quo filium ſuum Gulielmum Henricus Regem declaravit, *Anno Chriſti* 1116. 13. *Kal. Aprilis*, ait Eadmerus lib.5. Novorum, *conventus Epiſcoporum, Abbatum, & Principum totius Regni apud Serberiam, cogente eos illuc ſanctione Regis Henrici. Siquidem Normaniam ſe proxime transfretaturum diſponeret, & quid ſibi eventurum foret ignorans, Villielmum, quem ex ingenua conjuge ſua filium ſuſceperat, hæredem regni ſubſtituere ſibi volebat. Agnita autem Regis voluntate, omnes Epiſcopi Regnique Proceres, Villelmo in Regem electo fidelitatem jurarunt, fide, & ſacramento profeſſi ſunt, ſe, & regnum, & regni coronam, ſi defuncto patre ſuo ſuperviverent, in eum, omiſſa omni calumnia, & occaſione translaturos, eique, cum Rex foret, hominia fideli mente facturos &c.*

Henricus Villelmum filium Regem dicit.

Labb. ut ſupra.

13. Interim cum Anſelmus junior, Anſelmi Cantuarienſis Epiſcopi nepos, qui Radulpho Anſelmi ſucceſſori pallium tulerat, auctus dignitate Apoſtolicæ legationis in Angliam rediiſſet, ac Henricum Regem in Normandia conveniſſet, ne in Angliam tranſiret detentus ibidem eſt; *Ipſo anno* 1116., ait Eadmerus citatus, *circa menſem Auguſtum reverſus a Roma ſuper memoratus Anſelmus, venit Normanniam ad Regem Henricum; litteras Apoſtolici deferens: quæ ſibi vices Apoſtolicas in Anglia adminiſtrare concedebant*, ac legatione defungi prohibitus fuit, ut proſequitur idem Eadmerus, atque his de itinere Radulphi Cantuarienſis Archiepiſcopi non nulla adnotat, ſeque itineris ſocium fuiſſe, ac ubique cum honore in Galliis exceptos, Rodulphum vero ibidem in caſtello quod Teritas dicebatur, ex ulcere graviter ægrotaſſe, & per menſem decubuiſſe, poſtea ab infirmitate levatus Lugdunum perrexit, ubi Natalem Domini celebravit, ibique propter hyemis aſperitatem aliquandiu ſubſtitit, uſque ad annum proximum, quo Italiam ingreſſus ad urbem pervenit, cum inde Paſchalis, ob Henrici adventum exceſſiſſet, & Beneventum ſubſiſteret, ut ibidem dicturi ſumus.

Anſelmus legationem Apoſt. in Anglia exercere prohibetur.

Eadm. ut ſupra p.91.

14. Henricum Angliæ Regem in Normandiam traxerat gravis, diuturnaque diſſenſio; quam cum Lodovico Francorum Rege habebat ob Theobaldum Bleſenſium Comitem, Henrici nepotem, *cum Rex ad Paſcha transfretaſſet in Normaniam*, ait Huntindonienſis p.380. *fit maxima diſcordia inter eum, & Regem Franco-*

Ludovici Franciæ Regis cum Henrico diſſidia.

JESU CHR. AN. 1116.

rum. Cauſa autem hæc erat, Theobaldus conſul, ſeu Comes; *Bleſenſis nepos Regis Henrici contra dominum ſuum Regem Francorum arma promoverat; in ejus auxilium Rex Anglorum Duces ſuos, militiamque ſuam miſit, & Regem Ludovicum non mediocriter afflixit*. De eadem ſimultate ad hunc annum pluribus agunt, tum Mathæus Paris, cum Malesburienſis, quorum verba referre non juvat: ad Epiſcopos quoque in Synodis in Gallia congregatos, non ſemel querelæ adverſus eum, ejuſque complices delatæ ſunt, præcipue in Synodo Belluacenſi anno 1114. congregata, ut ibidem diximus, cumque non multo poſt Theobaldus Comes, Gullielmum Nivernenſem Ludovico fidiſſimum, & familiarem cepiſſet, ac in cuſtodia detineret; *Licet eum multitudo Procerum ex parte mea pro liberatione Comitis ſuppliciter requiſierit, & tota terra ejus ab Epiſcopis anathematizata ſit*, ajebat Ludovicus Rex, teſte Sugerio in vita Ludovici VI., eaſdemque quærelas Remenſi Synodo anno 1119. celebratæ iterum Lodovicus Rex expoſuit; de excommunicatione in Synodo Belluacenſi anno 1114. lata in Thebaldum Comitem, ejusque complices, & præcipue in Thomam de Marna hominem perditiſſimum, qui ſtrages plurimas in provinciis Galliæ egerat interpellatus Ivo Carnotenſis Epiſcopus, ut conſenſum ſuum daret; judicium ſuum, & consensum cohibuit, utpote Theobaldo ſubditus, ac ut pax firmaretur, hortatus eſt; Cononi Apoſtolicæ Sedis legato hæc ſcribens. *Nuper accepi litteras veſtras continentes excommunicationem eorum, qui Nivernenſem Comitem*, Guilielmum, *ceperunt, vel captioni ejus interfuerunt, vel de ſpoliis ejus aliquam partem acceperunt, vel auxilium in hoc dederunt, excepta ſola perſona Theobaldi Comitis, cui inducias uſque ad octavas omnium Sanctorum donaſtis, & tamen niſi interim Comitem Nivernenſem reddat, ex tunc eum excommunicationi ſubjeciſtis &c.* Hæc & alia ibidem Ivo.

Epiſt.175.

15. Cum anno 1114. in expugnandis in Balearibus inſulis Saracenis Raymundus Barcinonenſis Comes operam ſuam cum Piſanis conjunxiſſet; eoſdemque Saracenos in Barcinonenſi Comitatu, finitimiſque locis fortiter expugnaſſet, egregia ejuſdem geſta datis ad eum litteris, ab Diego in hiſtoria Comitum Barcinonenſium vulgatis, laudavit Paschalis Papa, ac eum cum tota familia sub Apoſtolicæ Sedis tutela ſuſcepit; in

Paschalis Papæ epiſt. ad Raimundum Barcinonen. Comitem.

in cujus laudem hæc inter cetera refert. *Non parvum tuæ nobilitati meritum labor ille conciliavit, quo per anni longitudinem in Balearibus inſulis contra hoſtes Chriſtiani populi deſudaſti, cui tuo, tuorumque conſortio glorioſo præcinctui Omnipotens Deus glorioſam de hoſtibus victoriam conferre dignatus eſt; Super hoc ad expugnandos Mauros, ac Moabitas in Hiſpaniæ partibus, & Tortoſam eorum ob præſidium obſidendam animi nobilis induſtriam paras &c.*, ac data dicitur *apud Tranſtyberim per manum Joannis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Card. ac Bibliothecarii* 10. *Kal. Junii, Indict. nona, Incarnat Dom. anno* 1116.

Jesu Chr. an. 1116.

Paſchalis Epiſt. Aldegario electo Barcinonen. Epiſcopo.

16. Eadem die data eſt epiſtola altera Paſchalis Papæ, ab Tamajo ex pervetuſto Codice martyrologio Hiſpanico inſerta; qua Pontifex Oldegario jubet, ut electioni ſuæ ab Barcinonenſi clero factæ in Præſulem Barcinonenſem consensum præberet, seque Rosoni Presbytero Cardinali, quem Legatum in Hiſpaniam miſerat, ſcripſiſſe addit, ut invitum etiam per Eccleſiaſticas cenſuras, ad Epiſcopale onus subeundum cogeret; Is porro Aldegarius, Raymundo Gulielmo, qui in Majoricana expeditione, & obſidione adfuerat, ibique obierat ſucceſſor fuit. Cum tamen Tamajæ fides apud eruditos ſuſpecta ſit, hæc adnotaſſe ſat erit.

Henrici Imperat. adventus in Italiam, et geſta.

17. Henricus interea Imp. hæreditati Mathildis anno proximo defunctæ inhians; hujus initio; *In Italiam ſe una cum Regina totaque domo ſua contulit*, ait Uſpergenſis in chronico; *ac circa Padum negotium inſiſtens Regni, legatos ad Apoſtolicum pro componendis cauſis, quæ iterum Regnum, & Sacerdotium diſturbare cœperunt, ſuppliciter deſtinavit*; ficte tamen hæc geſſiſſe, anno proximo dum in urbem advenit, docebunt; Eo in itinere Venetiis fuiſſe narrat Dandulus in chronico. *Menſe Martii ann.*1116. *Henricus quintus Imp. Venetias accedens, in Ducali Palatio hoſpitatus eſt, liminaque B. Marci, & alia Sanctorum loca cum devotione maxima viſitavit, & urbis ſitum, ædificiorumque decorem, & regiminis æquitatem multipliciter commendavit &c.*

Murat. rer. Ital. tom. 1.

Irnerius, seu Guarnerius jus civile Bononiæ edocet.

18. Cum in Longobardia circa Padum eſſet Henricus, vel Venetiis, *pluribus Monaſteriis immunitatum privilegia de ſuis poſſeſſionibus Italici Regni conceſſit*, ait ſupracitatus Dandulus, Gubernoli vero in agro Mantuano de quo non nulla Monasterio Polironenſi donavit *pro mercede animæ ſuæ, & Comitiſſæ Mathildis,*

Antiq. Ital. diſſert. 11.

 atque

Jesu Chr. an. 1117. atque his adfuit Guarnerius Judex, ſeu legis peritus, alibi *Vernerius Bononienſis* dictus, qui etiam, ut adnotat Uſpergenſis Abbas *Iiſdem temporibus libros legum, qui dudum neglecti fuerant, nec quiſquam in eis ſtuduerat, ad petitionem Mathildis Comitiſſæ renovavit*; atque tunc primum Juſtinianeum Codicem publice in ſcholis Bononiæ ab Guarnerio, ſeu Irnerio explicatum fuiſſe patet; Unde celeberrimæ Bononienſis Univerſitatis, quæ in Italia multo tempore Primatum tenuit, his temporibus initia alliganda eſſe, adnotat Muratorius, cum hujus ſeculi initio, Mathildis juſſu Irnerius ibidem Juſtinianeum Codicem, fortaſſe etiam digeſtorum leges expoſuit; quæ poſtmodum, ad eam famam paulo poſt devenit, ut Bononia docta diceretur, ut pluribus ibidem proſequitur Muratorius, diſſert.44. antiquit. mædii ævi, ubi de Univerſitatum origine, & progreſſu, præſertim Italicarum agit.

44. 31. & an. 1116.

Antiq. Ital. tom.3. diſſer. 44.

JESU CHRITI an. 1117. Paschalis II. Papæ an. 18. Henrici Imp. 7. Alexii Comneni Imp. 37.

Italia terræmotu concutitur. *lib.4. c.62.*

1. Luctuoſum Italiæ annum ingredimur, nam ut in Caſſinenſi chronico narrat Petrus Diaconus; *Hoc tempore terremotus magni per univerſalem fere Italiam facti ſunt, ita quod muri multarum Civitatum ruerent, Eccleſiæ fundamentis ſubverterentur, & excelſæ turres demergerentur, & multorum hominum ſtrages fierent, fontes etiam fere omnes turbati ſunt, & lampades Eccleſiarum, nullo impellente turbine per aerem movebantur. Tunc quoque in Civitate Veronenſi maxima pars ædificiorum corruit, yatus etiam in eiſdem partibus magni facti ſunt, & innumeræ arbores, virentibus foliis, radicitus evulſæ, foras ejectæ ſunt, fumoque loca illa obtecta*, dum terra hyatibus fumum & ignem evomuit; Landulphus vero a Sancto Paulo de his agens, adnotat, *Regnum Longobardoram penitus commoviſſe, & quaſſaſſe, & me nimirum*, ſeu nimium, *vigilare fecit*, ac multa undique prodigia in aere, in aquis, in montibus, & ſilvis tunc accidiſſe addit, ita ut & ſanguinis pluvia e Cælo caderet, & monſtruoſi partus editi ſint: atque circa Februarii finem in Italia hæc accidiſſe, ac per dies quadraginta fere tota Italorum terra contremuit; ut non ſolum ſupracitati hiſtorici, aliique ex Italis narrant; ſed etiam exteri, Hovedenus ſcilicet Anglus, & An-

Murat.. rer. Ital. tom. 5. cap.31.

naliſta Saxo hujus ætatis ſcriptores; hic autem *Verona Civitas*, ait *nobiliſſima ædiſiciis concuſſis, multis quoque mortalibus obrutis corruit. Similiter in Parma, & Venetia, aliiſque urbibus, oppidis, & caſtellis, non pauca hominum millia interierunt*; Cremonæ vero Cathedralem Eccleſiam tunc everſam fuiſſe narrat Sicardus in chronico.

Mediolanenſe Concil. *Murat. ut pra Landul. dhum c.31.*

2. Dum tota Lombardia terremotu concuteretur, ad placandam Dei iram, Longobardi Sacerdotes, & Epiſcopi Mediolanum confugerunt, ibique cum Archiepiſcopo, & Conſulibus Civitatis, *Statuta die convenerunt in prato ſancto*, ait Landulphus, *quod dicitur Brolium, ubi Archiepiſcopus, & Conſules duo Theatra conſtituerunt*, in aperto campo, ne vigente fortaſſe terræmotu, ædificiorum ruinis obruerentur; *In uno Archiepiſcopis cum Epiſcopis & Abbatibus, & Eccleſiarum Prælatis ſtetit, & ſedit: in altero Conſules cum juris legum, & morum peritis, atque in circuitu eorum affuit innumera multitudo clericorum, & laicorum, mulierum quoque, & virginum expectantium ſepelitionem vitiorum, & ſuſcitationem virtutum*; quæ ibidem ſtatuta ſint, penitus ignoratur, ad extirpanda tamen vitia ne penitus terræmotus ruinis quaterentur, conveniſſe ſcimus; vix tamen ingruentibus corruptelis medelam temporis perverſitas attulit, ut ex dicendis conſtabit.

Henrici Imp. adventus in urbem, geſtaque ibid. *lib.4. cap.60* *cap.61.*

3. Urbs interea ab terræmotus concuſſione immunis, Henrici Imp. in eam adventu concuſſa, turbataque fuit. Nam ut in chronico Caſſinenſi narrat Petrus Diaconus; *His auditis*, urbem ſcilicet civili bello, ob Præfecti electionem exardere, ut anno proximo diximus. *His auditis Henricus Imp. qui defuncta Mathilda tunc apud Liguriam degebat, lætus effectus, quia non bene cum Papa conveniebat, Xenia Imperialia urbis Præfecto, & Romanis*, adverſus Paſchalem Papam rebellibus, *tranſmiſit, adventum ſuum illis prænuncians affuturum, Pontifex interim loco ceſſerat, & Petro Leoni*, cui urbis defenſionem, & regimen commiſerat, in munitionibus degenti, quoquo modo poterat; *ſubſidia miniſtrabat*; de geſtis vero ab Henrico in urbe hæc addit. *Imperator ingreſſus urbem cum Pontificem diſceſſiſſe prænoſcens, Conſules, Senatores, ac Proceres partim donis, partim promiſſis ad ſe attrahens, Ptolemæo illuſtriſſima Octavia gente progenito, Ptolemæi magnifici Romanorum Conſules filio filiam ſuam in matrimonium junxit* *cap.61.*

Jesu Chr. an. 1117.

junxit, eique oblatis plurimis donis, quidquid avus ejus Gregorius, aliique parentes habuerant, ſive detinuerant, Ptolomæo ipſi, ejuſque hæredibus auctoritate ſua in perpetuum tradidit. Agit interim Papa cum Principibus, aliiſque Romanis, ut adverſum Imperatorem conglobati illi obſiſtere pergant; ſive contra prædictum Ptolomæum Romanorum Conſulem, ipſius generum prædicto Pontifici auxilium ferant. Henricus præterea in urbe Romana perſiſtens, Paſchalis diei ſolemnitatem ingenti gaudio Senatus Populique Romani celebravit. Et quia Pontificem minime invenit, nec poterat per internuntios res inter utrumque agitari, coactus fervore æſtatis ſeceſſit ad frigidiora loca, pollicitus prima temperie ſe rediturum. Hæc de rebus geſtis per Henricum in Urbe Petrus: his ſubdit de inani conatu Northmannorum contra eumdem Ptolomæum, qui fidem Pontifici juramento firmatam, frangens, ut Imperatoris gener fieret, in ejuſdem factionem tranſierat, pro ut narrat Pandulphus in vita Paſchalis Papæ, ubi plura de Henrici in urbem adventu adnotat, quæ ſilentio Petrus Diaconus, Imperatori favens, præteriit.

Vanus Henrici Imp. in urbem triumphus.

4. Inter cetera *Rex Henricus in Italiam rediit manifeſtus hoſtis Eccleſiæ; tantoque infeſtior bonis, ac religioſis, quanto benignior malis, ſeditioſiſque. Hujus Conſiliarii, familiareſque erant Abbas Farfenſis, qui ob ſacrilegium, factionemque in Eccleſiam, bis terque capite damnatus fuit, Joannes maledictus, & Ptolomæus. Horumque favore tunc ſimulatque in Latium intravit, Beati Petri fidelibus bellum indixit, magna conatus eſt, famoſa fecit ſed prava. Ob cujus victoriæ gloriam, quam fecerat, videlicet quia apprehenderat quædam caſtra: plebs, populuſque Romanus triumphum ipse inſtituit. Coronata Urbe, Rex, & Regina tranſivit per medium; magnus apparuit, magna gloria, parva huic viſa: nullus Patrum, nullus Epiſcoporum, nullus Catholicus Sacerdos occurri. Fit ei proceſſio, empta potius quam indicta. Iturus ad Baſilicum B. Petri navi tranſivit, non ponte trajectus coronari expetiit. Reſpondetur in Eccleſia coronandus a Papa cum Patribus coronari debet, aliter nequit. Quod ſi velis, ab eis fore petendum*, ut itaque abſente Pontifice, ab Clero Imperialem coronam, quam vi olim ab Paſchali extorſerat, iterum obtineret his verbis poſtulavit.

Si

5. *Si divinitus datum foret, Patres conſcripti, rerum publicarum ſtatum digno moderamine gubernari: dignaque reverentia earum rectores alter ab altero præveniretur: pax foret, nec Imperialibus Comitiis Urbis abeſſet Pontifex, nec in Pontificalibus orbis abeſſet Imperator, alter alterius gloria fulciretur, gloria alterius, gloria utriuſque foret, & robur utrorumque timor omnium, amoreque in utroſque tota ſe converteret Civitas*; at ob exorta diſſidia inter Pontificem, & ſeipſum, utrumque contemni, ac impugnari adnotat; Deinde *Ecce a patre Romanæ Eccleſiæ Domno Paſchali Papa e Galliis coronandus adveni in urbem, eum abeſſe infortuniis meis deputo. Nunc autem id a vobis depoſco, tantoque ſi id recipiam mihi fiet gratius, quantum ut mihi fieret gravius elaboravi &c.*

JESUS CHR. AN. 1117. Imperator ab Clero coronari poſtulat.

6. At urbis clerus, ſe id nequaquam facturum reſpondit; *Inhoneſtum ſatis, & indignum*, ait, *noſtri arbitramur Rex, ut aliquando nos dulcibus dictis convenias, quos infelicibus actibus indies circumvenire contendis. Crediſne, credamus. Rex, te ad pœnitendum ſatisfactorum veniſſe, per quem acerba ira continuas atque acerbas irruptiones, barbaricas, rapinas ſacrilegas, ordinationes ſacrilegas, & execrabiles, impias ſeditiones, aſſiduo conflari, fierique cernamus? Simul ac Latium intraſti, Rex, Beati Petri fidelibus bellum injeciſti. Si non ſucceſſit ex voto, Deo, non Regi gratiæ debentur. Age qui ſunt, pro quibus agitur? Abbas Farfenſis, & Ptolomæus uterque anathematizatus. Qui ſunt, contra quos agitur? Beatus Petrus, & Beatus Paulus, uterque Apoſtolus. Quibus in locis agitur? In eorum patrimoniis, in domo propria. Oblitus horum, Rex, illis ducibus audax, audacter Eccleſiam Beati Petri intraſti, cum quibus clericis, quibus Patribus, cum quibus Epiſcopis? quomodo ſilendum? quomodo agendum eſt? Adde qui ſunt nunc qui ante ejus fores excubant? nonne ſeditioſi? Qui ſunt, qui nunc æs theſauri cuſtodiunt? nonne ſacrilegi? Qui ſunt, qui ejus altari deſerviunt? nonne hæretici? Heu, heu! expulſis Catholicis, reverendam cunctis orbis populis Beati Petri Eccleſiam per te hæretici occupant. Hæccine illa vita, Rex, per quam pœnitens veniam merearis? ſatisfactio, qua Eccleſia conformeris? pax qua bella quieſcant, ſeditiones ceſſent, venti ſedentur, mare detumeſcat? Profecto ni converſus, immemor mali, aliter*

Cleri Rom. reſponſio ad Henricum.

Jesu Chr. an. 1117.

aliter cum Deo ſenſeris, Rex, aliter Rex Regum cum Rege ſentiet Deus. Comitiari cum excommunicatis, Rex noſti, nos nos non debere, nec poſſe, eo maxime, cum Comitiis tuis intereſſe non liceat; dum contingat abeſſe, qui omnium noſtrum debuit interfuiſſe primus.

Henricus a Brundino Bragarenſi Episc. coronatur.

7. Repulſam itaque ab Romano Clero paſſus Henricus; *Accito Mauritio Bracharenſi Archiepiſcopo, qui ob ſuperbiam, levitatemque curialis effectus, per biennium extra parochiam propriam opulentiſſime cultu regio hac & illac molliter diſſoluteque vagaverat, ante corpus B. Gregorii coronari se fecit, ſicque ab urbe comitatus abſceſſit*; Hic porro Burdinus Bragarenſis Epiſcopus, Paſchalis Papæ olim familiaris, legatus ab eo pro tractanda pace ad Henricum miſſus fuerat. At ob temerarium facinus in Beneventana Synodo hoc eodem tempore ab Paſchali Papa celebrata anathemate percuſſus fuerat, ut in epiſtola ad Galliarum Epiſcopos narrat Gelaſius Papa ſecundus ſucceſſor Paſchalis, quæ inter Geleſianas prima eſt; cujus ſententiam non ſemel idem Gelaſius confirmavit, ut infra dicturi ſumus, de quo ad annum 1109. nonnulla dicturi ſumus.

Paschalis Papa in Campaniam tranſit, synodum Benevento celebrat.

8. Dum hæc agerentur Paſchalis Pontifex, ut diximus, urbe exceſſerat, expertus quippe alias Hunrici iram, fraudeſque, ut cum urbi adſtare audivit; *Urbem egrediens*, aii Petrus in chronico Caſſinen., *venit ad hoc monaſterium, atque ab univerſa hujus loci congregatione rogatus, Landulphum Archiepiſcopum Beneventanum, quem ſupra depoſitum retulimus, in gradu ſuo reſtituit, ſicque per Capuam, Beneventum ingreſſus eſt*, ubi Concilium celebravit; de quo hæc Falconis chronico, *anno 1117. Domin. Incarnat., & decmo octavo Pontificatus Domini Papæ Paſchalis menſe Aprili ipſe Synodum Beneventi celebravit*, Landulphus vero in vita Paſchalis, *Dominus Papa celebrato Concilio, quod in partibus Apuliæ congregaverat, rediens in Campaniam Pillum, Pillanumque in maritimis oppidum Sancti Silveſtri in ſui ditionem convertit*. In Beneventano autem Concilio Paſchalis Papa Burdinum Pontifex excommunicavit.

Paschalis Papa infirma valetudine in urbem redit.

9. De reliquis ab eo hoc anno geſtis uſque ad adventum ejus Prænestem, & deinde in urbem; ubi anno sequenti obiit, hæc supracitatus Pandulphus adnotat. *Jamque autumnus inſtabat, cujus calore, vel æſtu exterius conſtipatus,*

tus, interitus diſſolutus, uti ſenex, & qui erat in caſtris debilior, Anagniam ſe contraxit, hicque adeo infirmitas eum magis, quam vitæ propinquum judicarent &c. Viribus tamen non multo poſt recuperatis, miſſarum solemnia celebrare potuit, & ex Anagnia, Præneſtem tranſire, ubi in feſto Nativitatis officium & Miſſam etiam non ſemel ſolemniter celebravit, ibique Legatos Alexii Comneni Imperatoris recepit, atque dimiſit, Romam deinde inopinato, & in porticum B. Petri advenit, cujus adventu tanto terrore Ptolomæus, & Præfectus urbis factioſi, perculſi ſunt, ut urbe excedere parati eſſent, niſi subsequens Paschalis infirmitas obitusque ſubſequutus anni proximi initio, eos in urbe detinuiſſet, at de his ibidem.

Jesu Chr. an. 1117.

Murat. tom. 3. pr 359.

10. Rodulphus interea Cantuarienſis Episc. Romanum iter ingreſſus, ut anno elapso diximus; eo tempore advenit, cum Paschalis Papa ob Henrici adventum, Beneventum tranſierat. *Quoniam Dominus Papa propter diſcordiam, quæ illis diebus inter ipſum, & Imperatorem erat, & Romanos, Beneventi morabatur: nec Radulphus uſque ad eum, partim propter corporis ſui imbecillitatem, partim propter præfatam diſcordiam; cujus cauſa, omnibus ad Papam ire volentibus, graves inſidiæ ab incolis ſtruebantur, nullatenus accedere poterat: miſſis nunciis cum literis, innotuit ei, & adventus ſui cauſam uſque Romam: quod ille benigne ſuſcipiens, & verba eorum moderata æquitatis lance perpendens, juxta negotii modum ſcripſit Epiſcopis Angliæ, & Regi* Literas Paschalis Papæ ad Episcopos, & Regem communiter datas, recitat quibus de suscepta legatione Pontifex eosdem certiores reddit; quos quidem infirmitate detentos ad se nequaquam venire potuiſſe ait; *Sed nunciorum honeſtis venerabilibuſque perſonis advenientibus eorum ſcripta ſuſcepimus, in quibus & ipſorum poſtulationes, & veſtræ legationis vota inſpeximus*, quorum summa hæc erat, ut Cantuarienſis Eccleſiæ privilegia intacta servarentur, quod sane Paschalis Papa libenti animo confirmavit. *Veſtræ igitur diſcretioni notum haberi volumus, quia Cantuarienſis Eccleſiæ dignitatem nec imminuimus, nec imminuere deliberamus &c. data Beneventi nono Kal. Aprilis.*

Rodulphus Cantuar. Episcop. per legatos cum Paschale Papa agit.

Eadm. Novorum lib. 5. p. 95.

Pag. not. 10.

11. Dum moram in urbe Rodulphus traheret, semel, & iterum Sutrium ad Imperatorem, *Annuente Papa*, ut ait Eadmerus his præsens, tranſiit, *& per octo dies in exercitu ſuo*

Rodulphus Cantuar. Episc. de pace incunda inter Pontif., & Imp. agit.

Jesu Chr. An. 1117. *ſuo, quem circa Romam adduxerat, conuerſatus cum illo eſt. Inde iterum Romam reverſus, denuo Sutriæ multis diebus moratus eſt*; non alia sane de causa cum Henrico tandiu moratus, niſi ut pacem, ſi fieri potuiſſet inter Pontificem, & Imperatorem reintegraret; Hinc addit. *Fama ſi quidem quaque diſperſerat Romanum Pontificem ſub celeritate in urbem venturum &c.* Nil tamen actum eſt; *Verum ubi intellectum eſt, rem aliter eſſe, remeandi patriam iter arripuit. Venimus itaque Rothomagum ad Regem Anglorum, & ab eo multo tempore in Normannia detenti ſumus*; quo etiam tempore cum Clerici Eboracensem Pontificem adiiſſent, ab eo petentes, ut Thurſtanum in eam sedem electum confirmaret, quem Angliæ Rex Eccleſiæ poſſeſſionem inire prohibuerat, eo quod subjectionem, & obedientiam Cantuarienſi Eccleſiæ exhibere recusaret, Pontifex his auditis litteras ad Regem dedit, quas ibidem Eadmerus recitat, iisque Regem rogat, ut electum ad suam Eccleſiam revocaret, *Si quid autem quæſtionis*, addit Pontifex; *inter eaſdem Eccleſias agitur, præſentibus utriſque partibus in noſtra præſentia pertractetur, ut præſtante Deo utraque Eccleſia finem ſuæ juſtitiæ conſequatur. Data Beneventi nonis Aprilis.*

Anselmus Rothomag. quid egerit.

12. Interim Anſelmus, qui legationem ſibi ab Paſchali Papa in Anglia delegatam, prohibente Rege, exercere non poterat, ab eodem Rege Rothomagi diu detentus, *Pecuniam quæ B. Petro de Anglia quot annis pendi ſolet, Romam reverſus, cupiens ſecum habere*. Quod an ab Rege obtinuerit incertum eſt, ac Eadmerus, qui minutiora tunc geſta refert, obscuris adeo verbis rem obvolvit, ut nil inde certi erui poſſit, ait enim. *Quatenus ergo quid in hujuſmodi (ſi forte contingerint) ſit agendum ſecutura poſteritas animadvertat, quæ noſtris diebus acta ſunt, brevi perſtrinximus, nulli præjudicium, quod malit ſequi, præfigentes.* Hæc de his loco citato is auctor.

Robertus fundator Congregationis Fontis Ebraldi.

13. Duo monaſticæ vitæ lumina hoc anno extincta sunt. Quorum primus Robertus de Arbriscello dictus eſt, congregationis Fontis Ebraldi, seu Fontebrandinæ fundator, alter Bernardus Tironenſis; Robertus itaque circa annum 1050. in Britannia ortus in oppido Arbriſellum, unde nomen de Arbriscellis traxit, poſt ſtudiorum curricula Pariſiis, alibique exacta, in patriam ab Silveſtro Redonenſi Episcopo revo-

revocatus, & Presbyter ordinatus, virtutibus clareſcere cœpit, deinde in ſolitudinem ſecedens, aſperrimam ibidem vitam duxit; usque dum deſinente ſæculo proximo, circa annum 1096. ab Urbano Secundo Pontifice, e ſolitudine revocatus, ut Gallorum animos ad ſacram expeditionem in Orientis partes ſuscipiendam excitaret, miſſus eſt, quod munus tanto cum fructu exegit, ut cum undique ex utroque ſexu ad eum confugerent; quos tractandis armis ineptos videbat, ne ad ſæculum redirent, viros, & feminas in ſolitudinem quamdam duxit, ibique viros a mulieribus diſtinctos, domunculis, ſeu potius tuguriis extructis, duplicique oratorio pro viris, & feminis erecto, eremiticam, & cœnobiticam vitam ducere eos docuit, auctoque ad duo, vel tria millia virorum, & mulierum, numero, plura ibidem monaſteria ædificare coactus eſt, quorum primum ad fontem Eraldi, ſeu Ebraldi conditum, toti congregationi nomen Fontisbrandinæ dedit, ibique hujus ſæculi initio hæc nova familia ortum habuit, quæ temporis tractu, variis in locis radices, ramosque ſuos dilatavit.

Jesu Chr. an. 1117.

Fontisbrandi ordo Abbatiſſæ ſubiicitur.

14. Familiæ ſuæ Robertus non aliam, quam ipſe hactenus profeſſus fuerat, regulam, Benedictinam ſcilicet, dederat, quam etiam retinuiſſe Roberti diſcipulos adnotat Mabillonius, in eo tantum ab Benedictinis diſſidens, dum familiam ſuam, viros, ac mulieres Abbatiſſæ Fontisbrandi commendavit, ac ut eidem viri, & mulieres ſubeſſent, & parerent, juſſit, & ſicuti Jesus Chriſtus in Cruce moriens Joannem B. Mariæ Virgini commendaverat; eamque ut matrem ei dederat, dicens *Ecce mater tua*, ſic Robertus ſui monaſterii Abbatiſſam, Virginis locum tenere juſſit, cui monachi ſui ordinis, tamquam tot Joannes ſubeſſe debebant. Pium ſane viri ſancti propoſitum fuiſſe dubitari non poteſt; cum tamen id contra communes eccleſiaſticæ diſciplinæ regulas eſſet, quibus cautum eſt ut mulieres non ſolum in Eccleſia, ſed in domibus etiam viro ſubſint, hinc plurimorum invidiæ, & detractationibus Roberti famam ſubjeciſſe mirum non eſt, & ut Roſcellini, aut Abailardi, utpote virorum turbolenti ingenii, calumnias in ſanctum virum evulgatas prætereamus, hanc Roberti diſciplinam, agendique rationem, & cum mulieribus familiaritatem litteris ſuis ad ipſum datis im-

 pro-

Jesu Chr. an. 1117.

improbarunt, Radbodus Badanenſis Epiſcopus, & Goffredus Vindocinenſis Abbas; Roberti amicus, & familiaris, quorum litteras etſi Sirmondus editor epiſtolarum Goffridi, & Bollandus in Commentario ad vitam Roberti dubias, vel ſuppoſititias cenſuerint, eas tamen egregiis argumentis vindicarunt Mabillonius, Pagius, aliique, qnos quidem calumniis in Robertum vulgatis faciles aures præbuiſſe compertum eſt; dum præcipue Vindocinenſis Abbas Roberto tantam cum mulieribus familiaritatem fuiſſe adnotat, ut diu, noctuque cum iis ageret, eodem ſub tecto, quin etiam eodem in lecto, & ut tam fœda corrigeret, hortatus eſt; Eademque, quin & graviora, Roberto, aſſeclisque ejus exprobrat Rodonenſis Epiſcopus; dum ejuſdem monaſteria a lupanaribus vix diſtingui ajebat; partuſque feminarum commorantium, infantumque vagitus audiri ibidem ajebat, quæ ſane ab malevolis viris ſumma injuria vulgata Radbodus Epiſcopus, & Goffridus Abbas Vindonenſis nimium creduli vulgarunt, quorum famam non ſolum Fontisbrandi ſcriptores, ſed ceteri etiam ſcriptores Mabillonius, Pagius, Nat. Alexander vindicarunt. Moderatius ſane egiſſent, ſi hanc virorum ſubjectionem mulieribus, aut Eccleſiæ moribus contrariam dixiſſent, aut ex utraque parte periculi plenam, ſi cum Carolo Magno in capitulari anni 789. num. 76. Epiſcopi, & Abbatibus directo, dixiſſent; *Auditum eſt aliquas Abbatiſſas, contra morem Sanctæ Dei Eccleſiæ benedictiones cum manus impoſitione, & ſignaculo ſanctæ Crucis ſuper capita virorum dare, nec non & velare virgines cum benedictione Sacerdotali, quod omnino a vobis Sanctiſſimi Patres in veſtris Parochiis illis interdicendum ſcitote*. His addere poterant Paſchalis Papæ ſententiam, qui duplicia virorum, ac mulierum monaſteria, cum eadem viciniora eſſent, omnino improbavit; cujus hæc ſunt verba ad Didacum Compoſtellanum Epiſcopum. *Illud omnino incongruum eſt, quod per regionem veſtram monachos cum ſanctimonialibus habitare audimus, ad quod reſecandum experientia tua immineat, ut & qui in præſentiarum ſimul ſunt, diviſis longe habitaculis ſeparentur, prout arbitrio, & religioſorum virorum conſilio melius viſum fuerit, neque impoſterum conſuetudo hujuſmodi præſumatur &c.* Ordinis tamen ſui confirmationem ab Paſchali Papa anno 1106. Robertum obtinuiſſe adnotat auctor hiſtoriæ ordinum religioſorum, quin anno 1113. Ordi-

Mabill. Annal. lib. 69. Pag. an. 1117. Nat. Alex. sec. 11. 12. dissert. 5.

Apud Labb. to. 10. epiſt. 10. pag. 644

Helliot. hiſt. ord. Reliq. tom. 6.

Ordinem ſuum ab eodem Pontifice, ab Epiſcoporum juriſdictione ſubtractum fuiſſe, cum id religioſæ mulieres ab eo petiiſſent, addit; Iiſque geſtis, aucto jam diſcipulorum ſuorum numero ad multa millia, multiplicatiſque virorum, & mulierum monaſteriis tandem Robertus laboribus confectus die 25. Februarii labentis anni 1117. in Urſano monaſterio obiit; cujus corpus ad Fontisbrandi monaſterium, multo cum apparatu delatum ibi ſepultum fuit, de quibus, ſicuti & de ejuſdem ordinis progreſſu plura dabunt Mabillonius in Annalibus lib. 69. ad 73., & auctor hiſtoriæ ordinum Religiosorum tom, 6.

Jesu Chr. an. 1117.

Bernardi Tironenſis Abbatis geſta, obitus.

15. Roberto de Arbiſcello familiaris, & diſcipulus fuit Bernardus Tironenſis Abbas, ut ſcribit auctor vitæ Roberti, cum quo hoc eodem anno Carnutum advenilſe adnotat, cum jam Ivo Carnotenſis Epiſcopus objiſſet, cui Goſſridus ſucceſſor datus fuerat, ibique cum diſſidia inter Comitem, & Clerum compoſuiſſent invicem disjuncti, paulo poſt uterque vivere deſiit, Robertus ut diximus Urſani in ſuo monaſterio, Bernardus Tironii ubi Abbas erat ultimum diem clauſit, cum plura in Galliis, & Anglia monaſteria ædificaſſet; Atque is etiam inter novi ordinis inſtitutores, & monaſtici ordinis propagatores adſcriptus, ſeu potius inter Benedictini Ordinis reformatores recenſendus, cujus propterea geſta, & vitam Mabillonius, & auctor hiſtoriæ ordinum religioſorum referunt, de quibus ne longiores ſimus plura non addimus.

Bernardus Abbas Claræ Vallis, vitæ ejus auſteritas.

16. Bernardo tamen Tironenſi multo illuſtrior his diebus erat Bernardus Clarevallenſis, quem raligioſum habitum anno 1113. induiſſe diximus; quo ſumpto, tantos in vita monaſtica, progreſſus fecit, ut biennio vix elapſo anno 1115. e Ciſterc-enſi ſolitudine in Clarevallenſem translatus, Abbas ibidem præfectus fuerit, & a Villelmo Catalaunenſi Epiſcopo ordinatus, in tanta cum ſociis duodecim vitæ auſteritate vixit, ut debilitato ſtomacho vix cibum caperet, aut retineret, quem cum prædictus Gulielmus Catalaunenſis Epiſcopus hoc anno conveniſſet, medico quidam ruſticano curam ipſius delegavit, & ut in privata domo, a fratrum cœtu ſeparatus aliquandiu viveret, auſteritateſque priſtinas temperaret, juſſit; paulo poſt ab ea infirmitate recreatus, ad priſtinum vivendi inſtitutum rediit, ut in ejus vita legitur, ac narrat Gulielmus, quo tempore accidit, ut Robertus quidam nobilis adoleſcens, qui Clu-

Bernardi Vita lib. 1. 7.

Jesu Chr. An. 1117.

Cluniacenſibus primum nomen dederat; deinde ad Ciſtercienſes tranſiens, cum Bernardo in Claramvallem miſſus fuerat; ab Cluniacenſi tamen priore ſeductus, ad Cluniacenſes rediret, quod ægre nimis Bernardus tulit, unde graves, diurnæque inter utrumque ordinem quærelæ exortæ ſunt, quarum infra ſermo fiet, de Roberto autem ab ſe avulſo hæc in epiſtola prima ad eumdem narrrat Bernardus; *Primo quidem miſſus eſt magnus quidam prior ab illo ipſo Principe priorum*, ſeu Cluniacenſi; *foris quidem apparens in veſtimentis ovium, intrinſecus autem lupus rapax: deceptiſque cuſtodibus, æſtimantibus quippe ovem eſſe; væ, væ, admiſſus eſt ſolus ad ſolam, lupus ad oviculam. Nec refugit ovicula lupum, quem, & ipſa putabat ovem. Quid plura? attrahit, allicit, blanditur, &c. Talibus tandem allegationibus male credulus puer circumventus ſeducitur, ſeductorem ſequitur, Cluniacum ducitur; tondetur, raditur, lavatur, exuitur ruſticanis, vetuſtis, ſordidis, induitur pretioſis, novis, ac nitidis, & ita in conventum ſuſcipitur. Sed cum quali putas honore, cum quo triumpho, cum quanta reverentia? Defertur ei ſuper omnes coætaneos ſuos &c. Mittitur interea pro eo Romam: Apoſtolica compellatur auctoritas, & ut Papa non neget aſſenſum, ſuggeritur ei, infantem olim a parentibus oblatum fuiſſe monaſterio. Non fuit qui refelleret . . . . . Firmatur privilegio crudeli nimium clemens ſententia abſolutionis: quo reportato, confirmaretur male ſuaſa ſtabilitas, ſecuritas dubitandi . . . . Fit profeſſio ſuper profeſſionem: vovetur, quod non ſolvetur &c.* Hæc ibidem Bernardus, de cujus præclare geſtis non ſemel infra redibit ſermo.

Anſelmi magiſtri Laudunensis obitus.

17. Hoc anno e vivis exceſſit Magiſter Anſelmus Laudunenſis Decanus, qui Lutetiæ, & Lauduni per quadraginta & amplius annos Theologiam publice profeſſus eſt. Dacherius enim, qui Guiberti, Abbatis B. Mariæ de Novigento Opera publicavit, catalogum Decanorum Laudunenſium ex tabulariis eruit, & iiſdem operibus annexuit, huic anno mortem ejus conſignat. Habuit diſcipulos celeberrimos, & Magiſtros inſignes, Villelmum de Campellis poſtea Catalaunenſem Epiſcopum, Petrum Abaelardum, Gaufridum Britonem dein Rotomagenſem Archipræſulem, alioſque. Hugo Metellus Canonicus Regularis Ordinis S. Auguſtini in Abbatia Sancti Leonis Tullenſis, qui hoc ipſo tempore floruit, ſcripſitque

que *Epiſtolas plures ad viros ſui temporis ſcientia, vel dignitate illuſtres*, non dum publici juris factas, in Epiſt. IV. ad Innocentium de eo ait; *Mortuo Anſelmo Laudunenſi, & Guillemo Catalaunenſi, ignis verbi Dei in terra defecit*, indeque Joannes Canonicus S. Victoris Pariſienſis in Chronico MS. de eo, inquit, dixiſſe fertur Eugenius III. *Deum ſpiritum ejus ſuſcitaſſe, ne Scriptura periret*. Gloſſam interlinearem aliaque reliquit ingenii ſui monumenta, quorum pleraque adhuc inedita, quæ Nat. Alexander Sæculo 11. & 12. part. I. cap. 6. art. 3. enumerat. Jesu Chr. an. 1118.

JESU CHRISTI an. 1118. Gelasii Papæ II. an. 1. Henrici Imp. 8. Joannis Comneni Imp. 1.

1, Turbulentiſſimus adeſt annus 1118., quo Urbs, & Italia ſchismate, cœdibus, civilibuſque diſſidiis, diu acriterque vexata eſt; Cum etenim Paſchalis Papa Præneſte in die octava Natalis, & Epiphaniæ feſtum celebraſſet, ac inde in urbem inopinato adveniſſet, & B. Petri porticum occupaſſet. Jamque, ut narrat Pandulphus coævus; *bonus Pontifex ad perficiendum, quod incœperat, machinas, & tormenta, & quæcumque neceſſaria bello, incredibili agilitate per biduum, per ſuos parare fecerat*, ut rebelles ſcilicet cives comprimeret, biduo poſt reditum, eouſque infirmatus eſt, ut moreretur; *Quare unctus oleo, facta confeſſione, peractis in eo omnibus, prout decuit ſecundum Sanctæ Eccleſiæ ritum, pſallendo cum pſallentibus, media nocte, ut qui de tenebris properabat ad lucem ſenex honeſtus, carnis debitum ſolvit, decimoquarto Kalendas Februarii. Corpus ejus balſamo infectum, & ut habet ordo, ſacris indutum veſtibus, cum exequiis debitis, & honore digno, cum frequentia Cleri, & populi deportatur. Non cuilibet tanta gleba impoſita eſt deportanda, ſed ab ipſis Patribus honorifice eſt deportata in Baſilicam Salvatoris Sede propria in Patriarchio, dextero latere templi in mauſoleo puriſſimi marmoris tbalapſico opere ſculpto, undecimo Kalendas Februarii mirifice collocatus eſt*, ait Pandulphus, ac ordinationes Epiſcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum ab eo factas recenſet, ſicuti, & Eccleſiarum conſecrationes, aliaque ab ea geſta, ac tandem *defuncto eo ceſſavit Epiſcopatus diebus tribus*. Paſchalem autem annos 18. menſes

Paschalis Papæ obitus.

Marat. rer. Ital. tom. 3. p. 367.

JESU CHR. AN. 1118. ſes quinque, dies ſeptem, Romanum Pontificatum tenuiſſe, ait Card. de Aragonia, de quibus plura adnotat Pagius num. 1., & 2.

Paschalis Papa Canonicos Regulares in Basilica Later. collocat. to. 10. to. 20.

2. De ejuſdem vero geſtis, præter hactenus commemorata multa, adhuc addenda eſſent, quæ ut minus neceſſaria conſulto præterimus, & in appendice ad ejus epiſtolas, in Labbeana, recentiori præſertim conciliorum editione, ex Martenio, Balutio, aliiſque addita, videri poſſunt. Hoc unum addimus ex Joanne Diacono juniore Lateranenſis baſilicæ canonico, qui in libello de eccleſia Lateranenſi, de Pontificibus ibidem quieſcentibus agens, inter eos Paſchalem ſecundum recenſet, ab eoque Canonicos regulares ibidem collocatos fuiſſe adnotat. *Ibi prope jacet Leo Papa quintus, & Agapitus Papa ſecundus... Inde per directum ad dexteram jacet Paſchalis Papa ſecundus, qui ſalubri providentia ac ſtudio renovavit Ordinem canonicum in iſta eccleſia: juxtaque jacet Callixtus Papa &c:* Deinde alios numerat. Hunc porro Joannem diaconum ejus eccleſiæ Canonicum ſub Alexandro tertio ſcripſiſſe probat Pagius nota tertia ad hunc annum; In dedicatoria tamen epiſtola idem Joannes Diaconus libellum illum antiquiorem se fuiſſe teſtatur, cui ea tantum ipſe addidit, quæ vel propriis oculis viderat, vel veraci relatione a ſenioribus didicerat.

Mabil. Muſæi Ital. t. 2.

Gelasius secundus Rom. Pontifex eligitur.

3. Paucis ab Paſchali obitu elapſis diebus Gelaſius ſecundus, qui Joannes antea dicebatur, ex illuſtri Cajetanorum familia in Romanum Pontificem electus eſt, ut narrat Pandulphus. Is porro Gelaſius primum inter Caſſinenſes monachus, Diaconus deinde S. R. E. Cardinalis, & Cancellarius, sub Paſchale Pontifice. *In Romana ſemper Eccleſia irreprenſibiliter eidem Apoſtolico collaborans*, ut ait Uſpergenſis, ſucceſſor *eligitur*, de ejuſdem autem electione, poſtquam vitæ ſeriem, geſtaque preclara fuſiori ſtylo deſcripſit Pandulphus his præſens, hæc addit. *Interim Paſchali Papa defuncto, venerabilis Pater domnus Petrus Portuenſis Epiſcopus, qui primatum poſt Papam per longa jam diutius tempora detinuerat cumque eo omnes presbyteri, ac diaconi Cardinales de eligendo Pontifice, & in commune communiter, & regulariter ſinguli pertractare cœperunt pro dominio Cancellario in monaſterio Caſſinenſis commanente. His ſic geſtis, modis omnibus ipſo inſcio Nun-*

Murat. rer. Ital. tom 3. pag. 380.

Nuntius de repente comparuit, qui Cancellarium ipſum, juxta quod acceperat in mandatis, ad Cardinales Romam cum omni faceret celeritate redire. Quid moror? Triſtis Frater Joannes morte tanti Patris ſui protectoris, ac mœrens, prout obedientiæ filius, poſcit mulam, aſcendit, maturoque itinere Urbem intravit, fratres ac filios adunavit, commonuit. In craſtinum vero, ſecundum quod condixerat, honorabilis Pater prænominatus dominus Portuenſis, Cencius Sabinenſis, Vitalis Albanenſis, Lambertus Oſtienſis Epiſcopus &c. Cum aliis Presbyteris Cardinalibus, & Diaconibus, quorum ſupra triginta nomina, Eccleſiarumque titulos recenſet, totoque Romano Clero, & Conſulibus, & Senatoribus in unum congregatis; Hi itaque omnes, *Vitantes ſcandalum, quod in hujuſmodi ſolet electionibus pro peccatis noſtris accidere, non ſecus ac poſtea rei probavit eventus, ad locum tutiſſimum, veluti qui curiæ cedit, in monaſterio quodam, quod Palladium dicitur, infra domos Leonis, & Cencii Frangipanis pariter convenerunt, ut juxta ſcita Canonum de electione tractarent. In quo loco videlicet poſt diſceptationem diutinam, ac voluntates diverſas, nunc hæc, nunc illa petentes: tandem aliquando, communicato conſilio, illo etiam mediante, qui facit utraque unum, pari voto ac deſiderio in hoc unum unanimiter concordarunt; ut dominum Joannem Cancellarium in Papam eligerent & haberent. Nec mora, raptus ab omnibus probatur ab omnibus, nec non etiamab Epiſcopis, quorum nulla eſt prorſus alia in electione Præſulis Romani poteſtas, niſi approbandi, vel contra, & ad communem omnium Cardinalium primum, & aliorum petitionem, electo manus ſolummodo imponendi. Sicque invitus ac renitens dominus Joannes Cajetanus, qui hodie eſt Gelaſius, in Papam, Spiritus ſancti gratia mediante, electus eſt, & ab omnibus communiter in ſumma Sede locatus, cunctis Dei magnalia collaudantibus.* Hactenus de legitima Gelaſii Papæ electione.

Quænam schismatici in Gelasium Papam tentaverint.

4. At gaudium ob lectionem Gelaſii tanto conſenſu, plauſuque peractæ in luctum convertit ſeditioſorum factio, quæ in urbe latebat, qui ut Henrico rem gratam facerent, nam ut auctor ſubdit. *Hoc audiens, inimicus pacis atque turbator, jam fatus Cencius Frangipanis (erat hic inhærens factioni Henrici ſchiſmatici Imp.) more draconis immaniſſimi*

JESU CHR. AN. 1118.

ſibilans, & ab imiſpectoribus trahens longa ſuſpiria, accinctus retro gladio, ſine mora cucurrit, valvas ac fores fregit, eccleſiam furibundus introiit, inde cuſtode remoto, Papam per gulam accepit, diſtraxit, pugnis, calcibus percuſſit, & tamquam brutum animal intra limen Eccleſiæ acriter calcaribus cruentavit, ut latro tantum dominum per capillos, & brachia, JESU *bono interim in navi dormiente, detraxit, atque domum uſque deduxit, ubi eum catenavit, & clauſit. Tunc de præfatis Epiſcopis, Cardinalibus ac clericis; & multis de populo qui convenerant, alii ab apparitoribus Cencii modo ſimili vinciuntur, alii de caballis ac mulis capite verſo præcipitantur, & inauditis undique miſeriis affliguntur, donec aliqui ſemivivi in domum tandem propriam remearunt: malo ſuo venit, qui fugere cito non potuit.*

Ab Schiſmaticorum manibus Gelaſius eripitur.

5. *Facta autem hac voce convenit multitudo Romana Petrus Præfectus urbis, Petrus Leonis cum ſuis, Stephanus Northmannus cum ſuis, Stephanus de Berizone cum ſuis, Stephanus Quadralis cum ſuis, Bucuporcina cum ſuis Boviſco cum ſuis, Berizaſi cum ſuis. Regiones duodecim civitatis Romanæ, Tranſliberini & Inſulani arma corripiunt, cum ingenti ſtrepitu Capitolium ſcandunt, nuntios ad Frangipanes iterato remandant Papam captum repetunt & exoptant. Nihil moræ. Territus Frangipanis, præſertim Dominus Leo impietate ſubdola pius, Papam illico reddidit, pedes ejus amplexans, clamat irremiſſus: Domine miſerere. Et ſic pacatis inimicis urgentibus, ut iterum Eccleſiam duris cornibus ventilaret, evaſit.* Ac albo vectus equo Gelaſius, tota plaudente urbe in Lateranum tranſiit, *bannis, & inſignibus aliis eum præcedentibus pariter, atque iuxta Romanum ritum, moremque ſequentibus,* ait auctor quo tempore & loco Comites, & Barones ad ſe advenientes benigne comiterque Gelaſius excepit; & *tamquam a patre filii benignius per omnia tractabantur,* ut ait auctor; Interea *qualiter, & quando promoveri pariter & conſecrari deberet, equidem diaconus, & non Presbyter erat,* conferebatur, ac ſolemnes jejuniorum dies in quibus Presbyterorum ordinationes fieri ſolebant, expectabantur, atque ad eam ordinationem Epiſcopos urbi proximos, & Apuliæ præcipue advocatos fuiſſe narrat Falco Beneventanus in chronico, ac ſubdit. *Legatione accepta Epiſcopus Trojanæ, Archiepiſcopus Sipontine*

pontinæ civitatis, & alii complures ad ipſius conſecrationis ſolemnitatem properaverunt &c.

JESU CHR. AN. 1118.

6. At antequam hæc fierent, ob Henrici inopinatum adventum, Gelaſius Papa urbe exceſſit, & ut ſubdit Pandulphus. *Dum hæc agerentur, quidam intempeſtæ noctis ſilentio ad jam fatum egregium dominum Hugonem Cardinalem directus eſt, ab uno videlicet, cui exinde non parva copia inerat amicorum, qui Henricum, dictum Imperatorem Romanum, armatum contra Papam ad S. Petri porticum diceret advenaſſe. Quod moraretur, non opus eſſe. Papa per Cardinalem præſcivit. Et ſicut jam pene ſenio & infirmitate confectus, fugere tam repente non poterat, manibus abducitur famulorum, & ſic caballo ejectus, ad dominum Bulgamini, in nocte ipſa confugiens latuit.* Henricum autem Imp. conſenſiſſe primum electioni Gelaſii, inde vero mutatum refragatum eſſe: atque eum perſecutum, ut vides, Uſpergenſis affirmat: pergit vero Pandulphus: *Fugimus & omnes cum eo.* De ſe ipſo ait Landulphus, in tanta rerum perturbatione, quid agerent, quove abirent, hærebant, tandem ut per mare fugerent, ſtatutum eſt, *Si quidem in flumen Tiberis maturato intravimus, & per Galeas duas in portum uſque deſcendimus: ibique cœlum, terra, mare, & pene omnia quæ in eis ſunt, adverſum nos pariter conjurarunt. Nam cœlum graves pluvias grandines, tonitrua, coruſcationes, & fulmina frequentabat: mare ſimul & Tiberis jam diris tempeſtatibus Vicario rebellabant, ut vix in Portu vivi remanere poſſemus, nedum mare intrare; ſæva ſuperbia per ripam Alemannorum barbaries tela contra nos mixta toxico jaciebat; minitabantur etiam nos inter aquas natantes pice igne cremare, niſi Papam, & nos eorum manibus dederemus. Et credo, capti eſſemus, ſi nox, & ira fluminis illos non impediviſſet. Quid ad hæc? Quid miſerrimi facerent? Ceperunt, immo cepit dominus Hugo Cardinalis & presbyter Papam noſtrum in collum, & ad caſtrum S. Pauli Ardeam ſic de nocte portavit.* At aurora adveniente *Theutonici rediere prædam de nobis facere geſtientes, juratum eſt eis tandem, quia Papa fugiſſet: & ſic, Deo gratias, receſſerunt a nobis. Interim retentavimus, ſi mare adhuc valeremus intrare, Papam nocte deduximus. Cum non ſine periculo mari nos fluctus attigimus: die tertio ripæ Tarracinenſi vivi vix applicavimus, & in quarto portum Cajetæ intravi-*

Ob adventum Henrici Imp. Gelaſius urbe excedit.

JESU CHR. AN, 1118.

travimus: ubi ab illis hominibus nimis honorifice ſuſcepti fuimus, & benigne tractati.

Gelasius Papa Cajetæ Pontifex conſecratur.

7. Atque ibidem Gelaſium commorantem convenerunt quotquot in Campania, & Apulia, vel vicinis provinciis erant Archiepiſcopi, & Epiſcopi, & Abbates, & una cum eis, Gulielmus Dux Apuliæ, Robertus Princeps Capuæ, Richardus de Aquila, aliique Barones plurimi, *tunc ei omnes*, utpote Vaſſalli, *fidelitatem fecerunt* ait auctor, atque ibi cum eſſet. *Dominus Papa per manus Lamberti Oſtienſis, Petri Portuenſis, Vitalis Albunenſis Epiſcoporum cooperantibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis multis*, aliiſque viris religioſis, & Principibus ſupramemoratis, *Dictante ſancto Spiritu effectus eſt. Presbyter, & in Papam Gelaſium infra Calendas Martii conſecratus, ubi Petrum Rufum Diaconum Cardinalem, Baronem Subdiaconum, & me Pandulphum oſtiarium, qui hæc ſcripſi in lectorem & exorciſtam promovit, & plures alios in minoribus gradibus ordinavit, Lœtum nomine Verulanum Epiſcopum a domno Paſchali Papa factum, atque depoſitum, ſuæ dignitati ac loco reſtituit. Griſogonum Diaconum Cancellarium fecit, ibique per totam quadrageſimam demorantes feſtivitatem Paſchalem. Capuæ ſolemniter celebravimus* ait is auctor, Cajetæ, & Capuæ dum moraretur Pontifex, in urbe adſtans Henricus, legatos ſuos ad eum miſit, ut eum ad urbem, ſi fieri poſſet, revocaret, ut Fulco Beneventanus in chronico ad hunc annum, narrat. Pontifex tamen, ne ſibi quod Paſchali olim acciderat, contigeret, aut vim pateretur, in urbem redire noluit.

Murat. to.5. pag.90.

Burdinus Brach. Episc. in Antipapam ordinat.

8. Quare Imperator in Gelaſium exaſperatus, conſilium ſane nefarium iniit, ut alterum ſcilicet Pontificem, ſeu Antipapam ordinari curaret, ut ſupracitati auctores narrant, *Rex Apoſtolici egreſſum cognoſcens*, ait, Fulco, *apud Galenum ſeu potius Gajetam delegavit, quatenus urbem reverteretur, quoniam ad ejus conſecrationem libentiſſime intereſſe, & corroborare deſideraret, Pontifex autem Gelaſius, nequitiam ejus, & perfidiæ telum longe lateque cognoſcens*; in urbem nequaquam ſe rediturum dixit. *Rex autem Pontificis ipſius reſponſum audiens, peſtifero accepto conſilio Archiepiſcopum quemdam Hiſpanum*, Burdinum ſcilicet Bracharenſem ab Paſchali Papa excommunicatum, *in Pontificem, & ut ita dicam invaſorem eccleſiæ con-*

conſtituit ac conſecravit ad ſchiſma conflandum, ſtimulos Henrico Romaniſque legulejos, & legis peritos dediſſe narrat Landulphus, atque inter eos præcipuus Garneſius, ſeu Irnerius fuit, qui Bononiæ hac ætate cum multa laude, ut jam diximus jus civile docebat. *Magiſter Guarnerius de Bononia, & plures legis periti populum Rom. ad eligendum Papam convenit & quidam expeditus lector in pulpito Sancti Petri per prolixam lectionem decreta Pontificum de ſubſtituendo Papa explicavit, ait is auctor*. Nefandum ſcelus *Primum ſenſeramus*, ait Pandulphus, *quemdam Mauritium nomine*, Burdinum etiam dictum, *Bracharenſem Epiſcopum, quaſi novum ſimulacrum in locum Papæ ſtruxiſſe, & illum ſic intruſum Gregorium nominaſſe*. Murat. rer. Ital. tom. 5. p.502.

9. Peracta autem Burdini conſecratione, *Henricus ab eodem Hereſiarcha coronatus, Liguriam rediit*, ait Petrus Diaconus in Caſſinenſi chronico, qui totam tragoediam referens, addit Gelaſium Papam ex Cajeta Capuam tranſiiſſe ibique in Paſchali feſto Miſſam ſolemniter celebraſſe, ac poſtea ad Caſſinenſe monaſterium profectum, *cum honore & gaudio ab tota congregatione ſuſceptum fuiſſe*, ubi per plurimos dies moratus eſt, uſque dum ſcilicet Romam rediit, ut ibidem narrat. Capuæ autem cum eſſet, inter cetera ibidem geſta. *Una cum Epiſcopis & Cardinalibus excommunicavit eumdem Imperatorem, una cum prædicto invaſore, eorumque* complicibus, quod etiam Uſpergenſis Abbas confirmat, addens, *Juxta quod litteræ ab ipſo circumquaque tranſmiſſæ teſtantur, Cæſarem una cum filio ſuo damnavit*.

Gelaſius Papa Henricum cum Burdino excommunicat. lib.4. c. 64.

10. Gajetæ autem dum eſſet Gelaſius Pontifex, ubi in urbe ſchiſmaticum Burdinum in Romanum Pontificem ordinatum fuiſſe audivit, ſceleris atrocitate commotus, litteris datis univerſim admonuit, ut ab ſchiſmaticis caverent, utque Romanæ eccleſiæ opem ferrent, excitavit, addens poſt dies quadraginta quatuor ab ordinatione ſua Burdinum electum, & conſecratum fuiſſe, cujus conſecrationi nullus pene Romanorum, ſed tantum Libertinæ factionis participes conſenſum & præſentiam ſuam præbuerunt. In epiſtola ad Galliæ Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Clericos, Principes, ceteroſque per Galliam fideles data, quam Eadmerus in libro Novorum inſeruit, hæc Pontifex narrat. *Quia vos Rom. eccleſiæ membra eſtis, quæ in ea nuper acta ſunt dilectioni veſtræ ſigni-*

Gelaſii Papæ epiſtolæ de ordinatione Burdini in Rom. Pontif

Labb. to.10. p.817.

JESU CHR. AN. 1118.

gnificare curamus. Siquidem poſt electionem noſtram dominus Imperator furtive, & inopinata velocitate Romam veniens, nos egredi compulit. Pacem poſtea & minis & terroribus poſtulavit, dicens, quæ poſſet, ſe facturum, niſi nos ei juramento pacis certitudinem faceremus: ad quæ nos iſta reſpondimus. De controverſia, quæ inter Eccleſiam & regnum eſt, vel conventioni, vel juſtitiæ libenter acquieſcimus, loco & tempore competenti, videlicet Mediolani, vel Cremonæ in proxima B. Lucæ feſtivitate, fratrum noſtrum judicio, qui a Deo ſunt judices conſtituti in Eccleſia, & ſine quibus hæc cauſa tractari non poteſt. Et quoniam dominus Imperator a nobis ſecuritatem quærit: nos verbo & ſcripto eam promittimus, niſi ipſe eam interim impediat; alias enim ſecuritatem facere, nec honeſtas Eccleſiæ, nec conſuetudo eſt. Ille ſtatim die poſt electionem noſtram quadrageſimoquarto Mauritium Bracharenſem Epiſcopum, anno præterito a domino prædeceſſore noſtro Paſchali Papa in Concilio Beneventi excommunicatum, in matris Eccleſiæ gremium ingeſſit. Qui etiam cum per noſtras olim manus pallium accepiſſet, eidem domino noſtro, & Catholicis ſucceſſoribus (quorum primus ego ſum) fidelitatem juravit. In hoc autem tanto facinore nullum de Romanis dominus Imperator (Deo gratias) ſocium habuit, Guibertini ſoli, Romanus de S. Marcello, Cencius, qui dicebatur de S. Chryſogono, Teuto qui multo per Daciam, ſeu Italiam debaccatus eſt tempore, tam infamem gloriam celebrarunt. Veſtræ igitur experientiæ, litterarum præſentium perceptione mandamus, ut ſuper his per Dei gratiam communi deliberatione tractantes: ad matris Eccleſiæ ultionem communibus, præſtante Deo, auxiliis, ſicut oportere cognoſcitis, accingamni. Datum Cajetæ decimo ſeptimo Kalend. Februarii. Dum autem nullum ex Romanis conſenſum conſecrationi præbuiſſe narrat, perpaucos intellige, vel tantum ſchiſmaticos.

Gelasii Papæ epist. ad Romanos cives.

11. Et ſane adnotat Fulco Beneventanus. *Romanorum complures, quorum mens erga Rom. Eccleſiæ fidelitatem fixa manebat*, ſchiſmaticis ordinationem ægerrime tuliſſe, *deinde præfatus*, inquit, *& alii Romanorum nobiles Gelaſio canonice ordinato apud Galenum* (ſeu potius Gajetam) *legaverunt dicentes, veſtræ noteſcat paternitati Pater, & Domine, nos & noſtros amicos conſecrationi illius excommunicati viri in Pontificem ſceleſtum conſtituti, nullatenus conſilii, aut auxilii manus*

manus dediſſe, quia potius ſe ei fidiſſimos futuros teſtati ſunt, & ut ad urbem rediret, hortati, quibus acceptis Gelaſius Papa Romano Clero, & populo hæc reſcripſit. *Dilectionis veſtræ Domino gratias agimus, quod unanimiter præſidentes communicare tenebrarum operibus noluiſtis. Audivimus etiam quomodo ille amicus noſter Dominus Imperator familiarem noſtrum Mauritium Bracharenſem Archiepiſcopum, antea ſibi ſuper tractanda pace Legatum in noſtram Eccliſiam ingeſſerit. De quo ſciatis, quod dicitur olim ſecundum conſuetudinem, confirmatione, conſecratione pallium accepiſſe a nobis, & nos ab ipſo ſecundum ſtatuta canonum juramentum fidelitatis, & obedientiæ recipimus &c. Rogamus ergo dilectionem veſtram atque præcipiendo mandamus, ut ab eo vos tanquam ab excommunicato, perjuro, invaſore, & ſanctæ matris Eccleſiæ, ac fidei Catholicæ conſtupratore abſtineatis, &c. Datum Cajetæ &c.* ut ſupra 17. Kalend. Februar.

Jesu Chr. An. 1118.

Labb. ut ſup.

12. Ejuſdem argumenti eſt epiſtola altera Cajetæ data ut ſupra ad Bernardinum Toletanum Archiepiſcopum, & Hiſpaniarum Primatem, qua Burdini prava geſta commemorat; & ut excommunicatum Apoſtolicæ Sedis invaſorem per omnes Eccleſias Hiſpaniæ denuncient, jubet. *Non latere credimus fraternitatem tuam, qualiter frater quondam Mauricius, idem, ac Burdinus, Bracharenſis Epiſcopus ſe jamdiu habuerit, qualiter Eccleſiam ſuam dimiſerit, & quomodo Regi excommunicato adhæſerit, & contra ſtatuta Canonica in cubile Romanæ Eccleſiæ ſe ingeſſerit. Nec eum miramur debitam tibi obedientiam, & antiquum primatus honorem Eccleſiæ tuæ penitus denegaſſe, qui Romanam Eccleſim, quæ omnium Eccleſiam, quæ omnium Eccleſiarum mater eſt magiſtra, non ſolum denegare, ſed deſtruere quodadmmodo conatur &c. Monemus itaque, atque præcipimus, ut juxta mandatum prædeceſſoris noſtri ad electionem in Bracharenſi Eccleſia faciendam ſollicitudine charitatis debitæ, operam & opem præbeas cum effectu. Ipſum verum Mauritium excommunicatum, & perjurum, & matris Eccleſiæ conſtupratorem publicum cæteris Hiſpaniarum Prelatis* denuncians ſubintellige.

Gelaſii Papæ epiſt. ad Bernardum Tolet. Epiſc. de Burdino ſchiſmatico.

13. Ut Idolum in urbe erectum Gelaſius everteret; ſchiſmaticumque Burdinum ejiceret; auxilium ab Normannis Principibus imploravit. *Reſumpſit Papa vires, Duci Gulielmo, ac Principi Capuano, Roberto, aliiſque Baronibus de-*

Gelaſius opem Principum Calabriæ, Apuliæ

dit

JESU CHR. AN. 1118.

dit firmiter in mandatis, ut omnes contra barbarum arma cito pararent, dixit, & factum eſt, ait Pandulphus *paratur Papa ad reditum, redeunt Barones cum eo &c.* De Gelaſii reditu in urbem, geſtiſque paulopoſt; interea, ut Normannos ad expeditionem alacriores redderet, Gulielmo Ducatus Apuliæ, & Calabriæ inveſtituram dedit; cujus formulam recitat Romualdus Salernitanus in chronico his verbis. *Quemadmodum Gregorius Papa tradidit illam Roberto Guiſcardo avo tuo, & ſicut Urbanus Papa eam Rogerio patri tuo tradidit, & ſicut Paſchalis Papa eidem Rogerio patri tuo prius, & poſtea ſic & ego trado tibi eamdem terram cum honore Ducatus, per illud idem donum atque conſenſum &c.* Hæc is auctor, qui de Gelaſii electione, & ordinatione Cajetæ facta, & de Burdini ſchiſmate, eadem fere cum cæteris ſcriptoribus, tradit.

&Capuæ implorat. *Murat. to.3. p.391.*

Gelaſius Gulielmo Duci Apuliæ inveſtituram donat. *Murat. rer. Ital. tom.7. p.182.*

Gelaſius in urbem redit.

14. Interea Dum Gulielmus, aliique Barones ad capienda adverſus Henricum arma ut cum eo confligerent parati eſſent. *Tunc cœperunt reditum inſimul*, cum Gelaſio ſcilicet, *maturare, quod Henricus preſentiens, infeſto negotio a caſtello, quod oppugnabat remotus eſt, & via ipſa qua venerati irato ſibi Domino Alemanniam rediit; Idolo, quod plaſmaverat in urbe relicto*, Gelaſius vero cum ad urbem acceſſiſſet; *Sui*, ut ait Pandulphus, ideſt Romani, *non receperunt, & ita* ut ſubdit. *Pedetentim magis ut peregrini, quam Domini Romam, ſicut Deus novit intravimus. Latuit Dominus Papa melius, quam hoſpitatus ſit in Eccleſia quadam, quæ S. Maria in ſecundo cereo dicitur, intra domos illuſtriſſimorum virorum Stephani Northmanni, Fandulphi fratris ejus, & Petri Latronis Corſorum. Ibique de imminentibus periculis, præſertim de intruſione Burdini cum tota ſimul Eccleſia diligentius conferebat. Eum quidam de Cardinalibus Deſiderius Sanctæ Praxedis, cujus proxima erat feſtivitas (quod non utinam cogitaſſet) ad cantandum in ipſamet Eccleſia Miſſam, ſimpliciter quodam veſpere invitavit, ſed nimirum ſimplicius eſt a Domino Papa conceſſum. Die autem craſtina (etſi diſplicuerit plurimis) quia Eccleſia eſſet in fortiis Frangipanum, freti tamen Stephani Northmanni, & Creſcentii Cajetani ejuſdem Papæ nepotis, antiquis ſtrenuitatibus, itum eſt ad cantandum, Nec dum adhuc celebratis officiis: ecce cum non parva manu militum, ac peditum, & aliorum procacium impii Frangipanes apparent: irruunt, lapides, & ſpicula mittunt*

tunt, noſtros affligunt, multi paucos atterunt. Reſiſtit miles Northmannus, & Creſcentius glorioſus cum eo, reſiſtunt unique noſtri, jacula mandata remandant, enſis atteritur enſe. lancea retuſa retundit; hinc pedites, illinc milites cadunt undique ſtrati, undique pugna gravis; Papam cœpit iſte tenere, iſte tuetur eum: miles utrimque cadit, turbæ ruunt, pedites ſcandunt muros, capiuntur ex noſtris aliqui, non tamen eximii. O quantus luctus omnium! quanta præcipue lamenta matronarum, quæ Papam ſolum, tanquam ſcurram per campos, ſacros pro parte veſtibus reveſtitum, quantum equus poterat, fugientem videbant? Hanc Crucifer ſequitur, cecidit, muliercula quem tunc invenit, abſcondit, in ſepe crucem recondit, & in ſero reduxit. In quarta parte diei acriter eſt ab utriſque pugnatum, Cum Stephanus Northmannus credens Papam jam in tuto fugiſſe, Frangipanos hortatus eſt; ut cum jam Pontifex ab eorum manibus evaſiſſet, tandem a cœdibus, vique inferenda ceſſarent, qui ſane ereptam furori ſuo victimam fuiſſe dolentes, receſſerunt.

Gelaſius Papa urbe excedit.

15. Gelaſius vero Papa, intra campos Sancti Pauli Eccleſiæ adjacentes, feſſus, & triſtis inventus nocte tranſacta, in Gallias proficiſci decrevit, & ad ſuos converſus Pontifex. *Quando quidem*, ait, *vivere in Civitate iſta non poſſumus fugiam in aliam, fugiamus Sodomam, fugiamus Ægyptum, fugiamus novam, juxta verbum Propheticum, Babyloniam, civitatem ſanguinum fugiamus. Veniet (credite mihi) veniet aliquando tempus, cum vel omnes pariter, vel quos Deus permiſerit, flante Auſtro, redibimus, & tempore meliora redibunt. Ego coram Deo, & Eccleſia dico: Si unquam poſſibile eſſet, mallem unum Imperatorem, quam tot. Unus ſaltem nequam perderet nequiores, donec de illo quoque evidentem juſtitiam Imperatorum faceret omnium Imperator. Ad hæc omnes una voce clamavere. Fiat, ſic fiat, jungentes tertio: Fiat Amen.* ſicque prædeceſſorum exempla ſecutus, in Gallias tranſiit; Unde recte Sugerius S. Dionyſii Abbas in vita Ludovici Regis, de Gelaſio. *Cum tyrannide Imperatoris per Romanos a Sancta Sede Rom. eccleſiæ arceretur, ad protectionem Sereniſſimi Regis Ludovici, & Gallicanæ Eccleſiæ compaſſionem, ſicut antiquitus conſueverunt, confugit, &c.*

Gelaſius Papa in urbe res diſponit.

16. Antequam iter ingrederetur, *Singula ſingulis*, ait, Pandulphus; *Juxta modum omnium, ac menſuram omni* tar-

Jesu Chr. An. 1118.

tarditate ſepoſita, Eccleſiæ miniſteria perſonis aſſignata ſunt, vel conceſſa. Venerabilis Pater dominus Petrus Epiſcopus Portuenſis loco Papæ Vicarius conſtitutus, Cardinales aliqui ei ſunt in auxilium ſociati. Viro reverendiſſimo, & ſagaci domino, & avunculo meo Hugoni Cardinali ſanctorum Apoſtolorum Beneventanæ urbis cuſtodia (prout poſtea vidimus) non ſine Sancti Spiritus eſt oraculo commendata: Nam paulo poſt deficiente Papa, niſi ipſe reſtitiſſet, & mille modis ſagaciter obviaſſet, Northmani illam hodie, & non Papa teneret. Nicolao Seni Cantorum ſcholam concedit. Petro dicto Præfecto, per quem domino noſtro ſanctæ memoriæ Papæ Paſchali mala plurima provenerunt, occaſione iſta (cæterum aliter vix fuiſſet) Præfectura Urbis nequam, & indigniſſimo homini eſt ſtabilita. Princeps clypeus omnium pariter Curialium Stephanus Northmannus, collaudantibus omnibus, & protector, & vellixifer in Dei Patris nomine nimis efficaciter ordinatur, & ad Urbis cuſtodiam cum jam dictis aptatur.

Gelaſius Piſas advenit, geſta ibidem

Murat. rer. Ital. tom. 5. p. 92.

17. *Navibus* itaque *plurimis, & aliis pro tempore præparatis*, ait Pandulphus. *Papa mare intravit*, die ſecunda Septembris, ut habet Fulco in Chronico Beneventano. *Hoc anno prædictus Papa Gelaſius Gallias ivit ſecundo die menſis Septembris, & Piſas applicuit*; Pandulphus etiam, *atque poſt dies aliquot Piſas proſpere applicuit*; quem Cardinales aliquot, Romanorumque Proceres, quorum ibidem nomina refert, comitabantur; Piſas autem adductus Pontifex, maximo cum honore ab Clero, & Populo una cum ſociis ſuis, recepti ſunt, & tractati, ibique ſermonem Gelaſius ad Populum habuit; *Qualem certe vix faceret Origenes in carne* ait Pandulphus; Piſanos quippe in Romanos Pontifices, non ſolum beneficos, ſed etiam obſequentiſſimos ſemper fuiſſe longo excurſu, ſeu tractatu ad hunc Pandulphi locum probat notarum auctor; Unde Piſana Eccleſia ab iiſdem Romanis Pontificibus variis privilegiis illuſtrari meruit, & Metropolitana tunc dignitate auctam fuiſſe ait Petrus Diaconus. *Romam reverſus*, ait, *indeque egreſſus civitatem Piſanam adiit, eccleſiamque inibi Sanctæ Mariæ, quæ ad domum nuncupatur, conſecrans, primus in eadem Urbe Archiepiſcopatum inſtituit*, quem etiam conſecraſſe ait Fulco At Petrus jam antea anno 1103, cum Denibertum, in Hjeroſolymitanam Sedem translatus fuerat, in Piſanum Epiſcopum electus, & ordinatus jam fuerat; ut poſt Ughel-

Chron. Caſſin. lib. 4. 64.

Ughellum adnotat Pagius not. 10. Quare Eccleſiam ibidem ab Gelaſio conſecratam fuiſſe, recte adnotavit Pandulphus, qui præſens aderat, Archiepiſcopali etiam dignitate, ab Urbano ſecundo Daimbertum exornatum fuiſſe narrant Piſanorum Annales, hinc eamdem dignitatem confirmatam ab Gelaſio fuiſſe adnotant eruditi viri Muratorius, Ughellius, Mathejus in hiſtoria Piſanæ Eccleſiæ? Lucanam quoque Eccleſiam dum Piſis eſſet hoc anno Gelaſius, duobus diplomatibus; ex ejuſdem Eccleſiæ archivio erutis, illuſtravit; Quorum primo Lucano Clero inſcripto, ejuſdem Eccleſiæ privilegia, & conſuetudines confirmavit, noviſque auxit; Altero ad Canonicos Regulares Eccleſiæ S. Frediani directo, privilegia iis ab prædeceſſore ſuo collata confirmat, novaque addit; ut ibidem videre eſt. Utraque bulla Piſis data dicitur, per manus Griſogoni S. R. E. Diaconi Cardinalis, inde digreſſus Januam abiiſſe, ibique Eccleſiam S. Laurentii dedicaſſe ex veteri inſcriptione notat Cajetanus Abbas in notis ad Pandulphum.

apud Murat. rer. Ital. to. 3. pag. 405.

18. *Ibi igitur aliquandiu commoratus, Piſis ſcilicet. Pro ſui officii libertate plenaria tractans, mare iterum intravit, & ſic ducente Domino portum Villæ Sancti Ægidii ſanus cum ſuis omnibus, & incolumis attigit. Ubi ab venerabili Abbate Hugone & ejusdem Monaſterii Fratribus undecunque confluentibus, cum maxima laude eſt, & bonore ſuſceptus, qualiter autem inibi, quam bene, quam largiſſime ab eis fuerit diutius pertractatus, ſatis manifeſtum eſt. Illuc omnes Epiſcopi, Abbates, & Monachi, nobiles, & ignobiles cujuſcumque ordinis pari modo conveniunt, quique ſuo modulo ei ſervire parati. Abbas Cluniacenſis Dominus Pontius adveniens cum munuſculis aliis, triginta ei equitaturas præparavit, decem vero Abbas Sancti Gordii cum donariis aliis: cum quibus, & cum aliis equitavit Dominus Papa per terram illam*, ubi cum eſſet Eccleſias ab vicinarum urbium Epiſcopis rogatus, tres dedicavit, ait is auctor, *ac inde regrediens abſque mora per Podium in Franciam properavit*, ubique maximo cum honore, & exultatione., *ac vice Petri receptus*, præcipue in Cluniacenſi Monaſterio; ut narrat Sugerius Abbas Sancti Dionyſii, qui unus fuit ex iis, quos Ludovicus Rex miſit in occurſum ejuſdem Pontificis, in vita ejuſdem Regis quam ſcripſit, additque obtuliſſe eidem Pontifici extrema inopia laboranti primitias regni, ab

Gelaſius Papa in Gallias advenit.

Jesu Chr. an. 1118.

eo vero Apoſtolica benedictione ſe donatum fuiſſe; paratum vero Ludovicum ipſe adire Cluniacum, ſi ejus vita ſuperſtite licuiſſet. Auctor etiam hujus temporis Fulco in Chronico Beneventano teſtatur, ingenti ſtudio Francos ad exulem Pontificem confluiſſe, eorumque munificentia ingentem argenti, & auri ſummam obtuliſse, atque ſpontaneas Fidelium oblationes, ut exuli Pontifici ſubvenirent, quam maximas fuiſse adnotat. *Quantas autem divitias, & munera argenti, & auri partibus in illis Apoſtolicus ille lucratus eſt, ſi ſingillatim deſcribere vellem, prius me tempus deſereret, quam copia diſſerendi.*

tom.5.p.92.

Gelasius Papa Synodum indicit.

19. Ibi cum eſſet, *tractabat vir ſanctiſſimus, qualiter & his, quos ſecum duxerat; & quos in urbe reliquerat, in omnibus, & per omnia provideret, & quidem multa jam ad libitum peregerat*, cum ſubita correptus infirmitate anni ſequentis initio obiit, ut ibidem dicturi ſimus: ut itaque turbatas Eccleſiæ res componeret; ſchismaque exortum comprimeret, *Apoſtolicus ipſe ſtabilivit*, ait Fulco, *ut in ſequenti menſe Martio Synodum cum Patribus Franciæ, ſeu Epiſcopis Theutoniciſque celebraret, ibique de Sacerdotii, & Regni diſſidio longe lateque habito Spiritu Sancto dictante loquerentur*; At morte præventus, quod diſpoſuerat, exequi non potuit.

Concilia in Galliis habita Coloniense. Labb. to. 10. cap.823.

20. Nonnulla tamen in Galliis concilia hoc anno celebrata fuiſſe ab Conone, Corrado etiam dicto Præneſtino Epiſcopo, & Rom: Sedis in Galliis legato, narrant coevi auctores, ac in primis de Colonienſi ſynodo hæc narrat Uſpergenſis Abbas· *His temporibus Cono Præneſtinus Epiſcopus Cardinalis, adhuc legatione Gelaſii functus, Synodum Coloniæ cum Teutonicis habuit, ubi Imperatoris omnimodis excommunicationem propalavit. Huic Concilio interfuit Norbertus, poſtea Præmonſtratenſis Ordinis inſtitutor, tunc autem noſter converſus in peregrino habitu. Ibique ab omnibus in multis accuſabatur, de quibus ſe prudenter excuſabat, unde & ſcriptum legitur de eo, quod de Iſmael: quia manus horum omnium contra eum, & ipſe contra hos omnes.* At de cauſa Norberti plura Hugo in ejus vita refert, quem etiam Gelaſio in Galliis obviam iviſſe, ab eoque prædicandi Evangelii poteſtatem obtinuiſſe addit. *Alteram quoque ſynodum*, ait Uſpergenſis, *in Friteslar idem Cono Præneſtinus, eadem de cauſa indixit*, eaque iterum Henricus anathema-

te

te percuſſus fuit; Imperator autem his auditis; *Inſuper etiam, quod Principum conſenſu generale, vel curiale colloquium non multo poſt apud Vvirceburg inſtituere propoſuiſſet: ubi ipſe aut præſens ad audientiam exhiberi, aut abſens regno deponi debuerit: efferatus animo, Italiæ ſuis copiis cum Regina relictis, Germanicis ſe regionibus nimis inſperatus exhibuit.* Quæ autem iſta ſecuta ſint, quoniam ſpectare noſcuntur ad Gelaſii ſucceſſorem, ſuo loco dicentur. Duo hæc concilia Colonienſe, & Trideslarienſe anno ſequenti poſt Gelaſii obitum celebrata fuiſſe adnotat Pagius, at eadem ab labente anno amoveri vix poſſe adnotat ibidem Manſius, cujus ſententiam utpote veroſimiliorem præferimus; quæſtio ſaltem tanti non eſt, ut in ea lectores diu detineamus.

Jesu Chr. an. 1118.

Concil. Frideslariense.

not. 21.

21. Rothomagi quoque nonis Octobris Epiſcopos plures, & Abbates cum Corrado, ſeu Conone Apoſtolicæ Sedis legato hoc anno conveniſſe narrat Ordericus lib. 12., ibique ut ſubdit Corradus *Querimoniam fecit de Carolo Imperatore*, ſeu Henrico, qui Carolus etiam dicebatur; *e Paſchalis Papæ bonorum, & ædificiorum pravo deſtructore, & Catholicorum diro perſecutore, addidit etiam planctum a Burdino Pſeudo Papa Apoſtolicæ Sedis invaſore, & de multimoda in Thuſciæ partibus Eccleſiæ tribulatione; retulit etiam Gelaſii Papæ, qui jam cis Alpes venerat inſurgentibus procellis exilium, & a Normannica Eccleſia ſubſidium petiit orationum, magiſque pecuniarum &c.* an ibidem aliquid ſtatutum fuerit, ignoratur; totam tamen cauſam ad Synodum ab Gelaſio anno ſequenti celebrandam, & indictum Principum, & Epiſcoporum Germaniæ conventum Vicerburgi anno ſequenti habendum, delegatam fuiſſe veroſimile eſt.

Labb. to. 10. p. 824.

22. Toloſanæ Synodo hoc anno celebratæ cauſam dedit bellum quod adverſus Mauros gerebat Alphonsus Rex Aragoniæ, dum præcipue Cæſar Auguſtam obſideret, quam deſinente hoc anno obtinuit; *Cæſar Auguſta capta eſt a Rege Aragoniæ* ait auctor chronici Maſſilienſis ad hunc annum, fuſius rem ad hunc eumdem annum narrat auctor chronici Malleacenſis, dum ait. *Tertio idus Junii ſubactum eſt Caſtrum juxta Cæſarauguſtam; Octavo Idus Decembris fuit bellum in Hiſpania inter Ildelphonſum, & Reges plures & Aucoetas, & contra innumerabiles Maobitas. Rex Marroch fuit unus: Rex Granada unus: Rex Tamit frater alii* (legendum videtur,

Tolosana Synodi pro Hispan. expeditione suscipienda.

Labb. biblioth. tom. 1. p. 340.

Jesu Chr. An. 1118. tur, Ali Marochi Regis (*qui fugit, & omnes alii victi, & capti, & occiſi ſunt in bello. Tertio Idus Decembris* (qui in feriam quartam incidebat) *ſubacta eſt Cæſarauſtuga, & poſt eam reddiderunt ſe aliæ civitates octo, Tutela, Vauterra, Autais, Aragum, Terracona, Sarranuna, & plurima Caſtella &c.* dum autem hæc in Hiſpania fierent; *Toloſæ fuit Concilium,* ait is auctor, *in quo confirmata eſt via de Hiſpania*; ideſt fideles ad expeditionem adverſus Mauros ſuſcipiendam excitati ſunt, hæc autem confirmata ibidem dicta ſunt, non ſtatuta, quia jam antea Gelaſius Papa litteris ſuis exercitui chriſtianorum inſcriptis, eosdem ad id opus excitaverat; Cum etenim ad eam Eccleſiam regendam, Chriſtianumque cultum, ibidem reſtituendum Alphonſus Rex Petrum quemdam Epiſcopum elegiſſet, Romamque ad Gelaſium miſiſſet, ut ab eo conſecraretur; S. Pontifex his acceptis, cum Petrum ordinaſſet, ac in Hiſpaniam dimiſiſſet, litteras fidelibus dedit quibus eos ad opus perficiendum excitavit.

Gelasii Papæ epiſt. ad fideles in Hiſpan. *Labb. pag.* 820

23. *Litteras devotionis veſtræ inſpeximus*, ait Pontifex; *competitioni, quam pro Cæſarauguſtano electo ad Sedem Apoſtolicam direxiſtis, favorem libenter accomodavimus. Eumdem ergo electum noſtris tamquam Beati Petri manibus, largiente Domino, conſecratum remittentes ad vos, benedictionem vobis Apoſtolicæ viſitationis impendimus, æquam omnipotentis Dei miſericordiam implorantes, ut per Sanctorum preces & merita, opus ſuum ad honorem ſuum, & Eccleſiæ ſuæ dilatationem vos faciat operari. Et quoniam, & vos ipſos, & veſtra extremis objicere periculis decreviſtis: ſi quis veſtrum accepta de peccatis ſuis pœnitentia, in expeditione hac mortuus fuerit; nos eum Sanctorum meritis, & totius Eccleſiæ Catholicæ precibus a ſuorum vinculis peccatorum abſolvimus. Cæterum qui pro eodem Domini ſervitio vel laborant, vel laboraverint, & qui præfatæ urbis Eccleſiæ a Saracenis, & Moabitis dirutæ, unde reficiatur, & clericis ibi Deo famulantibus, unde paſcantur, aliquid donant, vel donaverint, ſecundum laborum ſuorum, & beneficiorum ſuorum Eccleſiæ impenſorum quantitatem, ad Epiſcoporum arbitrium remiſſionem, & indulgentiam conſequantur. Data Aleſti, quarto Idus Decembris*, dum in Galliis hoc anno eſſet.

Petri Cæsar-Auguſt. Epi-

24. In Hiſpaniam reverſus Petrus Encyclicas per totam Hiſpaniam litteras miſit, ut fideles ad opus perficiendum excitaret

citaret, ſcilicet ut eleemosynis ſuis, reſtaurationem Eccleſiæ B. Mariæ adjuvarent; & ex Gelaſii Papæ auctoritate indulgentiam, pro cujuslibet opera, vel eleemoſyna conceſsit: hæc poſt præfationem ſubdens; *Illis vero qui præfatæ Eccleſiæ neceſſariorum ſolacio deſtitutæ, atque ſuæ paupertatis gemitibus condoluerint, & unum denarium, vel quos valeant, ad ejus reſtitutionem miſerint: nos eis divina clementia ac Domini Gelaſii Papæ auctoritate freti (exemplar litterarum crucis, quas in noſtra Eccleſia ſignata habemus, in ſupraſcripta pagina ſcriptum invenietis) atque Domini Bernardi Archipræſulis Toletani, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Legati, ac omnium Epiſcoporum Hiſpaniæ . . : . pœnitentiæ remittimus. Alii equidem juxta beneficiorum ſuorum quantitatem, & operum ſuorum meritum delictorum ſuorum conſequantur remiſſionem. Qui hunc noſtrum Archidiaconum nomine Majorandum, & ſocios ſuos præſentium litterarum latores benigne ſuſceperint, vel eis conſuluerint; a Domino vitam conſequantur æternam. Valete.* Ita Petrus Epiſcopus, iiſque litteris præter Petrum Cæſar Auguſtanum, & Bernardum Toletanum ſubſcripti leguntur Seboſcitanus Episcopus, Sanoius Calaguritanus, & Guido Laſcurenſis; deinde Boſo S. R. E. Cardinalis, qui omnes eamdem confirmarunt indulgentiam.

Epiſcop. per totam Hiſpaniam miſſa. *Labb. ut ſupra.*

25. Ejusdem fere argumenti eſt epiſtola altera Gelaſii ad Oldericum Terraconenſem Epiſcopum hoc anno data *Gajetæ per manum Griſogoni S. R. E. Cardinalis* 11. *Kalend. Aprilis Indict. II. Anno Domini* Conſiderans quippe Gelaſius Papa prædeceſſores ſuos, & præſertim Urbanum ſecundum plurimum laboraſſe ad reſtitutionem inſignis olim hujus Eccleſiæ Metrolitanæ, Beatum Oldegarium, Barcinonenſem Epiſcopum, ejuſdem Eccleſiæ Antiſtitem conſtituit, & Pallium ei conceſſit, Metropolitani dignitate in eum collata. Addit Gelaſius: *Sane Dertoſam* (aliquot paſſuum millibus a Tarracona diſtantem, vulgo dictam Tortoſam) *ſi divina clementia populo Chriſtiano reddiderint, in ſuburbanam Parochiam Metropoli Tarraconenſi concedimus; donec præſtante Deo, Tarraconenſis Eccleſia robur ſtatus ſui recipiat; mox Dertoſa ipſa proprium paſtorem obtineat &c.* Gelaſii epiſtolam, una cum altera Raymundi Barcinonenſis Comitis ad eumdem Oldegarium recitat Bollandus in vita ejuſdem, die ſexta Martii, ait Pagius hoc anno.

Gelasii II. epiſt ad Oldegarium, Terracon. Eſcop.

Ante-

Jesu Chr. an. 1118.

Gelaſii epiſt. ad Gualterium Ravennat. Episc. *Labb. to.10. p.818.*

26. Antequam urbe hoc anno egrederetur Gelaſius Papa, Kal. Septemb. epiſtolam ad Raynerium Ravennatenſem Epiſcopum dedit, qua ejus electionem confirmavit, & pallium miſit, detractasque ab ejusdem Metropoli olim in Æmilia provincias reſtituit; Cum enim jamdiu Ravennatenſes Epiſcopi a Romanæ Eccleſiæ obedientia, & ſubjectione non ſemel ſe ſubtraxiſſent, in Guaſtallenſi Synodo inter cetera decretum fuerat anno 1105., ut tota Æmilia cum ſuis urbibus, ideſt Placentia, Parma, Regio, Mantua, Bononia, ab Ravennatenſi Metropoli disjungerentur, cum tamen hoc tempore Gualterius Ravennatenſium electus Epiſcopus, debitam Gelaſio Romano Pontifici obedientiam, ſchiſmate abjurato, profeſſus fuiſſet, eumdem in ſuam gratiam Gelaſius recepit, pallium eidem miſit; priſtinamque dignitatem reſtituit, *Unitati Divinæ Trinitatis gratiæ agendæ ſunt*, ait Pontifex; *quia per tuæ charitatis ſpiritum diviſa conjungit, & multos in ſe animos unum facit, Eccleſia ſiquidem Ravennatium per multa jam tempora ab Apoſtolicæ Sedis unitate diſciſſa, multas eidem Sedi Apoſtolicæ perſecutiones intulit; & Eccleſiis multis perverſi ſchiſmatis fomitem miniſtravit. Quapropter ad ejus, cujus nequitiam ſubjectarum ei Eccleſiarum quaſdam ſibi Apoſtolica Sedes aſſumpſit, ut vel ſic eam ad humilitatis, & unitatis tramitem revocaret. Sed cum tandem divinæ Majeſtati placitum fuit, eandem Ravennatium Eccleſiam miſericordiæ ſuæ gratia ad unitatem, & obedientiam matris ſuæ Romanæ Eccleſiæ revocavit &c.*, ac regia potiſſimum auctoritate Epiſcopos ibidem conſtitutos fuiſſe adnotat; nunc veso Gualterium ex monaſterio eductum, canonica auctoritate electum fuiſſe addit, quem utpote Apoſtolicæ Sedis devotum, *Nos Divinæ Trinitatis unitati gratias agentes, perſonam tuam pro jure noſtræ Eccleſiæ ad Epiſcopale miniſterium cooperante Domino conſecrantes, tibi, & per te Ravennatium Eccleſiæ dignitatem omnem, quam ante illius diviſionis tempora per Romanam Eccleſiam poſſederat, reſtituimus; & per præſentem privilegii paginam, ſalvo in omnibus jure atque auctoritate Sedis Apoſtolicæ, concedimus tibi, tuisque ſucceſſoribus in ejuſdem Sedis Apoſtolicæ fide atque obedientia permanentibus, Epiſcopatus Æmiliæ provinciæ, id eſt, Placentiæ, Parmæ, Regii, Mutinæ, Bononiæ, Ferrariæ, Adriæ, Comacli, Imolæ, Faventiæ, Forolivii, Foripompilii, Bobii, Ceſennæ, Ficoclæ.*

Con-

Confirmamus etiam vobis Ducatum Ravennæ, & monaſteria S. Adalberti, & S. Hilarii Galliata, ſeu cætera monaſteria, & poſſeſſione, & per authentica privilegia ab anteceſſoribus noſtris, & Catholicis Regibus tradita. Pompoſiani quoque monaſterii curam religioni suæ, ſalvo Eccleſiæ noſtræ jure, committimus, ut regularis diſciplina per tuam induſtriam largiente Domino reformetur. Præterea fraternitati tuæ pallium pontificalis videlicet officii plenitudinem liberaliter concedimus &c., & ut digne in ſuſcepto munere fungeretur, excitat, ut ibidem, vel apud Baronium videre eſt, ac data dicitur per *manum Griſogoni S. R. E. Diaconi Card. Kal. Septemb. Indict.* 12. *anno Domini Incarnat.* 1119. *ab ineunte Martio, vel Septembri inchoato; Pontificatus Gelaſii ſecundi anno primo*.

Balduin. Hieroſolym. Regis obitus.

27. Cum hoc anno in Ægyptum arma contuliſſet Balduinus Hieroſolymorum Rex, ac Pharamiam cœpiſſet, inde digreſſus, ingraveſcente morbo, cum equitare non poſſet, lectica vectus, ac Larim delatus, ibidem obiit; Hieroſolymam vero delatus in Dominica Palmarum. *Juxta fratrem ſub Calvaria, in loco*, qui Golgotha dicitur, regia magnificentia ſepultus eſt; teſtibus Gulielmo Tyrio, Fulcherio, ceteriſque hujus temporis chronographis; *Mortuus eſt autem anno ab Incarnat: Dom.* 1118. *Regni ejus* 18. ſubdit auctor.

Guliel. Tyr. lib. 11. in fine p 816.

Balduinus alter ſufficitur.

28. Morti proximus Balduinus Euſthachio fratri Regnum deſtinaverat, ait Albertus Aquenſis; At cum idem in Occidente eſſet; Balduinum ei ſubſtituerat, ſi forte Euſthachius Hieroſolymam tranſire recuſaſſet, quare eo defuncto; *Ne Rege carentes æſtimarentur debiliores, creaverunt ſibi Regem Balduinum Comitem videlicet Edeſſenorum, Regis defuncti cognatum*, qui his debus Hieroſolymam adoraturus advenerat, ut narrat Albertus; *Communiter electus, die Paſchæ eſt conſecratus*, ait Fulcherius; Interea cum Euſtachium viri nobiles conveniſſent, exhortantes, ut ad Hieroſolymitanum Regnum ineundum tranſiret, in Apuliam uſque progreſſus, cum accepiſſet Balduinum Regem ibidem electum, & conſecratum fuiſſe, etſi ab ſuis hortaretur, ut nihilominus iter proſequeretur, ipſe tamen collectis ſarcinis ad ſua rediit; *Abſit hoc a me*, addens, *ut per me in Regnum Domini ingrediatur ſcandalum, cujus ſanguinem pacem Chriſti recepit, & pro cujus tranquillitate viri virtutum; & immortalis memoriæ fratres mei egregias animas Cœlis intulerunt*; Hæc aliaque in eam rem

lib. 12. hiſt. Hieroſolym. p. 378.

Jesu Chr. An. 1118.

Epiſt. 46.

Gulielmus; Ad hunc alterum Balduinum Hieroſolymorum Regem recens electum extat epiſtola venerabilis viri Petri Abbatis Cluniacenſis officii plena, ſanctiſque admonitionibus referta, ut ibidem videre eſt.

Arnulphi Hieroſoly. Patriarchæ obitus, cui Guerimundus ſuccedit

29. Eodem anno, ut adnotat Gulielmus Tyrius, obiit Arnulphus Hieroſolymorum Patriarcha, dignitate magis, quam moribus, aut officio clarus; *Subſtitutus eſt ei vir ſimplex*, ac timens Deum Dominus Gormundus natione Francus de Epiſcopatu Ambienſi, de oppido *Quinqueniaco*, ait idem auctor, ad quem etiam extat epiſtola altera Venerabilis Petri Cluniacenſis.

Templariorum origo.

Gulielm. Tyr. lib. p. 819.

30. Sub eodem Gormundo Hieroſolymorum Patriarcha, atque hoc, vel ſequenti anno, ut ait Pagius, Templariorum ordo ortum habuit; dum *Nobiles quidam viri de ordine equeſtri Deo devoti, religioſi, & timentes Deum, in manu Domini Patriarchæ, Chriſti ſervitio ſe mancipantes, more Canonicorum Regularium, in caſtitate, & obedientia, & ſine proprio velle perpetuo vivere progreſſi ſunt; Inter quos primi, & præcipui fuerunt viri venerabiles Hugo de Paganis, & Gaufredus de Sancto Aldemero, quibus quoniam nec Eccleſia erat, neque certum habebant domicilium, Rex in Palatio, quod ſecus Templum Domini ad Auſtralem habet partem eis ad tempus conceſſit habitaculum*; quod poſt ab iis auctum fuit; unde fratres de Templo, ſeu Templarii dicti ſunt, quorum officium, eodem Gulielmo, aliiſque teſtantibus erat, *ut vias, & maxime peregrinorum ſalutem contra latronum, & incurſantium inſidias pro viribus conſervarent*; uſque ad Trecenſe Concilium anno 1128. celebratum, nec regulam, nec peculiarem habitum habuerunt, cum novem vix eſſent, ex oblationibus fidelium, & eleemoſynis vitam ſuſtentantes. In Trecenſi autem Concilio, cui Templariorum præcipui adfuerunt, ordinis confirmationem obtinuerunt; iiſque propria regula data fuit, ac veſtis alba, cui poſtea Rubeam Crucem addiderunt, paulopoſt tamen numero, & opibus aucti militum vitiis; ſuperbia ſcilicet, luxuria rapacitate temporis tractu infecti adeo ſunt, ut vix alter religioſus ordo tanta cum ignominia ſub Clemente quinto, & Philippo Pulchro Francorum Rege in Concilio Viennenſi anno 1311. extinctus fuerit, de quibus non ſemel infra ſermo erit.

Mar-

31. *Marchiones, & Comites Longobardiæ in hac tempeſtate*, ideſt hoc anno, *convenerunt Mediolani*, ait Landulphus junior coævus, atque his præſens, ibique de Henrici Imp. excommunicatione actum, quem Longobardiæ Principes excuſare, ac cum Archiepiscopo, & Epiſcopis reconciliare conati ſunt; *Epiſcopi itaque* ſubdit auctor, *conſidentes in Palatio Mediolanenſi una cum Archiepiſcopo* (Jordano) *attente audierunt Marchiones, & Comites fideliter loquentes de dono ſuo, propter quorum verba quamplures arbitrati ſunt Imperatorem eſſe alienum ab excommunicationis culpa*; aliqui tamen, non omnes in eam ſententiam tranſierunt, cum alioquin conſtaret, Henricum non ſemel jam antea ſub Paſchali Papa, deinde ab Gelaſio ſecundo cum Capuæ hoc eodem anno moraretur una cum Burdino Antipapa excommunicatum fuiſſe, quin paulo ante ab ipſo Mediolanenſi Archiepiſcopo Jordano in Eccleſia S Theclæ excommunicatus fuerat, ut idem Landulphus paulo narravit.

JESU CHR. AN. 1118.

Conventus Mediol. inter Episcop. & Proceres Longobardiæ.

Murat. to.5. p. 503.

De Henrici Imp. excommunicatione quæſtio agitata.

Cap.31.

31. Dumhæc ibidem de Henrici Imp. excommunicatione quæſtio ferveret, altera gravior, quin & atrox diuturnumque bellum inter Mediolanenſes, & Comenſes extortum eſt, duo quippe Comenſem Sedem obtinuerant; Guido ſcilicet a Comenſibus electus, & comprovincialibus ordinatus, Landulphus vero Carcanenſis, & Mediolanenſis Eccleſiæ Clericus ordinarius, ab Henrico Imp. ejuſdem Epiſcopatus inveſtituram acceperat; & ab Aquilejenſi Patriarcha ordinationem, ut narrat Landulphus, cumque hoc anno in Germaniam rediiſſet Henricus; *Mox manus Guidonis Cumani Epiſcopi ejuſque militum, & civium violenter apprehendit Landulphum Carcanenſem Mediolanenſis Eccleſiæ Clericum Ordinarium, & Miniſtrum, atque in ipſa apprehenſione interfecit Ottonem ipſius Landulphi nepotem, & urbis Mediolani egregium Capitaneum. Hinc Jordanus Pontifex Mediolanenſis concionem militum, & civium clamantium in Cumanos intravit. Ibique connumerando, & lamentando quamplura mala, quæ Cumani fecerant in rebus, & hominibus Archiepiſcopatus Mediolanen. ipſam turbam concione ad faciendam vindictam inflammavit. Eodem quoque tempore idem Pontifex Jordanus obſeratis januis Eccleſiarum ſuo populo negavit introitum, niſi materiali gladio vindicaret malitiam Cumanorum. Denum ad ſonitum vocis, & juſſu hujus Pontificis Mediolanenſis populus cœpit facere guerram Cumanis &c.*, at-

Mediolan. cum Comenſibus bellum excitatur.

Murat. to.5. hiſt. Mediol. cap.34.

 que

Jesu Chr. An. 1118. que primo congreſſu Comenſibus fugatis Landulphum e Comenſium manibus liberarunt; Comenſes tamen paulopoſt reſumptis viribus, Mediolanenſium plurimos occiderunt, inter eos, *Quemdam quoque meum nepotem*, ait Landulphus, hinc exaſperati Mediolanenſes ad bellum proſequendum, uſque ad deſtructionem Comenſis oppidi juramento ſeſe obligarunt, quod tandem aliquot poſt annos, ſeu anno 1127. perfecerunt; Totius belli ſeriem, & ordinem auctor ignotus, & coævus verſibus deſcripſit;

Vere referre volo, quantum queo falſa tacebo
Quæque meis oculis vidi potius reſerabo.

Murat. rer. Ital. toom. 5. p. 413. seq. Ac totam Lombardiam cum Liguria, adverſus Comenſes conſpiraſſe adnotat. *Mittunt ad cunctos legatos agmina partes ducere; Cremonæ, Papiæ mittere curant. Cum quibus & veniunt cum Brixia, Pergama: totas ducere juſſa ſuas ſimul & Liguria gentes. Nec non adveniunt Vercellæ cum quibus Aſtum ſponte ſua tota cum gente Novaria venit. Aſpera cum multas venit, & Verona vocata, docta ſuas ſecum duxit Bononia leges*, eo quod legum ſtudia ibidem tunc florerent; *Attulit inde ſuas Ferraria nempe ſagittas. Mantua cum rigidis nimirum ſtudioſa ſagittis, venit, & ipſa ſimul quæ Guardaſtalla vocatur, Parma ſuos equites conduxit Caſfanienſes ex Garfaniana uti nunc appellatur*; hinc Comenſes tot armis vexatos tandem ſuccubuiſſe mirum non eſt.

Alexii Comneni Imp. obitus, elogium. 33. Inter Principes, Alexius Comnenus Imp. e vivis hoc anno exceſſit, annus natus ſeptuaginta circiter, ex quibus 27. menſes quatuor, die quindecim in Imperio exegerat, ait Zonaras, qui in eo Annales ſuos abſolvit, quos Nicetas Croniates proſequutus eſt: ejus geſta Anna Comnena ipſius filia, Nicephoro Brienni nupta, libris quindecim, quibus Alexiados nomen dedit, ea orationis facundia proſecuta eſt, ut Homerum Alexandri laudatorem, Alexius invidere non debeat; hoc tamen in ea reprehenſione dignum, quod res maximas æque ac minimas patris ſui fuſiori ſtylo exornaverit, quodque Romanam Eccleſiam, poſt translatum Conſtantinopolim Imperium, Primatum amiſiſſe ſcribat, ac Occidentales omnes barbarorum titulo deſignet; Alexium quidem Imperatorem ſapientia, conſilio, & bellica virtute præclarum fuiſſe negari non

non poteſt; Verum nulla, aut vix excuſatione dignus, quod Cruceſignatorum exercitum, vel occultis inſidiis, vel etiam aperta vi inſectatus fuerit, ut jam ſupra ſuo loco adnotavimus, chriſtianæ tamen religionis tuendæ, catholicæque fidei incolumitati invigilaſſe, geſta adverſus Bogomilos, alioſque ſui temporis hæreticos probant, de quibus anno 1111. diximus. Hunc etiam Romanæ Eccleſiæ ſociatum aliquando fuiſſe ſcribit Baronius; indeque conjicit, quod legatos ſuos ad Paſchalem Pontificem miſerit, & non ſemel oblationes, & munera Caſinenſi Monaſterio obtulerit, ut in chronico narrat Petrus Diaconus; Petrus etiam Venerabilis Cluniacenſis Abbas in epiſtola ad Joannem Comnenum Alexii ſucceſſorem, Monaſterium Cluniacenſibus Monachis juxta Conſtantinopolim ab Alexio donatum fuiſſe memorat, ac tranſmarina, & tranſalpina loca prætioſis oblationibus auxiſſe addit, hanc epiſtolam anno 1122 Petrus Abbas, quo Abbas electus fuit, ſcripſit eaque ut ſuis Monaſterium redderetur, Joannem Comnenum rogat; *Inter multa laudabilia, quæ geſſit* (Alexius Imp.) *non paſſus*, inquit, *Græciam ſuam ſua univerſa bona includere ad remotiſſimos manum beneficii ſui extendit, & non ſolum tranſmarina, ſed etiam tranſalpina loca copioſis muneribus, & pretioſis ornamentis ditavit. Inter quæ Cluniaco Monaſterio, omnibus Latinis Regibus, & gentibus notiſſimo; eique ſubdito magno, & religioſo loco, qui Charitas dicitur, Monaſterium juxta ipſam regiam civitatem, quod Civitot vocatur, dedit, & in perpetuum Abbatis Cluniacenſis, & Prioris de Charitate obedientiæ ſubjecit: quod noſtris aut mortuis, aut excedentibus, aut expulſis, alieni monachi invaſerunt, & jam, ut audivimus, fere per triennium abſtulerunt. Oro igitur, & mecum univerſa Cluniacenſi congregatio majeſtatem, & pietatem regiam deprecatur, ut nobis & loco de Charitate per harum litterarum latores monaſterium ablatum reſtitui faciat, & pro æterna animæ ſuæ ſalute ſervos Dei ibidem habitaturos ab injuriis defendat. & in pace cuſtodiat.* In eamdemque rem litteras ad Conſtantinopolitanum Patriarcham dedit, quibus idem negotium pertractat, & ut Monaſterium Cluniacenſibus redderet, præcatur; At hæc piætatis indicia, vel benevolentiæ teſtimonia in Paſchalem Pontificem in Caſinenſes, vel Cluniacenſes Monachos ab Alexio exhibita, id ſane tanto Latinis averſo animo non fuiſſe; ut ceteri paſſim hujus æta- tis

Chron. Caſsin. lib. 4. cap. 27. 46.

Jesu Chr. an. 1118. tis Græci erant, ac aliqualem cum iis ſocietatem; concordiamque fuiſſe indicant, perfectam tamen cum iis in rebus divinis communionem habuiſſe, aut promeruiſſe non probant; nam ſi legatos ad Paſchalem Papam, ſeu potius ad Romanos miſit, id ad ſollicitandos Romanorum animos effecit, cum enim ab Henrico gravibus injuriis Paſchalem Papam affectum fuiſſe accepiſſet, legatos ad urbem callidus homo miſit, ac ſe de injuria accepta condolere teſtatus eſt, ut ſe vel filium ſuum Imperatorem declararent, ut eodem loco narrat Petrus Diaconus, atque ad id perficiendum ab Romanis legatos Conſtantinopolim miſſos fuiſſe addit, ut eum ad urbem cum honore deducerent; ut Campaniam retinere, vel recuperare poſſet, Caſſinenſes Monachos, qui plurimum ibi auctoritate, poteſtateque valebant muneribus, oblationibusque ſibi promereri curavit; fruſtra tamen tum in procurando ab Romanis Imperio, cum in expeditione pro Campania recuperanda ſuſcepta, laboravit, ut ſuis locis ſupra adnotavimus.

Chr. Caſſin. lib. 4. 46.

Joann. Comnenus Alexii filius ſuccedit.

34. Alexio Imp. filius ejus Joannes Comnenus, Calo Joannes a nonnullis etiam dictus, a Patre olim Imperio ſociatus, ſucceſſit, qui Irenem Ladislai Hungariæ Regis filiam duxerat, tanto Imperio non indignus, in latinos præcipue æquior, ut ex dicendis conſtabit, qui Imperium per annos 24. menſes octo, uſque ad annum 1143. retinuit.

Mathildis Reginæ Angliæ obitus.

35. Regiis funeribus hoc anno addenda eſt Mathildis Angliæ Reginæ, & Henrici conjux piiſſima fœmina, quæ ei filium Villelmum nomine pepererat, filiamque ſibi cognominam ac ab marito jamdiu divulſa in Monaſterio Veſtmonſtarienſi ſe ſe abdiderat, piis intenta operibus, ut narrat Guliemus Malesburienſis, cujus obitum Eadmerus his verbis narrat lib. 5. Novorum. *His diebus gravi damno Anglia percuſſa eſt in morte Reginæ. Defuncta ſiquidem eſt apud Veſtmonaſterium Kalend. Maii, & in ipſo Monaſterio decenter ſepulta &c.* poſt cujus obitum, civilia in Anglia diſſidia, exorta fuiſſe, & bellum inter Henricum Regem cum Ludovico Francorum Rege recruduiſſe adnotat. *Unde quæ, & quanta mala emerſerunt, cogitata ne dicam, dicta ſcimus eſſe difficile*, ait auctor.

Obitus Muſtadiri Caliphæ.

Pagi not. 36. Beroellus bi-

36. Hoc etiam anno Muſtadirus, ſeu Maſtedher Billa Abbaſidarum Calipha, Bagdadi obiit cum eam dignitatem per annos 24. nomine tenus tenuiſſet, eique filius ejus Moſtardech ſucceſſit, usque ad hunc Calipham hiſtoriam Saracenicam Georgius

giuſ Elmacinus ſeculi 13. ſcriptor in Æ3ypto natus, & Seracenis in Ægypto Principibus familiaris, etſi Chriſtianus eſſet hiſtoriam Seracenicam abſolvit, in qua non ſolum Mihumetanorum Principum chronologiam texuit, geſta præcipua adnotavit eorum, qui in Arabia, Ægypto, vel Perſide Caliphatum tenuerunt, ſed etiam Chriſtianorum res, geſtaque ſub iis Principibus, atque ex eo paſſim ceteri Arabicarum rerum ſcriptores Abulpharagius, ſeu Abugiaſarus, Mircundus Perſicus mutuati ſunt; Elmacini hiſtoriam ex Arabico in latinum Thomas Erpennius tranſtulit, & Golius in lucem edidit; An Chriſtianus Elmacinus fuerit, dubitavit, aut etiam negavit Papebrochius in hiſtoria Chronologica Patriarcharum Hieroſolymitanorum, ait Pagius; At eum ex Jacobitarum ſecta Chriſtianum fuiſſe, poſt Ecchelenſem ibidem demonſtrat; ac præter Seracenicam hiſtoriam, alteram ab orbe condito, uſque ad Mahumetis tempora eumdem ſcripſiſſe adnotat, cujus manuſcripta exemplaria extant, ex qua præcipue Chriſtianæ fidei aſſeclam eum fuiſſe patet, ut apud Ecchelenſem in Eutyche vindicato videre eſt.

JESU CHR. AN. 1118.

Bibliothec. Orient. Renodautius hiſt. Patriarchal. Alexii pag. 495.

Elmacini hiſtoriam abſolvit, geſta, vel ſcripta ejus.

Pagius an. 622. not. 8.

JESU CHRISTI AN. 1119. CALLISTI SECUNDI AN. I. HENRICI IMP. 9. JOANNIS COMNENI IMP. 2.

1. Hujus anni initio, ac Januario deſinente Gelaſius Papa, anno cum diebus aliquot in Pontificatu vix exacto, ob Henrici Imp*i* perſecutionem, Romanorumque perfidiam, Italia profugus, in Cluniacenſi Monaſterio vita perfunctus eſt; Ante obitum ſynodum Viennæ celebraſſe narrat Uſpergenſis, aliique ſcriptores tradunt, nulla tamen hujus ſynodi acta ſuperſunt, & an Gelaſius celebraverit, incertum eſt, cum ejuſdem nullam mentionem, Fulco, Landulphus, Eadmerus fecerint, quin Remis quidem indixiſſe, ſed morte præventum, nequaquam celebraſſe adnotant; Hinc Fulco *De hinc Apoſtolicus ipſe ſtabilivit, ut in ſequenti Martii Synodum cum patribus Franciæ, Theutoniciſque celebraret, ibique de Sacerdotii, Regnique diſſidio longe lateque habito, Spiritu Sancto mediante loqueretur. Sed antequam terminus ſtatutus Synodum celebrandi adveniſſet, apud Clunia cum ubi diligenter morabatur, ægritudinis mole detentus eſt*; & nonnullis de Gelaſii ſollicitudine in ſucceſſore ſibi deſignando, adnotatis, ſubdit

Gelaſii II. Papæ obitus

Labb. Mabillon. ann. 1119.

Murat. to. 5. p. 92.

JESU CHR. AN. 1119. dit *die altera Gelaſius Pontifex quarto Kal. Februarii apud prædictum Monaſterium feliciter ex hujus Mundi ergaſtulo migravit ad Dominum*. Synodum vero ab Gelaſio Remis indictam fuiſſe, tum Eadmerus, cum auctor chronici Mauriacenſis adnotant apud Duchesnium tom 4. Morbo tamen correptus, *ſe Cluniacum perferri inſtantiſſime præcepit; Quo deportatus, ſummaque reverentia ſuſceptus, completo Epiſcopatus ſui anno uno, & diebus quatuor in medio fratrum*; circumſtantibus Epiſcopis, & Cardinalibus, qui eum ſecuti fuerant, obiit, ait Hugo Cluniacenſis in epiſtola ad Pontium Abbatem de geſtis Gelaſii II. in Galliis; Petrus etiam Diaconus in Caſſinen. chronico *ſupradictus Pontifex cum Episcopis, & Cardinalibus Cluniacenſe Cœnobium petiit, atque a ſupradicti loci Abbate honorifice nimis receptus, & ibi aliquandiu remoratus, poſt paucos dies vita deceſſit, atque in eodem Monaſterio decenti eſt ſepultura reconditus*. Pandulphus vero Piſanus itineris Gelaſii Comes, & ſocius. *Subita correptus paſſione, quam a Coſta Græci Pleureſim appellari juſſerunt, ſuis ac multis fratribus undique convocatis, facta confeſſione, ac corpore cum ſanguine Redemptoris acceptis, & juxta normam monaſticam, ſtrato terræ corpuſculo, ſancta illa anima carne ſoluta eſt hinc ad Cœlum; Petro Duce, conſcendens, corpus honorabiliter intra limen Cluniacenſis Cœnobii requieſcit in pace, quem Romani, qui aderant, & qui Romæ remanſerant, Clerus omnis, ac populus, & defleverunt tunc, & quaſi patrem juſtitiæ nolentes conſolari deflebant. Sedit autem anno uno, & ceſſavit Epiſcopatus diebus quindecim*.

Biblioth. Clun. p.463. lib.4. 64.

Guido Vien. Archiepisc. in Rom. Pontif. eligitur.

2. Ægritudinis mole detentus Gelaſius, *ac corpore diſſolvi præſentiens*, ait Fulco Beneventanus; *Paleſtrinum acciri juſſit Epiſcopum*, ſeu Cononem, *& imponere illi tanti honoris culmen Romanæ Sedis ſatagebat; Audiens itaque Epiſcopus hujuſmodi verba Pontificem proferentem: Abſit, inquit, omnino abſit, ut tanti honoris culmen, oneriſque pondus indignus ego & infelix ſuſcipiam, præcipue cum auxilio, & ſæculari virtute divitiarum Romana Sedes temporibus noſtris ſub perſecutionis flagello afflicta defendi oporteat, & muniri. Si vero meis acquieſcere velitis conſiliis, Viennenſem Archiepiſcopum, virum utique religioſum, prudentiaque animi, potentia, & nobilitate ſæculari pollentem, ornatum virtutibus, ad tale tantumque patrocinium eligamus. Dei namque conſilio, & B. Petri* meri-

meritis, & vere hujus ſolatio Romanam Sedem ſub tantæ perſecutionis periculo diutiſſime oppreſſam, credimus ad ſerenitatem atque triumphum ſublevandam. Quid multa? Gelaſio ægrotanti, & aliis Cardinalibus, ac cæteris, qui aderant, ſermo placuit. Nec mora, Archiepiſcopum illum accerſiri jubent; & ut dicta factis compleant, perſeverant.

Calliſtus II. Rom. Pontifex eligitur.

3. Dum iter ageret Viennenſis Archiepiſcopus Gelaſii obitum cum didiciſſet, iter tamen proſequutus eſt, Romanum tamen Pontificatum recuſavit. *Quia vero vocatus viribus totis renuit, ſeſeque tanti officii culmine indignum clamitabat*, ſubdit Fulco, *tamen cæleſti clementia ordinante ad Pontificalem Infulam, Gelaſio ægrotante, & volente, promoveretur*, poſt Gelaſii quidem obitum, ſed juxta Gelaſii ægrotantis votum, & deſiderium; Et ſane ceteris dignior merito viſus eſt. Regia quippe proſapia ortus, filius quippe Gulielmi Burgundiæ Comitis, ſororem habuit Gillam nomine, Humberto Maurianenſi Comiti Sabaudiæ nuptam, ex qua Adelaidis Ludovici ſexti Francorum Regis uxor ortum habuit, ut auctor eſt Sugerius in vita Ludovici, ac Viennenſis tunc Archiepiſcopus erat; *Sublimatus autem* ait is auctor *tantæ celſitudinis dignitate, glorioſe, humiliter, ſed ſtrenue Eccleſiæ jura diſponens, amore, & ſervitio Domini Ludovici Regis, & nobilis Adelaidis Reginæ neptis, aptius eccleſiaſticis providebat negotiis &c.* Itaque cum poſt duodecim, aut quindecim ab Gelaſii obitu dies Cluniacum Guido Viennenſis perveniſſet, die altera Epiſcopi, & Cardinales, qui ibidem erant in Romanum Pontificem elegerunt, ut idem in epiſtola ad Adalbertum Moguntinum Archiepiſcopum his verbis narrat. *Dominus noſter felicis memoriæ Gelaſius a Vienna diſcedens, injunxit mihi, ut ad ejus præſentiam feſtinarem, poſtquam ipſe Cluniacum perveniſſet. Quod cum poſt dies aliquot implere ſatagerem, in itinere de ejus obitu mihi nuntiatum eſt. Ego ut fratribus, qui cum domino eodem venerant, prout ratio exigebat, ſolatium exhiberem, Cluniacum cum gravi dolore perrexi. Dum autem ſuper eorum conſolatione attentius cogitarem: ipſi graviſſimum mihi onus, & vires meas omnino tranſcendens, impoſuerunt. Congregati namque in unum die altero poſt adventum meum Epiſcopi, Cardinales, & centum clerici, & laici Romanorum, invitum me, penituſque retinentem in Romanæ Eccleſiæ Pontificem Calliſtum unanimiter aſſumpſerunt.*

JESU CHR. AN. 1119.

Murat. to.5. Chron. Caſs. lib. 4. 64. tom.3. pag. 418. 19.

Murat. to.3. 418.

Hucuſque Calliſti epiſtola ab Uſpergenſi recitata; Eidem de Calliſti electione Cluniaci facta Petrus Diaconus, Landulphus, & Cardinalis de Aragonia in ejuſdem Pontificis vita, ceterique hujus temporis ſcriptores; Unus præ cæteris Pandulphus Piſanus audiatur, de Calliſti genere, & electione hæc adnotans: *Callixtus, qui & Guido natione Francus, conſanguinitatis lineam a Regibus Alemanniæ, Franciæ, atque Angliæ ducens, præfuit Romanæ Eccleſiæ annis quinque menſibus . . . Hic a Cardinalibus qui cum Papa Gelaſio jam Cluniaco ſepulto ab urbe in Franciam venerat; dum eſſet Archiepiſcopus Viennenſis in Papam Callixtum electus eſt, qui ſe indignum iterato reclamans, idcirco modis omnibus reſiſtebat, quia incertum habebatur a multis, utrum Romæ ratum factum hujuſmodi teneretur &c.*, ſummo tamen cum plauſu Callixti electionem in urbe, alibique exceptam, confirmatamque fuiſſe mox videbimus.

Callixti electio ab Clero, & Populo Romano confirmata. Murat. to.5. p.92.

4. Nam Cardinales, qui Callixtum Cluniaco elegerant, Petro Portuenſi Epiſcopo, cui Gelaſius urbe excedens, vices ſuas delegaverat, de Callixti electione litteris ſuis certiorem fecerunt. Quibus acceptis Portuenſis Epiſcopus; *Illico Cardinales cum eo manentes, pluresque Romanorum fidelium convocans, Capitolium aſcendit*; ait Fulco *ibique litteras miſſas oſtendit, & legi præcepit. Quibus lectis una voce, & concordia Dominum laudavere omnipotentem, quod eis virum prudentem, & ornatum moribus in Pontificem largitus eſt &c.* eademque a Petro Portuenſi cæteris per Italiam Epiſcopis de Gelaſii obitu, & Calliſti electione nunciata fuiſſe veroſimile eſt; præ cæteris vero Landulpho Beneventano Epiſcopo, & Hugoni Cardinali, quem Gelaſius Beneventanis præfecerat, hæc nunciaſſe addit is auctor, deinde hæc, ut ſubdit, *nec mora prædicti Callixti electionem unanimiter laudantes firmarunt; Deinde in Te Deum laudamus canendo prorumpunt &c*, ſicque Pandulphus Epiſcopus cum Hugone Cardinali: *clericorumque turba copioſa, & civium multitudo e ſacro Palatio ad Epiſcopium canendo deſcenderant. Poſtea vero eminentiorem locum Antiſtes aſcendens, cives exhortatus eſt, ut fidelitatis manum erga Romanam Sedem perpetuo conſervarent*, ait auctor vitæ Callixti.

Callixtus Papa Viennæ ordinatur.

5. Callixtus autem in Romanum Pontificem in Galliis electus, conſecratus tamen non eſt, niſi cum ejuſdem electio

ctio ab Cardinalibus, qui in urbe erant, confirmata fuit, eaque etiam de cauſa modeſti animi vir, in Romanum Pontificem electus. Pontificalia tamen inſignia non induit. *Sed vix cappa rubea amiciri ſuſtinuit, donec nuncii redeuntes a Roma, per Domnum Petrum tunc Epiſcopum Vicarium, per omnes Cardinales, & per Domnum Petrum Leonis, nam iſte nimium laboravit in verbo, propter Diaconum filium ſuum Petrum Petri Leonis, qui potiſſimum Franciæ peregerat cauſam per Præfectum, & Conſules, per Clerum atque populum viva voce, ac litteris electionem ipſam canonice, jureque confirmarunt &c., ſimul cum ſuis omnibus Romam iter incœpit*, ait Pandulphus, ſed de adventu ad urbem infra. — Jesu Chr. an. 1119. — Murat. to. 3 p. 418.

6. Vulgata interea Cluniaco Callixti electione Pontifex cum adſtantibus ſibi Cardinalibus Viennam abiit, ubi ſolemni ritu ordinatus, & coronatus fuit. *Facto igitur hoc omnium ſubſcriptionibus optime roborato, tunc Papa ſolemniter a Lamberto Oſtienſi Epiſcopo, & aliis quamplurimis in Dei nomine conſecratus ſimul cum ſuis omnibus Romam iter incœpit &c.* Viennæ autem ejuſdem conſecrationem peractam fuiſſe indicat epiſtola Cononis Præneſtini Epiſcopi Apoſtolicæ Sedis legati, Hugoni Nivernenſi Epiſcopo data, qua hæc narrat. *Die ipſa, qua ab invicem diſceſſimus cum electo noſtro Duce, miſericordia Dei ad partes Lugdunenſium properavimus. Antequam autem Lugdunum perveniremus, Domnus Lugdun. Archiepiſcopus* (Humbaldus ſc.) *electioni noſtræ aſſenſit, & Lugduni ſubſcripſit. Ibi facta proceſſione ſolemni Dominum Papam Callixtum, & nos honorifice ſuſcepit. Nam & Engoliſmenſis Epiſcopus, antequam a nobis diſcederet, ſubſcripſerat, & Domino Papæ humiliter ſe ſubdiderat* (nempe Gerardus). *Inde venimus Viennam, ubi in Dominica Quinquageſimæ* (quæ hoc anno in diem IX. menſis Februarii advenit) *Dominus Papa coronatus eſt.* — Dacherii Spicil. tom. 3. p. 493.

7. Epiſtolas ab Petro Portuenſi Epiſcopo, & Cardinali, aliiſque qui Romæ degebant, ad Cardinales, & Epiſcopos, qui cum Gelaſio in Galliis erant ſcriptas ex Ulderici Bambergenſis chronico exhibet Eccardus numero ſex, iiſque conſtat, omnimodam inter eos concordiam viguiſſe; Romæ tamen cum fieri poteſt, & ex Romano clero eligendum eſſe Romanum Pontificem, adnotant: ex his hanc exſcribimus; *Cardinales Romæ degentes Bonifacius tituli Sancti Marci, Joannes tituli S. Ceciliæ,* — Epiſtolæ Cardinal. Episc. &c. pro confirmatione Callixti Papæ.

JESU CHR. AN. 1119.

liæ, Anaſtaſius Sancti Clementis, Benedictus tituli S. Eudoxiæ, Divizo tituli Equitii, Dietpaldus tituli Pammachii, Reinerus tituli Sanctorum Marcellini, & Petri, Deſiderius S. Praxedis, Gregorius tituli Sanctæ Lucinæ, Hugo tituli Apoſtolorum, chariſſimis Fratribus, & Cardinalibus, qui ultra montes ſunt, ſalutem. Dilectionem veſtram latere non credimus, quod a Romanæ Eccleſiæ filiis, Presbyteris, vel Diaconibus, & infra urbem, ſi poſſibile fuerit, vel extra in locis finitimis, poſt exceſſum Summi *Pontificis, perſona ad Papale officium idonea, decretis Sanctorum Pontificum teſtibus, ad culmen Apoſtolicum debeat exaltari. Sane quidem noſtris exigentibus meritis, quod non ſumus, in quos fines ſæculorum devenerunt, cum ex Romano more electionem facere impediamur, electionem, quam vos de Domino Vidone, olim Archiepiſcopo Viennenſi, nunc vero Domino noſtro feciſtis, caritate debita conſentimus, & conſentiendo nos ſpiritu aſſlante laudamus, unanimitate vinciente corroboramus*; eademque in aliis epiſtolis confirmant.

Concilium Toloſæ celebratur.

8. Inter cætera ut Concilium pro pace ſtabilienda celebraretur ſuggeſſerunt; *Ex conſilio autem noſtro*, ajunt Cardinales in urbe degentes, *ſi vobis placet, Domino Papæ ſuggerite concilium celebrare de pace, ſi fieri poteſt, & de Eccleſiæ liberatione tractare*. Eorum autem conſilia ſequens Callixtus Papa, duo in Galliis hoc anno concilia celebravit, primum Toloſæ, Rhemis alterum, de Synodo Toloſana in ejus vita Bernardus Guido. *Callixtus Papa ſecundus Pontificatus ſui anno primo celebravit Concilium Toloſæ una cum Cardinalibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus Provinciæ, Gotiæ, Gaſconiæ, Hiſpaniæ, & citerioris Britanniæ. In quo Concilio, inter cætera quæ geſta ſunt in eodem, fuere damnati hæretici, & depulſi ab Eccleſia omnes, qui religionis ſpeciem ſimulantes Dominici Corporis, & Sanguinis Sacramentum, Baptiſma parvulorum, Sacerdotium, & omnes Eccleſiaſticos Ordines, & legitimarum damnabant fœdera nuptiarum &c.* Hæretici autem ibidem damnati Petrobruſiani erant, a Petro de Bruis, ſic dicti; quorum infra iterum mentio fiet; quique cum Arnaldiſtis iterum condemnati ſunt ab Innocentio ſecundo in generali Concilio Lateranenſi anno 1139. celebrato; Canones vero decem Toloſana Synodus in eam rem vulgavit, ut apud Labbeum videre eſt, eamque Synodum octavo Idus Junii, Indict. 12. anno Incarnationis 1120., qui cum labenti

Murat. rer. Ital. tom. 3. p. 421. Labb. to. 10. p. 857.

in

in curſu erat Præſidente Callixto celebratam fuiſſe legitur; Ibi etiam cauſa Cellæ cujuſdam, ſeu Monaſterii agitata eſt, inter Ananienſes Monachos, & Arelatenſem Archiepiſcopum, & Monachos Caſæ Dei, ac Ananienſibus Monachis cella dijudicata fuit, ut fuſiori ſtylo in epiſtola Pontio Ananienſi Abbati inſcripta narrat Callixtus Papa, ubi antiquam inter eos quæſtionem, ſæpiuſque agitatam tandem ſententia ſua, totius concilii aſſenſu confirmata, definiiſſe narrat; ac perpetuum Arelatenſi Epiſcopo, & Monaſterio Caſæ Dei ſuper eadem ſilentium, ſub anathematis pœna impoſuiſſe, *ac data eſt Toloſæ Idibus Julii &c.*, ut ibidem videre eſt. Jesu Chr. an. 1118. *Labb. pag.* 858.

9. Toloſa egreſſus Callixtus Papa per Pictavienſem Provinciam Andegavos, indeque Turonos, ac tandem Remis perrexit, ac tranſiens, Eccleſias alicubi dedicavit, aut privilegia Monaſteriis conceſſit; quorum Pagius meminit not. 8. In eodem Concilio non ſolum Simonia, Clericorum incontinentia, Eccleſiaſticorum bonorum rapinæ, & inveſtituræ Eccleſiarum per laicales manus, canonibus quinque editis prohibitæ ſunt, ſed etiam querelæ Ludovici Francorum Regis, qui Synodo adfuit, auditæ, & pro viribus ſopitæ; Rem geſtam fuſius narrat Ordericus Vitalis, cum quo cæteri Galli, & Angli ſcriptores Rogerius Hovedenus, Simeon Dunelmenſis conſentiunt, ibique etiam Imp. Henricus cum ſectatoribus ſuis, & præcipue Burdino Antipapa iterato anathemate percuſſus eſt; Supra ducentos ibidem Epiſcopos adfuiſſe, legitur, quin *numeratæ ſunt ibi perſonarum Paſtoralium virgæ quadringentæ viginti quatuor*; eo quod Epiſcopalibus virgis, Abbatiales etiam is auctor addiderit; Synodi præfatio hæc eſt. *Anno Incarnat. Domini* 1119., *Synodus Remis in Eccleſia Metropolitana die* 12., 13. *Kal. Novembris a Calliſto Papa ſecundo celebrata eſt, in qua fuerunt Archiepiſcopi pluſquam ducenti, cum multis Abbatibus, & aliis Eccleſiæ dignitatibus. Poſtrema die adſidente quoque in Concilio Rege Francorum Ludovico hæc quinque promulgata ſunt capitula*, ſeu canones. Quot ibidem cauſæ agitatæ fuerint, quo loco & ordine conſederint, fuſiori ſtylo Odericus perſequitur. *Anno ab Incarnat. Domini* 1119. *Indict.* 12. *in Octobris medio Callixtus Papa cum Romano Senatu Remis venit, ibique decimoquinto diebus demoratus Concilium tenuit, & de utilitatibus Eccleſiæ cum Paſtoribus Dominici gregis ſolerter tractavit. Ibi nimirum fue-*

Concilium Remenſe, & geſta ibidem

Order. Vitalis hiſtor. lib. 12.

JESU CHR. AN. 1119. *fuerunt xv. Archiepiſcopi, & pluſquam cc. Epiſcopi, cum multis Abbatibus, & aliis Eccleſiæ dignitatibus. Apoſtolico enim juſſu evocati de Italia, & Germania, de Gallia, & Hiſpania, de Inſulis Oceani, & cunctis Occidentalibus Provinciis congregati ſunt pro amore Salvatoris ejus parati gratanter obedire mandatis*. His addit Regem Anglorum Epiſcopos quidem ad Synodum miſiſſe, at prohibuiſſe ne quamlibet inter ſe quæſtionem ibidem proponerent, cum eas in Anglia tantum finiendas eſſe dixiſſet: *Redditus ab anterioribus Romanæ Eccleſiæ conſtitutos ſingulis annis erogo. Privilegia nihilominus pari modo mihi conceſſa teneo. Ite Dominum Papam de parte mea ſalutate. & Apoſtolica tantum præcepta humiliter audite, sed ſuperfluas adinventiones Regno meo inferre nolite*, ait Henricus, in Romanam ſedem infenſo animo ſe fuiſſe oſtendens; Remis Callixtus Papa commorans, 14. Kal. Novemb. die Dominica Miſſam cantavit, ait auctor, ac Bojacenſem Turſtinum Eboracenſem Epiſcopum ordinavit, & Dominica altera Fredericum Hermanni Neamuri Comitis fratrem Leodienſem Epiſcopum conſecravit. Turſtinum, ſeu Thurſtanum Eboracenſem Epiſcopum ab Pontifice ordinatum fuiſſe ante adventum Epiſcoporum Angliæ adnotat Eadmerus lib. 5. Novorum, ac contra Regis præceptum, fidemque ab eo datam; Unde Rex exaſperatus, eumdem in Galliam, vel Normanniam ingredi prohibuit, ut fuſiori ſtylo Eadmerus narrat.

Anſelmi op. pag. 94.

10. *His peractis in Baſilica Sanctæ Mariæ Virginis ante Crucifixum 12. Kalend. Novembris Præſidum Cathedræ appoſitæ ſunt*, ait auctor, ac ſedentium ibidem ordinem, & nomina recitat; *In ſublimi Conſiſtorio Apoſtolica Sedes erat juxta januas Eccleſiæ. Finita Miſſa Callixtus Papa reſedit, & in prima fronte coram eo Romanus Senatus conſtitit*, ideſt Romani Cardinales, quorum nomina, & ſedes, vel tituli Oldericus recenſet; *Griſogonus vero Diaconus*, ſubdit, *Dalmatica indutus Papæ adſtabat, manuque Canones geſtabat, promptus propinare authenticas majorum ſententias, ut res exigebat. Porro alii ſex miniſtri tunicis ſeu dalmaticis veſtiti circumſtabant: & frequenter inſurgente tumultu diſſidentium, ſilentium imperabant. In primis poſt litaniam, & authenticas orationes Papa cœpit ſimpliciter, & ſancte latialibus verbis evangelium explanare, quod juſſerit Jeſus Diſcipulos ſuos trans fretum præcedere. Eloquenter etiam retexuit, quomodo veſpe-* re

Callixti oratio ad Synodum.

Labb. pag. 866. to. 10.

re facto ventus oritur contrarius, & navis Sanctæ Eccleſiæ periclitatur in hujus mundi fluctibus, multimodiſque jactatur tentationum, & tribulationum procellis: ſed ſævientes impiorum flatus ſubito conquieſcunt viſitatione Salvatoris, & optata tranquillitas revertitur ad filios pacis. Deinde ut Papa ſermonem finivit, Cono Cardinalis Pontifex ſurrexit, & eloquentiſſime ſacros Archimandritas de cura paſtorali admonuit: Ex libro quoque Geneſeos verba Jacob memoriter protulit, & prælatos Eccleſiæ circa gregem Domini parem diligentiam habere aſſeruit, quam Jacob erga oves Laban avunculi ſui ſe habuiſſe manifeſtavit.

Ludovici Regis querelæ adverſus Henricum Angliæ Reg.

11. *Ludovicus deinde Rex cum Principibus Francorum Synodum introivit*; ibique de Henrico Anglorum Rege queſtus eſt, quod Robertum Normanniæ Ducem beneficiarium ſuum, & Gulielmum Ducis filium male tractaret, Gulielmum Comitem Nivernenſem in carcere detineret, quibus quo modo potuit Goffredus Rothomagenſis ſatisfacere curavit; at tumultu orto conticuit; Hildegardis quoque Comitiſſe querelæ ibidem delatæ ſunt; ac ſe ab marito ſuo derelictam fuiſſe, aliamque thoro ſuo Maltergionem ſociaſſe dixit; cumque abſens eſſet Pictavienſis Comes, inducias eidem Callixtus dedit, certumque præfixit diem, ut cauſam ſuam cum uxore derelicta proſequeretur; Barbatus etiam Ebroicenſis Epiſcopus, ſe injuria Epiſcopatu ſuo dejectum fuiſſe ab Amalrico Comite queſtus eſt; at jure id factum Amalrici Cappellanus dixit; ut pluribus idem Oldericus proſequitur.

Callixtus treguam Dei ſeu pacem componere ſatagit.

12. Cum autem graviſſima Francos inter & Normannos diſſidia vigerent; ut aliqualem medelam Callixtus afferret; utriſque pacem ſummopere commendavit; ac Treguam Dei, ſicut eam Urbanus II. in Concilio Claromontano ſtatuerat, ut ab omnibus ſervaretur, juſſit; graviſſima poena iis ſtatuta qui eam violaverint; Anathematis ſcilicet, interdicti ab divinis officiis, ut ibidem videre eſt.

Callixtus Henricum Imp. & Burdinum excommunicat

13. Tandem Adſtantes Epiſcopos, & Abbates hortatus eſt Pontifex, ut cum ibidem preſtolarentur, dum ipſe Muſonem caſtrum adiret, pacemque cum Imperatore Henrico firmaret; *In craſtinum*, ait Oldericus, *feria quinta cum inſigni comitatu Moſonem profectus eſt, & Dominica ſequenti, præ labore, & metu*

metu lapſus, *& æger Remis regreſſus eſt*. Dein *feria ſecunda poſtquam Papa conſedit*; Joannes Cremenſis eloquens Presbyter, *peracti eventum itineris feriatim* narravit, aitque Imperatorem cum ingenti exercitu ad prædictum locum adveniſſe, & quaſi pugnaturum armatorum fere xxx. millia ſecum habuiſſe. Pontifex vero dixit, memorem ſe eſſe quam fraudolenter idem Imperator Paſchalis II. tempore Romam intraverit, ac cœperit, repedandi conſilium velociter iniviſſe. *In noviſſimo Concilii die Barcinonenſis Epiſcopus* (qui erat beatus Oldegarius jam Tarraconenſis Archiepiſcopus anno ſuperiori dictus) *ſubtilem*, *ſatiſque profundum ſermonem fecit de Regali*, *& Sacerdotali dignitate &c. Tunc Papa*, *Carolum Henricum Imperatorem Theomacum*, *& Burdinum Pſeudo Papam*, *& fautores eorum*, *mœrens excommunicavit &c. Deinde ſacrum illud Collegium ſolutum eſt*, inquit Ordericus, cujus fuſior, & integra Tom. X. Concil. legi poteſt.

Reliqua Calixti geſta in Galliis.

12. De cæteris in Gallia ab Calliſto Papa geſtis hæc narrat Moriniacenſis chronographus. *Celebrato Remis maximo generaliſſimoque Concilio Dominus Papa cum omni comitatu ſuo Burgundiam ingreſſurus*, *Romamque profecturus de Pariſiis Corbolium advenerat*. Corbolio ſex circiter leucis a Lutetia diſito Melodunum venit, ad *locum Rex*, *& Regina a Domino Papa diſceſſuri*, *valeque facturi*, *Proceres atque Pontifices*, *multæque perſonæ confluxerant*, inquit laudatus Chronographus, qui Callixtum Meloduno Senonas veniſſe his verbis aſſerit: *Algrinus juratus atque publicatus hoſtis Monachorum &c. Domnum Papam Senones inſequitur*, unde Chronographus Sancti Petri vivi ad annum 1119. ſcribit: *Poſtquam celebratum eſt Concilium Remis*, *Domnus Papa Senonis*, *quem adiit Abbas Arnaldus*, *& oſtendit literas*, *quas habet Eccleſia Sancti Petri de duabus ſororibus S: Ebbonis*, *Ingoara ſcilicet*, *& Leptheria*, *quas confirmavit Epiſtola data Senonis Nonis Decemb.* ad Epiſcopum Lingonienſem.

Alia Concilia in Galliis celebrata

13. Ab Remenſi Concilio reverſus Goitfredus Rothomagenſis Archiepiſcopus in tertia Novembris Hebdomada Presbyteros ſuos, clerumque congregavit; iiſque Remenſis Synodi decreta adverſus concubinarios cujuslibet ordinis clericos vulgata, ſub anathematis excommunicatione ſervanda propoſuit; quibus auditis, cum plerique obmuſſitarent, ac Albertus quidam quædam dixiſſet, eum repente in ergaſtulo trudi

di Guiſfredus præcepit, Vir, ut ait Vitalis lib. 2. natione *Brito in multis indiſcretus, tenax, & iracundus, vultu geſtuque ſeverus, in increpatione auſterus, procax, & verboſitate plenus*; Hinc accidit, ut cum Presbyterum ſine reatus accuſatione, & legitima examinatione, tamquam furem e Templo ereptum in carcerem duci vidiſſent adſtantes Clerici, & utrum ſe defendere, an fugere deberent, incerti eſſent; Furibundus Præſul e Synodo egreſſus, ſatellites ſuos vocavit; unde in Eccleſia, & extra Eccleſiam civile quodammodo bellum, cum multorum cœde, peractum eſt, ſicque ut ſubdit auctor. *In ſinu Sanctæ Matris Eccleſiæ Sacerdotum cruor effuſus eſt, & ſancta Synodus in debacchationem, & ludibrium converſa eſt. Nimis conturbatus archipræſul, in triclinio receptus delituit. Sed paulo poſt, ubi fatigatus, ut dictum eſt, clericorum ſedatus furor quievit: progreſſus aquam accepta ſtola benedixit, & Eccleſiam quam contaminaverat cum triſtibus Canonicis reconciliavit. Clamor ſeditionis execrabilis ad aures principis pervenit. Sed ille aliis intentus negotiis rectitudinem læſis facere diſtulit.* Labb.881.

14. Hoc etiam anno 1119. Conon Prænestinus Epiſcopus, & Apoſtolicæ Sedis legatus, convocatis Bellovaci Epiſcopis, ibique de vita, & miraculis S. Arnulphi olim Sveſſionenſis Epiſcopi, relatione recitata, communi Epiſcoporum ſuffragio inter Sanctos adſcripſit cum ſolemni reliquiarum ejus translatione facta. *Ita Epiſcopus Lambertus convocans Abbatem deſignavit diem, quo Aldemborg conveniret, ideſt Kal. Maii, & viri Dei corpus ſanctum de humo levatum juxta morem Gallicanæ Eccleſiæ, ſed revera ſanctum reponeret, deditque etiam litteras cum ſigillo, quibus omnem Tornacenſis Diœceſis populum ad eum ſanctum officium convocavit &c.* Hæc, & alia Liſiardus Sveſſionenſis Epiſcopus, Arnulphi ſucceſſor, in ejus vita, atque hæc translatio anno labenti in Concilio probata, anno ſequenti Kalendis Maii peracta eſt, vel etiam 1121. ut ibidem capite 18. legitur, de quibus plura Pagius adnotat.

Arnulphus Sveſſionenſis Epiſc. inter Sanctos relatus. *Mabill. Annal.73. n.99* *Pag. ann. 1120. not. 21. 23. 24.*

15. Hoc etiam anno 1119. ut narrat Fulco Beneventanus, Landulphus Beneventanus Epiſcopus cum Hugone Cardinali, ibidem ad provinciam regendam ab Gelaſio Papa relicto, & alio Cardinali, cujus nomen reticet, Suffraganeos Epiſcopos, & Abbates ſex convocavit, ac Synodum decimo

Beneventana Synodus. *Murat. to.5. p.92.*

 die

Jesu Chr. an. 1119.

Landulphus Beneventan. Episcop. SS. reliquias transfert. ejus obitus.

die intrante ejuſdem menſis Martii celebravit, in qua & Callixti electionem ut ſupra diximus confirmavit, *& videns Civitatem variis prædarum afflictionibus ex omni parte confundi & vexari quotidie; Inter cetera* ibidem *ſtatuta omnes male facientes Beneventi, & diſturbantes mercatores ad civitatem venientes, & redeuntes, ſub anathematis vinculo alligavit.* His idem auctor ſolemnem ſanctorum ſeptem, Martiani, & Sociorum translationem præſcribit, quæ tanto plauſu tantaque cleri populique frequentia, & lætitia peracta eſt, ut ſimilis eidem nulla umquam fuerit, & hæc utpote fuſiori ſtylo deſcripta præterimus; His vero peractis, *eodem anno* ſubdit auctor, *Landulphus Beneventanus Archiepiſcopus obiit quarta die intrante menſis Auguſti, & Roffridus electus eſt, qui erat tunc Archipresbyter.* At de geſtis hoc anno hactenus.

JESU CHRITI an. 1120. Callisti II. Papæ an. 2. Henrici Imp. 10. Joannis Comneni Imp. 3.

Callixti Papæ Diploma Brunoni Trevirensi datum.

Dacher. Spicileg. to. 12. p. 248. Brover. hiſt. Treviren. ad an. 1120.

1. Natalem Domini anno proximo Auguſtoduni celebraverat Gallixtus Papa, ubi Trevirenſis Archiepiſcopus eum convenit, & quærelas ſuas adverſus Adalbertum Moguntinum Archiepiſcopum expoſuit, ut narrat auctor hiſtoriæ Treverenſis coævus; *Anno ordinationis ſuæ* 19. *placuit Romam tendere, ut renovaret Privilegia Sedis ſuæ, indignatus ſuper protervia Adalberti Moguntienſis Episcopi de Legatione Romanæ Sedis ſibi conceſſa ſuperbe ſe efferentis, maxime cum ex conceſſione priorum Apoſtolicorum Epiſcopus Trevirorum nulli niſi ſoli Apoſtolico, vel a latere ejus Miſſo ad præſens debeat obedire.* Paulo poſt: *Cum igitur propter cauſas memoratas ſupradictus Bruno verſus Romam iter faceret, & Auguſtodunum usque proceſſiſſet, Callixtus Papa ibi ei occurrit, & eum amice ſuſcepit, & cum eo in eodem loco Natalem Domini celebravit* (anno nempe ſuperiori). *Tranſactis autem diebus ſolemnibus pariter iter Cluniacum dirigunt, ubi Bruno cauſas adventus ſui aperuit, prolatisque coram ſedis ſuæ Privilegiis eadem ſibi, & Eccleſiæ ſuæ Apoſtolicæ ſubſcriptionis firmamento ſtabiliri poſtulavit, & obtinuit.* Refert deinde Hiſtoricus litteras ei a Callixto II. conceſſas, *datas Cluniaci tertio nonas Januarii*, quibus Pontifex perſonam ejus *a cujuslibet*

juslibet Legati poteſtate abſolvit, niſi forte a ſuo latere dirigatur, ac inde Cluniacum profectus Brunoni reſcriptum tertio nonas Januarii contra Adalbertum dedit.

Jesu Chr. an. 1120.

2. Valentiam deinde profectus octavo Kal. Martii Pontio Cluniacenſi Abbati novum Privilegium indulſit, ut ex ejuſdem epiſtola conſtat, quo loco dum moraretur, quinto Kal. Martii inſigni Privilegio Viennenſem Eccleſiam, cui hactenus præfuerat illuſtriorem reddidit, dum ei ſuper ſeptem Galliarum provincias Primatum tribuit; cui etiam Tarantaſienſem ſubjecit. *Etſi Eccleſiarum omnium cura nobis ex Apoſtolicæ Sedis adminiſtratione immineat, Viennenſi tamen ſpecialis convenit charitatis ſtudio providere. Ipſa enim primum, diſponente Deo, ſollicitudini noſtræ commiſſa eſt, & ad ejus regimen nos Epiſcopalis gratiam conſecrationis accepimus. Et communis igitur, & ſingularis dilectionis debito incitati, matrem veſtram filii in Chriſto cariſſimi, ſanctam Eccleſiam Viennenſem Eccleſiam diligere, honorare, & Beati Petri Patrocinio decrevimus confovere. Omnem itaque dignitatem, & munitionem, ac libertatem, quam vel authentica prædeceſſorum noſtrorum Silveſtri, Nicolai, Leonis, Gregorii, & cæterorum Romanorum Pontificum privilegia, vel per Imperatorum, Regum, Principum, & cæterorum Fidelium largitionem conceſſam obtinet: nos quoque, auctore Deo, concedimus, & præſentis privilegii pagina confirmamus. Ut videlicet ſuper ſeptem provincias primatum obtineat. Super ipſam Viennenſem, ſuper Bituricam, Burdegalam, Auxitanae, quæ Novempopulitana dicitur, ſuper Nathonam, Aquenſem, & Ebredunenſem. Et in eis Viennenſis Archiepiſcopus Romani Pontificis vices agat, ſynodales conventus indicat, & negotia eccleſiaſtica juſte, canoniceque definiat. Pro illa ſex oppida, vel civitates, Gratianopolis videlicet, Valentia, Dia, Alba, Vivarium, Genua, Maurienna, in ejus tanquam in proprii Metropolitani obedientia, & ſubjectione permaneant. Tarantaſienſis autem Archiepiſcopus, licet aliquibus habeatur ex Apoſtolicæ Sedis liberalitate prælatus, Viennenſi Archiepiſcopo tanquam Primati ſuo ſubjectus obediat &c.*, ac Abbatitias plures, aliaſque Eccleſias ejuſdem poteſtati ſubjicit, ac ut per totam provinciam Crucem ante ſe deferret Viennenſis Archiepiſcopus, neminique ſubjaceret, niſi Cardinali a latere legato, poteſtatem facit, ut in ſua epiſtola

Privilegium Vien. Eccleſiæ ab Calixto conceſſum.

*Labb. to.*10. *p.*836. *epiſt.* 22.

*Epiſt.*3.

Jasu Chr. An. 1120.

Petro Decano , & Canonicis , ſive Clericis Viennenſis Eccleſiæ præſentibus , & futuris inſcripta teſtatur .

Callixti iter in Italiam . *Murat. rer. Ital. tom. 3. p. 419.*

3. His aliiſque in Gallia geſtis , per montem Peſſulanum , & S. Ægidium Alpibus ſuperatis , *ad S. Ambroſium cum jucunditate pervenit* , prope Luſam , ait Cardinalis de Aragonia in ejus vita, ubi maxlma cum lætitia ubique exceptus fuit ; *deſcendens autem ad populoſas Longobardæ Civitates, in quibus non minori honorificentia recipiebatur . quam devotiſſima devotione tractabatur*. Dertonæ dum eſſet *Vidi Dominum Papam Callixtum*, ait Landulphus junior iu hiſtoria Mediolanenſi , *& Jordanum Archiepiſcopum cum pluribus Eccleſiaſticis, & Sæcularibus viris illuſtribus conſedere in Dertonenſi Palatio , in quorum præſentia quarelæ meæ cauſam protuli &c*: contra Jordanum Mediolanenſem Epiſcopum: at Lambertus Oſtienſis Epiſcopus; *Tempus Januarii*, ait , *non eſt aptum calcandi uvas in torculari* , ut importunas tunc ejuſdem quærelas fuiſſe oſtenderet , cum tunc Romam properarent , atque ibidem Petrum Dertonenſem Epiſcopum , in Dominica Palmarum ab Jordano ordinatum fuiſſe narrat; die vero ſequenti , Dertona relicta Placentiam Callixtus tranſit , ubi iterum quærelas ſuas Landulphus Pontifici expoſuit adverſus Jordanum , qui Mediolanum redierat , cui Olvicus Vicedominus Jordani geſta excuſans , dixit . *Ferocem animum geris* ; *At ego*, ſubdit auctor , *illis dimiſſis perveni ad Cameram , de qua Dominus Papa dignatus exire ad me* , eique Callixtus dixit, tempus tunc non eſſe , hujuſmodi cauſis immorari ; *Per Vicedominum* tamen ſubdit Pontifex, *mandabo Archipiſcopo , ut non ſit tibi moleſtus, ſed benignus*; At paulo poſt Jordanum obiiſſe addit, ut infra dicturi ſumus .

Murat. to. 5. p. 50. c. 35.

Callixtus in urbe cum plausu exceptus .

4. Interea *poſt Paſchale feſtum Romam propere ; & ſolemniter ſuſceperunt ipſum Papam Callixtum* , ait auctor , *per montem*: quippe *Bordonic* ex Lombardia *tranſivit in Tuſciam* , ut narrat Cardinalis de Aragonia , ubi in Lucana primum Civitate, deinde Piſana maximo cum honore exceptus , & Comitatus fuit, nec multo poſt *Romam ſanus , & incolumis rediit , ubi a jam dicto Petro Portuenſi Vicario, Cardinalibus, Clero toto , ac Populo tanta gloria eſt , ac honore ſuſceptus, quanta diebus noſtris nullus umquam fuerit Præſul de Roma tractatus* , ait Pandulphus Piſanus . Callixti Papæ in urbem adventum , Egino Auguſtanus S. Uldarici Abbas qui ex Tuſcia

Murat. to. 3. p. 418.

ſcia ad urbem itineris comes fuit, in epiſtola utriuſque ſexus fratribus, & fidelibus inſcripta deſcribit. Is quippe adverſus Herimannum Auguſtanum Epiſcopum, qui jam ab Paſchali, Gelaſio, & Callixto Pontificibus excommunicatus, & exauctoratus fuerat, Auguſtanam nihilominus adhuc ſedem retinebat, & Burdino ſchiſmatico ſociatus; catholicis ibidem infeſtus erat, quærelas iterum delaturus Romanum iter Egino ſuſceperat, ne cum ſchiſmatico convenire cogeretur. Perſecutionem itaque adverſus Catholicos ab Herimanno excitatam declinans Egino Abbas; *Cum Archiepiſcopum noſtrum, nec non magnum Epiſcoporum, Abbatum, ſeu Principum Catholicorum adirem colloquium ... communicato conſilio ad Romanam dirigor ſedem*, ait Egino, *tum pro ſpeciali noſtra neceſſitate, tum pro communi Eccleſiæ utilitate. Quod iter cum arriperem ex hoſtium inſidiis periculoſiſſimum: potius per devia, quam regia via utcumque perveni Placentiam. Ubi dum puer meus, quem ab infantia nutrieram, cum omnibus rebus noſtris, exceptis equitaturis, nocte aufugiſſet: qui in paucis prius de itineris perfectione diſſidebam, in nihil jam de ejus, qui cuncta creavit ex nihilo, miſericordia præſumebam: quid plura? per abrupta montium, per vaſtiſſimam eremum, per terram famis, & ſitis, ubi veſtigium non inveniebatur hominis, tranſivimus; ſed quaſi in pretium tanti laboris domum Apoſtolicam in maritimis locis, videlicet apud Roſellam Civitatem invenimus. A quo hilariſſimo (ut eſt) vultu recipimur, Romam una ſecum deducimur, relaturi terræ noſtræ (ut ipſius verbis utamur) triumphum Eccleſiæ. Jam enim quis illius terræ concurſus, quatenus omnis ſexus, & ætatis apparatus: militiæ quoque Romanæ ultra trium dierum iter occurrentis, quam jucundus fuerit comitatus, Cæſar, ſi ſupereſſet, indignans miraretur, Tullius forſitan attraberetur, dum vexillo Crucis omnium Conſulum, & Imperatorum ſuperari trophæa conſpicaretur. Appropinquante vero Summo Pontifice ad Urbem, puerorum, & infantium cum ramis omnigenarum arborum occurrentium excipitur laudibus. Quos ne quis opprimeret, vel abigeret cum* Jesu *benedicens, ajebat: Sinite parvulos venire ad me, talium eſt enim regnum cœlorum. Deinde coronatus, ut regali ſacerdotio Eccleſiam credas potiri, per medium deducitur Civitatis, plateis auro, gemmis, prætioſiſſimis palliis undique adornatis. Nec defuere* *Gra-*

Jesu Chr.
An. 1120.

JESUS CHR. AN. 1118.

Græcorum, & Latinorum concentibus confuſi Judæorum plauſus, ut cæca gens vel invita confiteatur, unde magis puniatur. Vix hora decima cum eſſet, tertio Nonas Junii, a mane protracta, rareſcit proceſſionum frequentia, quando & idem Pater univerſalis a Lateranenſi exceptus ſede, in Palatium, ut moris eſt, judicium legali perducitur carmine. Abhinc uſque in Kalendas Junii præſentia jugiter tantæ ſanctitatis perfruebar viri &c. De reditu autem ſuo, uſque Piſas, ubi obiit, hæc ſubdit.

Egino Auguſt. Abbas in itinere Piſis obiit.

5. *Igitur percepta a ſanctis ejus manibus*, Callixti ſcilicet, *Dominici ſacramenti communione, & inter crebra oſcula largiſſima benedictione, iter rediturus arripuit, navimque per mare tranſiturus apud Oſtiam civitatem cum Aquenſi Epiſcopo intravi. Quæ cum ſocium laboris noſtri fratrem Udalſcalcum præ hominum multitudine capere non poſſet: alteram, quæ tamen cum noſtra erat intratura, aſcendit, ſed mox pelago turbato, naves in tantum ſunt disjectæ, quod infra quatuordecim dies nec loqui invicem potuimus, nec videre. Cœpi ultra modum de ammiſſo fratre contriſtari ex triſtitia infirmari, vixque Piſas valebam deportari. Ubi qualiter frater me invenerit, quidve poſtea de me factum ſit: ipſe fideliter referat, animamque meam veſtris orationibus commendet:* Hæc Egino Abbas ægritudine poſitus ſcripſit, qui & ibidem extremum diem obiit eodem ipſo die, nempe Idibus Julii, ſepultus eſt in S. Michaelis Monaſterio magno cum honore, ut ejus peregrinationis ſocius Udalſchalcus enarrat, qui ei aſtitit morienti, eadem die qua obiit Piſas adveniens, & patrem adhuc ſpirantem inveniens, ejus extremam ſalutationem poſt oſcula, & amplexus habere commeruit, qui de obitu, & ſepultura Eginonis hæc addit; *Itaque adſtante religiſiſſima Camaldulenſis Ordinis Congregatione S. Michaelis prope Piſas, ubi hoſpitabatur, poſt intimam peccatorum ſuorum confeſſionem, poſt olei ſancti unctionem, Dominicis munitus ſacramentis Idibus Julii vita æterna mortem ſæculi commutavit præſentis. Depoſitus eſt autem in Beati Michaelis Monaſterio juxta incomparabiles Piſanorum divitias, optimo Archiepiſcoporum Mauſoleo, ubi neſciuntur tenebræ excluſæ jugiter ſole, vel oleo*, ſeu lampadibus, atque his vitam Eginonis concluſit Udascalchus.

6. Nunc Callixti Papæ geſta proſequamur, cujus in urbem adventu ſchiſmatici; *qui tunc eidem urbi per Imperatoris violentiam incubabant valde ſunt territi, & in ſe ipſis omnino confuſi. Quocirca languidum eorum caput Burdinus Hæreſiarcha in deſperationis lubrico poſitus ſperans ab ipſo Imperatore tueri apud Sutrium confugium fecit*; ait Cardinalis de Aragonia. Bernardus etiam Guido Callixti reditu in urbem narrato, ſubdit *Burdinus vero, qui per Henricum Imp. Papa fuerat factus, audito adventu Papæ in Sutrio ſe recepit*, ubi aliquandiu ſubſtitit; Callixtus autem Papa auxilium ab Normannis ad expugnandum Sutrium poſtulaturus in Campaniam, & Beneventum tranſiit, ut narrat Pandulphus; in urbe *aliquandiu commorans Hugonem Cardinalem a Benevento vocavit, idem enim Hugo Beneventum tenebat, cum quo ſimul, & aliis per Campaniam, & Caſſinenſe Cœnobium ipsum adiit Beneventum ubi fere ac ſi Romæ fuerit glorioſe receptus, venerant ad eum illico Gulielmus Apuliæ Dux, Princeps Capuanæ urbis, Jordanus Comes Rodulphus de Airola, Jordanus Comes de Ariano, Robertus Comes de Locatello, & innumeri alii, qui eidem ibi homagium fidelitatemque fecerunt; His itaque diſpoſitis paulopoſt Romam per maritimam rediit*, ait is auctor. De Callixti in urbem reditu agens Petrus Diaconus honorifice exceptum, ibidem Miſſamque ſolemniter ab eo cantatam fuiſſe narrat, duobuſque fere ibidem ſubſtitiſſe addit. *Inde vero Beneventum veniens in Apuliam uſque deſcendit, & more anteceſſorum ſuorum a Duce Gulielmo fidelitate recepta Romam reverſus eſt &c.*

Callixtus Papa Beneventum tranſit, geſta ibidem

Murat. to 3. p.418. 420.

Chron. Caſſ. lib.4. 68.

7. Inter cæteros qui Beneventi obviam Callixto Papæ facti ſunt, Jordanum Capuanum Principem recenſet Petrus Diaconus; hic porro hoc eodem anno Roberto fratri ſuo defuncto in Principatu ſucceſſerat, ut narrat Romualdus Salernitanus in chronico; De Gulielmi viro inveſtitura Apuliæ, & Calabriæ eidem ab Callixto tributa hæc narrat; *In Beneventi Palatio Gulielmus Dux devenit: ligius homo Papæ Callixti per directum contra omnes homines, & ipſe Papa ſtatim eidem Duci donavit, & conceſſit, & per vexillum tradidit omnem terram ipſius Ducis cum toto honore Ducatus ipſius dicens. Ad honorem Dei, & Beati Petri Apoſtolorum Principis, nec non & Pauli, fidelitatem quoque Romani Pontifica-*

Callixtus Papa Gulielmo inveſtituram Principatus concedit.

Murat. to.7. p.182.

JESU CHR. AN. 1120. *tificatus, & noſtram, noſtrorumque ſucceſſorum canonice intrantium, donamus, & concedimus tibi terram, & omnem honorem; & quæcumque noſtri prædeceſſores, videlicet Papa Nicolaus, & Alexander, atque Gregorius donavere olim Roberto Guiscardo avo tuo, atque deinde Urbanus Papa, & Paſchalis ejus ſucceſſor donavere Duci Rogerio patri tuo, idemque Paschalis poſtea atque Gelaſius Papa donaverunt tibi &c. Eodem vero menſe idem Papa Callixtus Trojam venit. Audiens itaque Evillelmus Dux ejusdem Pontificis adventum, obvius ei feſtinanter extra Civitatem advenit cum principibus ſuis. Cui vice ſtratoris ipſe juxta ſellam obambulans, usque ad Eccleſiam Epiſcopatus ejusdem Civitatis ingenti cum honore deduxit*. De Callixti etiam adventu Beneventum deque feſtivo ejuſdem ingreſſu, exceptus quippe *Apoſtolicus a Clericis, & Monacorum turba, & a Presbyteris, civibusque omnibus gloria & gaudio magno ſuſcipitur. Præterea Amalphitani omnes, plateas cunctas, veſtis ſericis, palliisque & ornamentis pretioſis in adventu illius ornaverunt; infra ornamenta vero thuribula aurea, & argenta cum odoribus, & cynamomo poſuerunt. Pedes vero Apoſtolici, & habenas equi cives quatuor a ponte Leproſo usque ad portam Laurentii ducebant, deinde quatuor alii usque ad Episcopum, ab Episcopo autem quatuor Judices &c. usque ad ſacrum Beneventanum Palatium detulerunt. In comitatu Apoſtolici ſi adeſſes, & tympana percuſſa, cymbala tinnientia, & lyras ſonantes aspicere, revera affirmares, Apoſtolicum alium tali ſub triumpho, & gaudio ingreſſum non fuiſſe Civitatem*, ait Fulco Beneventanus, ac alia ibidem ab Calliſto, in Beneventanorum gratiam

Murat. to. 5. p. 96. geſta refert, inter cætera in Monaſterio S. Sophiæ póſt reſtitutam ibidem pacem, & concordiam, Joannem Gramaticum in Abbatem electum decimoquarto Kal. Septemb. inter Miſſarum ſolemnia conſecraſſe, ac Roaridum Epiſcopum ordinaſſe, fuſiori ſtylo is auctor deſcribit; His addit Petrus Diaconus ab eodem Pontifice dum Beneventi moraretur, controverſias plurimas, quas cum vicinis Caſſinenſe Monaſte-

lib. 4. cap. 68. 69. 70. rium habebat compoſuiſſe, ac ut Eccleſiæ poſſeſſiones ablatæ reſtituerentur juſſiſſe. Renitentem vero præ cæteris Abbatiſſam Sanctæ Mariæ de Capua, Callixtus invenit, cujus proterviam vix excommunicationis ſententia, & interdicti, vicit,

vicit, ut pluribus is auctor narrat, ſed de geſtis Callixti hoc anno in Apulia, & Campania hæc ſatis ſint.

Præmonſtratenſis Ordinis Origo, & Norberti initia.

8. Hoc tempore novus Præmonſtratenſium ordo exortus eſt, cujus auctor, primuſque fundator Norbertus fuit, qui prope Coloniam nobili genere natus, ac clericali militiæ a primæva ætate inſcriptus, mundo magis, quam Eccleſiæ aliquandiu faſtu, deliciiſque deditus vacavit; at ex fulminis lapſu repente mutatus, ac ſacerdos factus, repente eximius Verbi Dei prædicator evaſit, quod ut liberius ageret, Gelaſium Papam anno 1118. in Galliis adiit, a quo Evangelium prædicandi licentiam obtinuit, ut in ejus vita narrat Hugo: cumque ſocios ſibi conjunxiſſet, anno proximo Bartholomæum Laudunenſem Epiſcopum ad Concilium Remis habitum comitatus, ibique ab Callixto Papa benigne exceptus, ipſe Epiſcopus Laudunenſis, qui fuit etiam commendatus, obtulit Eccleſiam Baati Martini, ut in ea ſodalitatem ſuam colligeret, ut narrat auctor chronici Roberti de Monte, & vitæ confirmat. *At Norbertus tum propter urbis viciniam, tum quia ejuſdem Eccleſiæ Clerici propoſiti, & vitæ ejus auſteritatem horrebant, eam reliquit, & ab Epiſcopo diverſis ejuſdem provinciæ locis congruentibus, ſibi oſtenſis, tandem divinitus in loco Præmonſtrati reſedit, ibique ſolitarius religioſam vitam agere cœpit, & tempore Quadrageſimæ ad colligendos ſocios ſolus egreſſus, ante Paſcha cum tredecim ſociis rediit, & cum his in Præmonſtrato loco ſecundum Canonicæ inſtitutionis normam ad tenorem Regulæ B. Auguſtini Deo militare cœpit.* Herimannus, qui hoc tempore vivebat, ex Monacho Laudunenſi Sancti Vincentii, factus poſtea Abbas S. Martini Tornacenſis Tom. XII. Spicilegii Dacheriani de hoc ordine ſcribit. *Sic per Dei gratiam brevi tempore profecit, ut nullum præter Apoſtolos videamus hodie tantum fructum in Eccleſia feciſſe. Nam cum necdum converſionis ejus trigeſimus annus ſit, jam fere centum Monaſteria a ſequacibus ejus per diverſas Orbis partes conſtructa audivimus*, ut in Hieruſalem uſque regula eorum ſervetur, quam etiam, ut idem proſequitur auctor, fœminis aptavit, ita ut teſte Hermanno; *In diverſis ejuſdem Eccleſiæ locis plusquam mille*, jam tum ſeveriorem vitæ diſciplinam ſuſceperint, ſed de ejuſdem Ordinis ortu, & progreſſu plura Mabillonius, vel auctor hiſtoriæ Ordinum religioſorum Heliot tom. 2.

Bollan. die 6. Junii.

Jesu Chr. An. 1120.

Ordo Congregat. Monachorum Montis Virginis, ab Gulielmo fundata.

9. Dum ordo Præmonſtratenſium latius in Germania, Saxonia, alibique propagabatur, nova Monachorum, & Eremitarum congregatio in Italia initium habuit. Hæc congregatio, ſeu novus ordo Gulielmum nobili genere Vercellis in Liguria natum parentem habuit, qui poſt varias ad loca ſancta peregrinationes, tandem in Apuliam tranſiens, ibi in monte Laceno aliquandiu ſolitariam vitam egit, indeque ad Montem Virgilianum tranſiit, ſic dictum ex fama, quod ibidem olim Virgilius Poeta fuerit; Hoc in monte Gulielmus Eccleſiam in B. Mariæ Virginis honorem ædificavit, unde Virginianum poſtea mons dictus eſt; ſociatiſque ſibi pluribus, novæ Congregationis Monachorum, ſeu Eremitarum fundamenta jecit, quam Callixtus Papa ſecundus confirmavit; Poſtea vero e monte Virginis egreſſus alia per eas provincias Monaſteria ſui Ordinis ædificavit, tam in Regno Neapolitano, quam in Sicilia; Hoſce limites hic ordo vix exceſſiſſe conſtat; Vir vero ſanctæ vitæ auſteritate, & miraculorum gloria clarus, anno 1149. obiit, ſucceſſoremque in Præfectura ſui ordinis Robertum habuit, qui Monachis. quos exemplo magis, quam regula ſcripta Gulielmus rexerat, regulam S.Benedicti tradidit, ſed veſtes proprias retinuerunt; At de ejuſdem ordinis ortu, & progreſſu hæc ſatis ſint: plura apud hiſtoricos Regularium ordinum, & præſertim apud Heliot tom. 2. lector inveniet; ſicuti, & de Joanne Materenſis Monaſterii in Apulia fundatori, quem etſi aliquando Gulielmo ſociatum fuiſſe conſtet, alterius tamen Congregationis auctor extitit, ut ibidem videre eſt.

Origo Ordinis S. Sepulchri.

Pag. not. 28. *an.* 1120.

Order. hiſt. lib. 10.

Heliot. to. 2. *pag.* 136.

10. Hoc eodem tempore militaris ordo Equitum Sancti Sepulchri ab Alphonſo Aragoniæ Rege inſtitutus eſt, ait Pagius, ut ab Maurorum infeſtationibus peregrinos ibidem tutarentur, urbes, & caſtella eorum infeſtatione diruta reſtaurarent; *Fratres etiam de Palma* ab Oderico dicti; eo quod palmam tamquam ſui ordinis inſigne, vel in veſte, vel in ſcutis ferrent: his ſimiles fuerunt alii a Balduino Hieroſolymorum Rege in Palæſtina ut fertur, vel ab Henrico Angliæ Rege circa annum 1174. inſtituti; Horum omnium officium erat ab infidelium, vel latronum infeſtationibus peregrinos, qui ad loca Sancta, vel ad Jeſu Chriſti Sepulchrum peregrinabantur tutari, de eorum varia inſtitutione progreſſu, officiis

ficiis uſque ad noſtram ætatem Heliot, aliique, qui origines, progreſſuſque ordinum Militarium proſequuti ſunt.

JESU CHR. AN. 1120.

11. Jordanus interea Mediolanenſis Epiſcopus, cujus ſupra non ſemel mentionem fecimus, quique hoc anno Calixtum Papam Placentiam uſque deduxerat, uti ſupra adnotavimus, Mediolanum inde reverſus contra Comenſes bellum inſtauravit, & paulo pòſt obiit, ut narrat Landulphus. Guerra Cumanorum, & Mediolanenſium durante, atque eorum Pontificum, & Conſulum; ſe Callixtum cum Jordano Dertoſæ vidiſſe; ibique fruſtra quærelas ſuas Pontifici expoſuiſſe memorat; *Deinde Deus omnipotens, neque litteras Domini Gelaſii, neque per legatum Callixti, Jordanum mihi ſuavem, ſive benignum fecit; ſed de mundo illum tulit, & gradu Presbyteri Nazarii primicerii. & cæterorum, quos ſuſpectos habebam, & habeo: Ulricus Vicedominus Jordano ſucceſſit, qui ſimili modo me gravavit, ut Jordanus &c.* Unde iterum quærelas ſuas in Concilio Lateranenſi ad Callixtum detulit, ut infra dicturi ſumus. Hic Olricus Mediolanenſis Eccleſiæ Archipresbyter, ſeu Vicedominus dictus, eo quod Eccleſiam ſub Epiſcopo adminiſtraret, feſtum Defunctorum, ſeu commemorationem, ab Odilone jam deſinente ſæculo proximo a die ſecunda Novembris inſtitutum, & ab Romana Eccleſia adoptatum, is inquam vivente adhuc Jordano in Eccleſia Mediolanenſi introduxerat; die tamen ſequenti poſt feſtum dedicationis Eccleſiæ Mediolanenſis, quæ cum in Dominica incidebat, tunc commemoratio Defunctorum ejuſdem hebdomadæ fiebat, ut ex veteribus Mediolanenſis Eccleſiæ Calendariis, & Miſſalibus probat Puricellus in diſſertatione Nazariana, quæ conſuetudo uſque ad tempora Sancti Caroli Borromæi perſeveravit, qui Presbyteris, & univerſo Mediolanenſi Clero juſſit, ut cum Romana Eccleſia, die ſecunda Novembris, Defunctorum commemorationem facerent.

Jordani Mediol. Episc. obitus, cui Oldericus succedit. *Murat. so.5. cap.35. 36.*

12. Diuturnum hactenus bellum pro Nortmannia inter Anglos, & Francos viguerat, hoc anno 1120, ut narrat *Simon Dunelmenſis Rex Anglorum Henricus, & Rex Francorum Ludovicus poſt multa ſuarum partium detrimenta, die præſtituta ineunt colloquia; Quo ex conſenſu concordiæ peracto, juſſu Regis Henrici filius ejus Villelmus, facto Regi Francorum hominio, Normanniæ ſub illo ſuſcepit Principatum. Ita redeuntibus in pacem Regibus, tota tumultuantis*

Pax inter Anglos, & Francos firmatur. *Dunelm. hiſt. Reg. Angl.*

JESU CHR. AN. 1120.

Normanniæ ſeditio comprimitur &c. Al hoc Epiſtola Apoſtolici ad Regem jam parantem redire in Angliam directa, Turſtinum Archiepiſcopum (ſcilicet Cantuariæ) *ſuſcipere, & in ſuam præcepit Eccleſiam omni poſtpoſita excuſatione reſtituere. Sed ad hoc præceptum quid potiſſimum reſpondeat Rex, diſtulit, donec rediiſſet in Angliam.*

Viilelmus Henrici Filius naufragio periit.

13. Gaudium tamen ex pace inita conceptum triſtiſſimus caſus in luctum convertit; Nam ut ſequitur auctor. *Rex omnibus, qui contra ſe inſurrexerant, vel devictis, vel repacificatis, cunctisque ad votum proſpere peractis, quinto profectionis ſuæ* (ſcilicet in Normanniam) *anno necdum completo, lætior ſolito in Angliam multo* (navigio) *revehitur. Delegaverat autem filio, cunctoque illius comitatui, navem, qua nulla in tota claſſe videbatur melior, ſed ut eventus oſtendit nulla infelicior. Patre namque præeunte paulo tardius, ſed infelicius ſequebatur filius. Nave quippe non longe a terra ipſo velificationis impetu ſuper ſcopulos in ipſo exitu delata, ac diſſoluta, filius Regis cum omnibus, qui ſecum erant, interiit VI. Kalen. Decembr.*) legendum *VII. Kalend. Decembr.* ut Ordericus lib. 13., & Malmesburienſis pag. 165 habent, & feria demonſtrat) *feria V. nocte initio apud Barbafflot. Mane facto, theſaurus Regis qui in navi fuerat, invenitur per arenas, corpora vero pereuntium nulla &c.* Eadem habent Eadmerus aliique hiſtorici, ac vix ruſticum unum ne nomine quidam dignum, ex tot illuſtribus viris, & fœminis, qui Gulielmi navem ingreſſi fuerant, e marinis fluctibus evaſiſſe Eadmerus adnotat; Unde magnus ubique luctus fuit, cum præcipue in Gulielmo Regni hærede a patre jam deſtinato, ſpem omnem plerique poſuiſſent; *Unde non parva bonæ ſpei portio periit*, ait auctor, *conſideratis injuſtitiis, quæ in omni genere hominum illis diebus emergebant &c.*

Eadm. lib. Novor. 5. in fine, & 6. initio.

Eadmerus Epiſc. S. Andreæ poſtulatus, ex Scotia in Angliam redit.

14. Cum Henrico Rege Anglorum ex Nortmannia Rodulphus Cantuariæ Epiſcopus reverſus legatos ab Alexandro Scotorum Rege accepit, quibus petebat, ut Eadmerum ſibi concederet, Epiſcopum in Regno ſuo S. Andræ deſtinatum; *Ipſo anno quo Rodulphus Archiepiſcopus Cantuariarum de tranſmarinis partibus in Angliam reverſus eſt, qui fuit annus ab Incarnatione Verbi Dei milleſimus centeſimus viceſimus, venerunt ad eum miſſi ab Alexandro Rege Scotorum honorati, & ſtre-*

Eadm. lib. 5. p. 97.

ſtrenui viri. Horum unus quidam Monachus, & Prior Ecclesiæ Dunifermelinæ (Petrus nomine) *Clerici duo; unus extitit Miles. Negotium autem legationis eorum qui noſse curat, quam detulerunt Epiſtolam ſubſcriptam, legendo, vel audiendo percurrat.* Regis vero litteras recitat, quibus Eadmerus poſtulabatur, ea legatione accepta, *ne videretur Dei ordinationi reſiſtere* Regis petitioni conſenſum præbuit; At ab Henrico Rege conſenſum petiit, cui epiſtolam ea de cauſa dedit, cui reſpondens Henricus. *Volo, & concedo*, ait, *ut Monachum illum, unde Rex Scotiæ te requiſivit ei concedas &c.* Quare Eadmerum cum litteris ſuis ad Alexandrum Scotorum Regem Rodulphus miſit; *Veniens itaque frater ipse* Eadmerus, *in Scotiam mox tertio die adventus ſui illo, qui fuit dies feſtivitatis glorioſiſſimorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ſuſcepit, eligente cum Clero, & Populo terræ, & concedente Rege, Pontificatum Sancti Andreæ Apoſtoli Chenrimuntenſis. Quæ res ita diſponente Deo acta eſt, ut nec virga Paſtorali, vel annulo a Rege inveſtitus fuerat, nec hominium ei fecerit, lætus itaque dies habitus eſt, atque in laudem Dei alacriter expenſus; In craſtino autem Rex, cum electo de conſecratione illius ſecretius agens, & modis omnibus cum a Pontifice Eboracenſi conſecrari exhorrens, ubi, eo docente, accepit auctoritatem Eccleſiæ Cantuarienſis, ex antiquo toti Britanniæ præeminere; idcirco, ipſo diſponente, ſe Cantuariæ Epiſcopalem benedictionem velle requirere, conturbatus animo ſurgens diſceſſit ab eo*, ſicque re infecta Eadmerus in Angliam rediit, ut idem narrat, qui epiſtolas etiam hinc inde ſcriptas recitat.

JESU CHR. AN. 1120.

Eadmeri epiſt. ad Alexandrum Scotorum Regem, & obitus.

15. Eadmerus vero Cantuariam reverſus cum ſuis Monachis vitam degebat, in quibus *annus, & ſemis tranſiit*, cum iterum ad Scotiæ Regem litteras ex Epiſcoporum, Abbatum, aliorumque ſententia ſcripſit, Regem deprecans, ut ſe in Sede Sancti Andreæ electum cum honore debito reciperet, conſecrandumque permitteret, perſuaſum quippe eidem fuerat, ſe poſt electionem ſuam, poſt annuli, & Paſtoralis traditionem, Eccleſiæ ſuæ nequaquam renunciare debuiſſe, aut potuiſſe, ob quam cauſam has alteras Alexandro Regi litteras dedit, quibus ſuas quoque Rodulphus Cantuarienſis addit, quibus inter cætera ajebat. *Paſtorem, quem vos canonice elegiſtis, & nos legaliter ad vos miſimus, ad Sedem*

JESU CHR. AN. 1120.

Sedem ſuam ex bona voluntate veſtra revocetis: At dum hæc tractarentur biennio poſt Rodulphus Cantuarienſis Archiepiſcopus, vivere deſiit, unde Eadmerus poſt hæc addit. *Eodem anno, qui fuit ab Incarnatione Domini, & ex quo ab Epiſcopatu Roffenſi in Patriarchatum Cantuarienſem translatus eſt, annus nonus, defunctus Cantuariæ in Metropoli Sede Rodulphus Archiepiſcopus 13. Kal. Novembr. præſentibus filiis ſuis, glorioſo ſcilicet agmine Monachorum ejusdem loci, & tertia die abhinc in modo aulæ majoris Eccleſiæ decenter ſepultus.* Hactenus Eadmerus, atque ibidem ſcribendi finem facit; Unde non multo poſt e vivis eum exceſſiſſe probabile eſt.

Gerardus fundator ordinis Hoſpitali moritur. *Vide Pauli in hiſtoria Ord. Hieroſolym.*

16. Hoc anno Gerardus primus Ordinis Equitum Hoſpitalariorum, ſeu Hieroſolymitanorum e vita migravit teſte chronographo Malleacenſi coævo auctore, qui ad labentem annum inter cætera hæc narrat, *Gerardus Hoſpitalis de Hieruſalem eodem anno obiit*, ac Raymundum de Podio in ordinis Præfectura ſucceſſorem habuit, non vero Rogerium, ut a nonnullis traditum eſt.

Res Chriſtianorum afflictæ Concilium Neapoli celebratur *Labb. to.10. p.884.*

17. De rebus in Oriente geſtis adnotare ſat erit, Chriſtianorum res in Palæſtina in deterius prolapſas jacuiſſe; *Eodem anno*, ait Gulielmus Tyrius, *qui fuit milleſimus centeſimus vigeſimus, cum peccatis noſtris exigentibus Regnum Hieroſolymorum multis vexationibus fatigaretur, & præter eas quæ ab hoſtibus inferebantur moleſtias, locuſtarum intemperie & edacibus muribus jam quaſi quadriennio continuo fruges ita penitus deperiſſent, ut omne firmamentum panis defeciſſe videretur: Dominus Quæremundus Hieroſolymorum Patriarcha, vir religioſus, ac timens Deum, una cum Domino Rege Balduino, prælatis quoque Eccleſiarum, & Regni principibus, apud Neapolim urbem Samariæ convenientes, conventum publicum, & curiam generalem ordinaverunt. Ubi ſermone ad populum habito, exhortationis gratia. cum apud omnes conſtare videretur quod populi peccata Dominum provocaſſent, de communi ſtatuant conſilio errata corrigere, exceſſus redigere in modum: ut tandem ad frugem melioris vitæ redeuntes, & pro commiſſis condigne ſatisfacientes, eum ſibi redderent placabilem, qui peccatoris non vult mortem, ſed magis ut convertatur, & vivat - Deterriti ergo de Cœlo ſignis minacibus, & terræ motu frequenti, clade quoque ſimul & famis anguſtia, & hoſtium proterva nimis, & pene quotidia-*

diana inſtantia, per opera pietatis Dominum ſibi reconciliare quærentes, ad morum erigendam conſervandamque diſciplinam, viginti quinque capitula, quaſi vim legis obtinentia, de communi ſanxerunt arbitrio &c., atque nomina eorum, qui Synodo interfuerunt ex Epiſcopis, Abbatibus, & Proceribus recitat; Nec fructu caruit iſtiusmodi morum correctio ait Baronius ann. 1120. n. 13. Siquidem anno ſequenti Turcarum Princeps magno apparatu contra Antiochiam rediens, pugnante Domino, apolexia percuſſus interiit. Jesu Chr. an. 1120.

17. Conſtat præterea in Ord. hiſtoria, eo quod, cum in varias claſſes diſtincti jam eſſent Hieroſolymitani Equites, ac alii rebus divinis addicti, alii militiæ intenti; alii denique domeſticis rebus, aut infirmis, vel peregrinis inſervirent, ſingulæ claſſes ſuum præceptorem, ſeu Magiſtrum habebant, ex quibus Rogerius erat; Unde magiſter dici potuit. In præfectura autem totius ordinis Raymundum a Podio Gerardo ſucceſſiſſe probat Paulus Antonius Pauli in egregio opere de origine, & progreſſu Ordinis Hieroſolymitani Romæ anno 1781. edito, ubi ejuſdem Ordinis originem, progreſſumque, primorumque Magiſtrorum Gerardi, Raymundi, aliorumque geſta illuſtrat; Cumque illuſtris hic militaris Ordo alias radices ſuas propagaſſet, hinc inde in Oriente, & Occidente diffuſus, ac ab Paſchali ſecundo anno 1113. probatus, & ab Calliſto ſecundo hoc anno confirmatus fuiſſet; Regulam ab iis ſervandam Raymundus ſcripto tradidit; & Innocentio ſecundo primum probata, ac novis aucta acceſſionibus ab Eugenio tertio, & ab Lucio tertio anno 1185. confirmata; de Ordinis initiis, progreſſuque, deque Beati Gerardi, & Raymundi præclare geſtis ad ſupracitatum auctorem lectores remittimus, qui ſane rem ſumma pertractavit diligentia.

Ord. Hieroſolymitana munera, & officia. *Heliot. hiſt. Ord. Relig. tom. 3. p. 8.*

JESU CHRISTI an. 1121. Callixti II. Papæ an. 3. Henrici Imp. 2. Joannis Comneni Imp 4.

1. Superioris anni partem maximam in Campania tranſegerat Callixtus Papa qui compoſitis ibidem rebus, abductiſque Normannorum auxiliis, in urbem hujus initio reverſus; *A Spiritu Sancto commonitus*, ait Pandulphus, *Lambertum Oſtienſem Epiſcopum, Domnum Saxonem Cardinalem Presby-*

Callixtus Papa legationem ad Henricum mittit *Murat. to. 3. p. 419.*

Jesu Chr. An. 1121.

Preſbyterum Sancti Stephani in Cælio Monte, & Gregorium Diaconum Sancti Angeli, ut pacem pacis filiis in Regno, & Eccleſia efformaret, ad Henricum Imp. in Alemanniam delegavit &c. Legati miſſi in ſcriptis pacem offerunt, & quemadmodum in Lateranenſi Palatio, privilegia præſentat, pax ad velle Papæ ab Imperatore ſimul & accepta eſt, & perpetuo annuente Domino ſtabilita. His geſtis, antequam etiam legati redirent, expeditionem adverſus Burdinum Antipapam, auxilia ab Imperatore expectantem paravit: rem paucis verbis narrat Petrus Diaconus *Callixtus exercitum congregans, Mauritium hæreſiarcham in Sutrina Civitate obſidens cæpit, & in arce hujus Monaſterii, quam Abbas noſter conſtruxerat relegavit*; fuſius vero rem geſtam narrat Cardinalis de Aragonia in vita Callixti.

Chron. Caſs. lib. 4. c. 68.

Callixti expeditio adverſus Burdinum, ejuſdem captivitas.

2. Ad Urbem rediens, ait, *veniens uſque Sutrium* tamdiu Civitatem ipsam diſtricta obſedit, donec ipſi Sutrini eumdem *Burdinum in manibus ejus dederunt*, & maledictis opprobriiſque exceptum; *præparato ſibi camelo pro albo caballo, & piloſa veſte vervecum pro clamyde rubra poſitus eſt in traſaverſo ſuper ipſum camelum, & in manibus ejus pro freno cauda ipſius cameli.* Sicque dum, in urbem Callixtus veluti triumphans rediit, *ac ad Lateranenſe Palatium per mediam Civitatem præparatis arcubus de more in via cum gaudio magno deductus fuit*, injuriis undique laceſſitus Burdinus eum comitabatur. *Quem poſtmodum fecit in arce Fumonis retrudi, & inde ad Monaſterium Cavenſe transferri, ubi perſeverans in ſua rebellione vitam finivit*, ait Cardinalis de Aragonia, de quibus hæc etiam Bernardus Guido in Callixti vita. *Burdinus qui per Imperatorem Papa fuerat factus, audito adventu Papæ in Sutrio ſe recepit. Quem obſeſſum Papa cum Romanis cum habuiſſet, poſitum in camelo verſa facie ad tergum habens caudam cameli pro freno; Papam ad urbem præcedebat, & poſt in arce Fumonis eſt retruſus*; ubi ad vitæ exitum monachali veſte indutus obiit; eademque Fulco, ſeu Falco Beneventanus narrat ad hunc annum, iiſque cæteri conſentiunt ſcriptores Uſpergenſis, Sugerius in vita Ludovici Franc. Regis, Gullielmus Tyrius, Eadmerus.

Callixti Papæ epiſt. ad Galliarum Epiſc.

3. Rem geſtam Callixtus Papa in epiſtola ad Gallicanæ Eccleſiæ cujuslibet ordinis Clerum, & Populum narrat, ac ut

ut pro acceptis beneficiis gratias agerent excitat, ubi poſtquam dixit, peccatis populi exigentibus populos perſæpe a Deo affligi, uti in ſchiſmate Burdini contigerat, ſubdit. *Nuper autem feſtis Paſchalibus celebratis cum peregrinorum, & pauperum clamores ferre penitus non poſſemus, cum Eccleſiæ fidelibus ab Urbe digreſſi ſumus, & tandiu Sutrium obſedimus, donec divina potentia, & ſupradictum Eccleſiæ inimicum Burdinum, qui diabolo nidum ibidem fecerat, & locum ipſum omnino in noſtram tradidit poteſtatem &c. Datum Sutrii quinto Kal. Maii*, vel sexto, ut alibi legitur.

Jesu Chr. an. 1121.

Labb. to. 10. p. 894.

4. Pacem quoque in urbe, & ſuburbiis ab Callixto Papa reſtitutam fuiſſe narrat Malesburienſis. *Proceſſit ulterius in agendo bono laudabilis Papæ magnificentia*, inquit, *ut illam effrenem, & ingenitam Romanorum cupiditatem cohiberet. Nulla ipſius tempore viantibus circa Romam inuiæ, nullæ urbem ingreſſis injuriæ. Oblationes apud Sanctum Petrum, quas pro petulantia, proque libidine potentes diripiebant, anteriores Apoſtolicos, qui vel mutire auderent, indignis afficientes contumeliis, Callixtus revocavit ad medium, ſcilicet ad Apoſtolicæ Sedis Rectoris publicum uſum. Nec quidquam in ejus pectore pecuniarum, vel habendarum ambitus, vel habitarum amor operari bono abborrens potuit. Adeout Angelos peregrinos magis ad ſanctum dictum* Jacobum, Compoſtellanum videlicet, *quam Romam pergere admoneret, pro viæ longitudine ad illum locum bis euntibus idem benedictionis refundendum commodum, quod habet qui ſemel Romam irent &c.*, *ac pro reverentia corporis B. Jacobi Compoſtellanum Epiſcopum Archiepiſcopum inſtituit, ſubjiciens ei totam Emeritanam provinciam*, ac tantam porro tunc in Urbe, & Ducatu Romano tranquillitatem fuiſſe adnotat Pandulphus, ut Octaviani tempora rediiſſe viderentur; turres autem Cencii, utpote iniquitatis confugia dirui juſſit, lapideſque *a Montaldo Comite emit, & bonori Sancti Petri adjunxit*, ait auctor, ut fabricæ S. Petri inſervirent; Comites vero Godofredum Laudenſem, & Raynaldum de Cecano rebelles, repreſſit, ac undequaque pacem tranquillitatemque hoc, & proximo anno reſtituit.

Callixtus Papa pacem in urbe, & ſuburbiis reſtituit.

5. *His peractis*, ſubdit Fulco, *Pontifex Callixtus conſilio invento Salernum ivit quinto die intrante menſe Septembri*, ut pacis firmamentum cum Duce Gulielmo Apuliæ Prin- cipe

Callixtus Papa Salernum proficiſcitur geſta ibidem

JESU CHR. AN. 1121. cipe, & *Rogerio Comite Siciliæ confirmaret*; Hic quippe in Calabriam cum exercitu tranſierat, ac bellum adverſus Gulielmum gerebat, quo tempore ut narrat Pandulphus. to.3. p.419. *Gulielmus Apuliæ Dux, ut acciperet Alexii quondam Imperatoris Conſtantinopolitani filiam ... Bizantium ierat, & turrem, quæ ei competit, Domino Papæ commiſerat*; Quo cum eſſet, *omnes fere meliores Cardinales, ſed, & magnum Hugonem Cardinalem induſtrium*, ex veris intemperie, mortuos cum non paucis ex domeſticis *perdidit & demum ipſe Comes Rogerius cum ſemivivo Papa peregit*, qui lectica vectus in urbem rediit, ait auctor ibidem. *Videns Henricus Imp. ſeipſum ſpe vana fruſtratum ... ſaniori usus eſt conſilio, & ad pacem Eccleſiæ Domino ſuggerente animum inclinavit.*

De pace inter Callixtum ineunda, & Henricum agitur

6. Interim ut ait Urſpergenſis in chronico, *Henricus Imp. inito fidelium ſuorum conſilio, rebelles ſibi Moguntinos affligeret tractavit &c. His auditis, Præſul Adelbertus totam Saxoniam, qui tunc manebat, commovet: & quia Legationem Apoſtolicam ab ipſo Papa dudum acceperat, hac auctoritate Pontifices, & Principes ipſius Provinciæ pro utilitatibus matris Eccleſiæ frequenter convocat*, ac ut proſequitur auctor auctoritate ſua effecit, ut Henrici Imp. *indignatio in tantum mitigaretur, ut ipſe præſens negotium, non ſuo, ſed Optimatum utriusque partis arbitrio terminandum decrevit*; ait Urſpergenſis, atque ad diſſidia componenda indicatum fuiſſe Conventum Principum Imperii apud Virciburg, ſeu Herbipolim, ad feſtum Sancti Michaelis, narrat Cronographus Hildeismenſis his verbis. *Circa feſtum Sancti Michaelis in Sede Epiſcopali Verciburb* (ſeu Herbipolenſi) *Imperator, & totius regni proceres conveniunt, & in concordiam redeunt; judicio, & conſilio domni Apoſtolici cauſam Imperatoris determinandam reſervantes*. Urſpergenſis vero de geſtis in eo Conventu addit. *Quidquid ſcandali, quidquid perturbationis usquequaque per regna Germaniæ inimici ſeminario ſucreverat.*

Herbipolenſis conventus pro pace ineunda.

Sveſſionenſe Concilium Abailardi ſcripta condemnat.

Labb. to.10. p.886. Not.12. an. 1121.

7. Cum Gulielmus de Campellis celeberrimus in Galliis Dialecticæ magiſter, & Abeilardi præceptor, ac poſtea Catalaunenſis Epiſcopus hoc anno obiiſſet, ut obſervat Pagius, eique Ebalus ſucceſſiſſet, Albericus, & Lodulphus, Dialectices, & ipſi magiſtri; Gulielmo Abeilardi præceptore ſublato, qui inter ejuſdem diſciplinæ magiſtros primum locum tenuerat, ægre ferentes, quod multo cum plauſu Abeilardus in

Dionyſiano Pariſienſi Monaſterio ſcholam teneret, ob nonnulla obſcuriora, quæ in libro Trinitatis ab eodem in tanti myſterii expoſitione exciderant, eumdem in Concilio Sveſſionenſi ab Rodulpho Remenſi Archiepiſcopo convocato, cui Conon Prænestinus Epiſcopus, & Apoſtolicæ Sedis in Galliis legatus adfuit, accuſarunt, & quaſi hæreticum in Monaſterio eumdem detrudi librumque ejus comburi impetrarunt; Rem geſtam ipſe Abejlardus in epiſtola vices calamitateſque ſuas deplorans enarrat. *Emuli mei*, ait, *vehementer accenſi, Concilium congregaverunt, maxime duo illi antiqui inſidiatores, Albericus ſcilicet & Lotulfus, qui jam defunctis eorum magiſtris & noſtris Guillelmo ſcilicet atque Anſelmo* (Guillelmo nempe Epiſcopo Catalaunenſi, & Anſelmo Laudunenſi viro per hæc tempora celeberrimo) *poſt eos quaſi regnare ſe ſolos appetebant, atque etiam ipſis tamquam hæredes ſuccedere. Cum autem utrique Remis ſcholas regerent, crebris ſuggeſtionibus Archiepiſcopum ſuum Radulfum adverſum me commoverunt, ut adſcito Conone Prœneſtino Epiſcopo, qui tunc legatione fungebatur in Gallia, Conventiculum quemdam ſub nomine concilii in Sveſſionenſe Civitate celebrarent, meque invitarent, quatenus illud opus clarum, quod de Trinitate compoſueram, mecum afferrem, & factum eſt ita &c.*

8. *Vocatus ſtatim ad Concilium adfui*, ſubdit idem Abejlardus, & ſi fides in propria cauſa ei habenda, *& ſine ullo diſcuſſionis examine me ipſum compulerunt propria manu librum memoratum meum in ignem projicere, & ſic combuſtus eſt, ut tamen, cum nihil dicere viderentur, quidam de adverſariis meis id ſubmurmuravit, quod in libro ſcriptum deprehenderat, ſolum Deum Patrem omnipotentem eſſe. Quod cum legatus ſubintellexiſſet, aliquo credi debere quod adeo erraret, cum communis, inquit, fides & teneat, & profiteatur tres Omnipotens eſſe. Quo audito Terricus quidam Scholarum magiſter irridendo ſubintulit illum Athanaſii, & tamen non tres Omnipotentes, ſed unus Omnipotens.* Cum autem *Rodulfus* Archiep. Remenſis ſententiam legati confirmaſſet, ajens revera Patrem eſſe Omnipotentem, Omnipotentem Filium, Omnipotentem Spiritum Sanctum, eoſque qui ſecus ſentirent hæreticos eſſe cenſendos, exiſtimarunt neceſſe eſſe, ut *Abaelardus* ipſe ſuper his mentem aperiret, fidemque ſuam coram omnibus exponeret: ſed

* Abeilardus in Monaſterium tamquam in carcerem truſus

JESU CHR. AN. 1121.

obſtantibus adverſariis legit ſolummodo ſymbolum Athanaſii ; quod ut potuit recitavit : Inde, inquit Abaelardus. *quaſi reus & convictus Abbati S. Medardi, qui aderat, traditus ; ad clauſtrum ejus tamquam ad carcerem trahor, ſtatimque Concilium ſolvitur* ; non diu tamen in Monaſterio tamquam in ergaſtulo manſit, nam ut paulopoſt ſubdit ; *Legatus*, ſeu Conon, *ſtatim pœnitentia ductus, poſt aliquot dies, cum ad tempus coactus ſatisfeciſſet illorum invidiæ me de alieno eductum Monaſterio ad proprium remiſit*, Dionyſii ſcilicet.

Novæ adverſus Abeilardum quærelæ excitatæ.

9 Ad ſuum itaque Monaſterium reverſus, non multo poſt inde excedere, ac fugæ ſibi conſulere coactus fuit ; cum enim veriorem eſſe Bedæ ſententiam dixiſſet, qua ajebat Dionyſium Corinthiorum quidem Epiſcopum fuiſſe, non Athenienſium, ac deinde Pariſiorum, ut poſt Hilduinum tota tenebat Gallia, ea de cauſa ſuorum Monachorum invidiam ſubiit, quaſi Monaſterii ſui dignitatem eccleſiarumque traditionem violaſſet ; quare inde excedens ad Theobaldum Tricaſſinæ Civitatis, & Pravini dominum aufugit, a quo benigne exceptus, inter Monachos Sancti Petri Trecenſis, aliquandiu vixit ; cumque Adam Sancti Dionyſii Abbas cum inde aufugiſſe ægre ferret, & ut injuriam Monaſterio Dionyſiano repararet, juſſiſſet ; palinodiam quoadmmodo, datis ad Abbatem ſuum litteris, Abejlardus cecinit, ac Dionyſium Athenienſium, & Pariſienſium Epiſcopum fuiſſe dici poſſe ajebat ; ibique aliquandiu ſubſiſtit, uſque dum veteribus adverſus eum quærelis renovatis, iterum ad eccleſiaſtica judicia vocatus fuit, de quibus infra ; De Abejlardi condemnatione Otto Friſingenſis libro primo de geſtis Friderici cap. 43. agit, eique addendus Goufridus Sancti Bernardi Clarevallenſis Abbatis notarius in epiſtola ad Henricum Cardinalem, & Epiſcopum Albanenſem apud Duchesnium in notis ad Abejlardum. Abejlardo ibidem degenti duas Petrus Venerabilis epiſtolas dedit eum hortans, ut non tam ſæcularibus diſciplinis, quam piis operibus vacaret.

lib. 9. epiſt. 9. 10.

Ermoldus Abbas ab factionis occiditur.

10. Hoc etiam anno Sanctus Erminoldus, qui a Sancto Ottone Epiſcopo Bambergenſi Abbas dictus fuerat Cœnobii Pruſeningenſis a ſe conditi prope Ratiſponam, cum delinquentes corriperet, occiſus eſt ab eis, qui nolebant a ſuis ſe voluptatibus coerceri, *in Sancto Epiphaniorum die*, inquit Anonymus, qui ejus Vitam ſcripſit in Actis SS. Bollandianis ad

Pag. not. 10.

ad diem 5. Januarii editam ubi addit: *Tranſit autem anno Domini 1121. ſeptimo vero poſtquam de Girſaugia menſe Auguſto vocatus eſt, & ad Pruſungenſem electus Eccleſiam*. Ejus virtutes, & miracula fuſe ab eodem Anonymo deſcripta ſunt, ac in Præfatione teſtatur ſe anno 1281. vitam illam elucubraſſe; Inter cætera Erminoldi geſta ab auctore vitæ ejus tradita, invictum pro juſtitia animum, & eccleſiaſticæ diſciplinæ zelum habuiſſe indicat; Nam cum quodam tempore Henricus Imp. ab Apoſtolicæ Sedis communione excluſus, ad ſuum Monaſterium divertiſſet, nullum ei honorem, aut hoſpitium S. Abbas tribuere voluit, quin clauſis undique Eccleſiæ, & Monaſterii januis excluſit, ut idem auctor a Baronio relatus pluribus narrat num. 7. & 8. JESU CHR. AN. 1121.

11. Hoc etiam anno Callixtus Papa *Apoſtolici culminis ſecuritate potitus*, ait Eadmerus, cum Burdinum ut diximus in vincula conjeciſſet; *libera auctoritate, qua Romanum Pontificem niti æquum eſſe probatur quaquaverſum per legatos ſuos utebatur; de quorum numero quidam Petrus nomine, Romanus genere Monachus Cluniacenſis profeſſione venit in Galliam miſſus ab ipſo Pontifice, functurus, ut ferebatur legatione Galliæ totius Britanniæ, Hiberniæ quoque, & Orcadarum inſularum*; poſt pauca. *Erat enim filius Petri præclariſſimi, ac potentiſſimi Principis Romanorum, cujus fides, & actio magni conſilii, & fortitudinis eſſe ſolebat iis, qui in Sede Apoſtolica canonice conſtituti Patres orbis habebantur &c.* Attonita in ejus expectatione erat Anglia, ait Eadmerus, quæ legatos Apoſtolicos tunc non recipiebat. Quare Rex obviam legato miſit in Galliam Bernardum Epiſcopum S. David de Vallis, & Joannem Clericum, ut eum honorifice in Angliam deducerent, & regio ſumptu ad regis præſentiam perducerent. Ubi advenit legatus honorifice ſuſceptus eſt a Rege; qui, audita ejus legationis cauſa, dixit ſe in procinctu expeditionis contra Valenſes poſitum, tanto negotio dare operam non poſſe, cum nonniſi conſilio Epiſcoporum, Abbatum, ac Procerum totius Regni legatio admitti non poſſet: cæterum ſe patrias conſuetudines ab Apoſtolica Sede conceſſas violari non paſſurum, quarum una ex maximis erat, ut regnum Angliæ a quavis legati poteſtate eſſet immune. His aſſenſum præbere opportunum judicavit legatus, qui Regis munificentia magnifice honoratus, eadem qua vene-

Petrus Leonis legatus in Angliam miſſus non admittitur.

Eadmerus lib.6. Novor. pag. 102.

Jesu Chr. an. 1122. venerat via cum ingenti pompa reductus eſt Cantuariæ hortatu Regis, & Archiepiſcopi, magnifice a fratribus ſuſceptus, & inter eos triduo jucunde converſatus. Hac occaſione uſi noſtri Cantuarienſes, de injuria Eccleſiæ ſuæ facta in conſecratione Turſtani Eboracenſis conqueſti ſunt. His ille benignus auditis, eorum privilegia ſibi oſtendi petiit, pollicitus ſe daturum operam, ut Pontifex factam injuriam emendaret. At illi *bullatas antiquitus chartas* cum Eccleſia nupero incendio concrematas fuiſſe dixerunt, paucis illarum tranſumptis reliquiis, quarum veritatem, & ſtylus ipſe & antiqua poſſeſſio teſtabatur: quibus inſpectis, legatus grave Cantuarienſi Eccleſiæ præjudicium factum fuiſſe confeſſus eſt, promiſitque ſe daturum operam, ut id quantocius corrigeretur. Poſt hæc ex Anglia trajecit, ubi legati officio aliquamdiu functus eſt. Hic eſt Petrus Leonis, qui poſtea de ſummo Pontificatu cum Innocentio Secundo decertavit, ac Anacletus Secundus dictus fuit: De legatione in Gallias Petro anno ſequenti delata mentio occurrit in epiſtola Callixti ſupracitata ad Ludovicum Regem, quæ data dicitur pridie Kal. Octobris.

Dacherii ſpicileg. tom. 3.

JESU CHRISTI an. 1122. Callixsti II. Papæ an. 4. Henrici Imp. 2. Joannis Comneni Imp. 5.

Pax inter Callixum, & Henricum Imp. firmatur.

Murat. to. 3. p. 420.

1. Feliciſſimum Chriſti annum 1122. auſpicamur, quo tandem pax & concordia longo tempore abrupta, inter Sacerdotium, & Imperium renovata eſt, inter Callixtum ſcilicet Papam, & Henricum Imp., quam Germaniæ Epiſcopi, & Proceres in Herbipolenſi conventu anno proximo congregati multo ſtudio, & induſtria revocarunt, Henricus etiam Imp. ut ait Cardinalis de Aragonia in vita Callixti, *videns ſe ipſum ſpe vana fruſtratum*, cum Burdinum in Antipapam eligi curaverat, ... *ſanctiori uſus eſt conſilio, & ad pacem Eccleſiæ Domino ſuggerente animum inclinavit. Super hoc itaque laboratum eſt a Catholicis Principibus, & per Dei gratiam pax Eccleſiæ eſt reformata.* Pro pace ineunda cum legatis ab Callixto in Germaniam miſſis multum ſe inſudaſſe in epiſtola ad eumdem Pontificem narrat Adalbertus Moguntinus Epiſcopus ab Martenio edita, qua habet. *In multis & magnis perſequutionibus, & anguſtiis hactenus poſiti, quoties*

Martene collectio, vel ſcript. tom. 1. p. 671.

ties de perſona Domni Imperatoris ſcripſerimus veſtræ majeſtati quid vobis placeret, quid principes noſtri ſentirent, in qua demum ſententia conveniſſent, non dubitamus recordari veſtræ diſcretionis beatitudinem, & his omnibus per litteras & nuntios veſtros cognovimus circa hæc maxime ſemper verſari veſtræ pietatis deſiderium, ut Apoſtolica diſpenſatione veſtris potiſſimum diebus pax & concordia deſcenderent in univerſum mundum, ſi tamen ita eam pacem Imperator & daret & ſuſciperet, quod honorem Dei, & matris Eccleſiæ non obfuſcaret, acceptuque Dominis, ac Patribus noſtris Cardinalibus, qui in idipſum de latere veſtro ad nos miſſi ſunt, totius conſilii, & ingenii noſtri vires in hoc contraximus, ut tam generale bonum ad communem Eccleſiæ, & Regni utilitatem non differretur ulterius. Sed quia tam imperium, quam imperator tamquam hæreditario quodam jure baculum, & annulum poſſidere volebant, pro quibus univerſa laicorum multitudo imperii nos deſtructores inclamabat nullo modo potuimus his imperatorem exuere, donec communi quippe conſilio, cum his qui aderant fratribus, & Dominis Cardinalibus huic periculo noſtro compatientibus, inde Eccleſiæ cenſuram verentibus, & ob hoc vix nobis aſſentientibus in Eccleſiæ cenſuram vertentibus, omnes pariter ſuſtinuimus, quod in ipſius præſentia Eccleſia debeat electionem facere, nihil in hoc ſtatuentes, nec per hoc in aliquo, quod abſit, apoſtolicis inſtitutis, & canonicis traditionibus præjudicantes, ſed totum veſtræ præſentiæ, & veſtræ deliberationi reſervantes; Interim has pacis conditiones ibidem firmatas fuiſſe narrat.

JESU CHR. AN. 1122.

Formula pacis inter Calixtum, & Henricum.

2. Quarum prima hæc erat, ut Imperator Apoſtolicæ Sedi obediat, & pax ſincera inter ipſum & Domnum Papam componatur, Imperator quæ ſua, & quæ regni ſunt habeat, Eccleſiæ etiam, & uniſquiſque ſua quiete & pacifice poſſideant. Epiſcopi quoque in Eccleſia canonice electi, & conſecrati pacifice ſedant uſque ad collaudatam in præſentia Domini Papæ audientiam. Spirenſis Epiſcopus Eccleſiam ſuam libere habeat. Vormatienſis ſimiliter præter ipſam Civitatem uſque ad præſentiam Domini Papæ. Captivi, & obſides ex utraque parte ſolvantur. De hæreditate Palatini Comitis Sigefridi ſicuti Metis inter ipſum, & Dominum Imperatorem definitum fuit, ita permaneat. Hæc autem in Conventu Visburgenſi firmata, judicio Pontificis, & conſenſu ſuo firmanda

Jesu Chr. An. 1122.

da reliquerunt. Quare cum in urbem Callixti Papæ legati rediiſſent tandem hoc anno pax firmata fuit; *Ipſo enim tempore*, ait Uspergenſis ad hunc annum in chronico, qui his omnibus intereſſe potuit. *Epiſcopus Spirenſis, & Abbas Fuldenſis legatione totius regni apud Apoſtolicam Sedem peracta redierant, ducentes ſecum Oſtienſem Epiſcopum, vicem domini Apoſtolici per omnia tenentem, cum duobus Cardinalibus, qui nihilominus a Sede Sancti Petri ob reconciliationem regni, & ſacerdotii miſſi fuerunt. Hac de cauſa iterum colloquium curiale per provincias indictum eſt, cui locus Viceburg, tempus feſtum Sancti Petri definitum eſt*, deinde poſt aliqua. *Facto igitur universali conventu apud urbem Vangionum, quæ nunc Vormatia dicitur, Imperator ibidem ab Apoſtolicæ Sedis Apocriſariis in communionem receptus tam ipſe Imperator, quam univerſus ſibi ſubjectus exercitus. Immo generali abſolutione cunctis hoc ſchiſmate pollutis per auctoritatem Apoſtolicam facta, qualiter Eccleſiaſticas inveſtituras, cæteraque ſpiritualia negotia, quæ tanto tempore Reges Teutonici adminiſtraverant, quæque ipſe, ne regni diminueretur honor, nunquam vita comite, ſe dimiſſurum propoſuerat, humiliatus pro Chriſto, coram multitudine maxima abnegaverit, & in manus Domini Epiſcopi Oſtienſis, ac per ipſum Domino noſtro Jeſu Chriſto, ſuæque in perpetuum jus Eccleſiæ dimiſerit: rurſumque qualia ſibi ob honorem regni obſervandum auctoritas Apoſtolica conceſſerit, utriuſque partis melius edocebunt ſubter adnotata ſcripta.*

Henrici Imp. epiſt. ad Callixtum. *Murat. to. 3.*

3. Henrici Imperatoris epiſtolam ad Callixtum datam, qua ſe pacis conditiones impleturum ſpondet, in vita Callixti refert Cardinalis de Aragonia, eaque teſtatur, pro amore Dei, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Domini Papæ Callixti, & pro remedio animæ ſuæ, omnem Inveſtituram per annulum, & baculum ſe dimittere, ut impoſterum in omnibus Eccleſiis, quæ in Regno, vel Imperio ſuo erant Canonica electio, & libera conſecratio. Poſſeſſiones, & Regalia Beati Petri, quæ a principio hujus diſcordiæ, ſive tempore Patris ſui, ſive etiam ſuo ablata fuerant Eccleſiæ Romanæ ſe reſtituturum promiſit. Poſſeſſiones etiam aliarum Eccleſiarum, & Principum, & aliorum tam Clericorum, quam Laicorum redditurum juravit; Eaque conſilio Principum, & conſenſu peracta fuiſſe ait, eiſque Archiepiſcopi, Epiſcopi, Principeſque

peſque plurimi ſubſcripſerunt, quorum ibidem nomina leguntur.

3. Callixtus econtra hæc Henrico Imp. conceſſit. *Ego Callixtus ſervus ſervorum Dei dilecto filio ſuo Henrico Dei gratia Romanorum Imperatori Auguſto concedo electiones Epiſcoporum, & Abbatum Teutonici Regni, quæ ad Regnum pertinent, in præſentia tua fieri absque ſimonia, & aliqua violentia: ut ſi qua inter partes discordia emerſerit, Metropolitani, & Provincialium conſilio, vel judicio, ſaniori parti aſſenſum, & auxilium præbeas. Electus autem regalia per ſceptrum a te recipiat, exceptis omnibus, quæ ad Romanam Eccleſiam pertinere noscuntur; & quæ ex his jure tibi debet, faciat. Ex aliis vero partibus Imperii conſecratus, infra ſex menſes regalia per ſceptrum a te recipiat. De quibus vero mihi quærimoniam feceris, ſecundum officii mei debitum, auxilium meum præſtabo. Do tibi veram pacem, & omnibus qui in parte tua ſunt, vel fuerunt tempore hujus diſcordiæ. Data anno milleſimo centeſimo vigeſimo ſecundo, nono kalend. Octobris.* Hactenus Callixti Papæ conceſſio: extant eadem ipſa monumenta apud Vuillelmum Malmesburienſem: pergit vero Uspergenſis. *Hujusmodi ſcripta, atque reſcripta propter infinitæ multitudinis conventum, loco campeſtri juxta Renum lecta ſunt, data, & accepta, poſtque multimodas laudes rerum Gubernatori redditas, celebratis a Damiano Oſtienſi divinis ſacramentis, inter quæ Dominum Imperatorem cum pacis osculo ſanctaque communione pleniſſime reconciliavit, diſceſſum eſt ab omnibus cum lætitia infinita &c.*

Callixti Papæ conceſsio Henrico Imp. facta.

4. His geſtis; *Alterum non multo poſt*, ſubdit Uspergenſis, *ideſt in Feſto Sancti Martini, colloquium Imperator cum Principibus, qui priori non aderant, Babenberg habuit: ubi & cunctis in ſua vota concordantibus, inter multa, quæ tam ad regni, quam ſacerdotii congruebant honorem, more majorum compoſita. Legatos proprios cum Romanis deſtinavit, & utroſque nuntia ſimul & munera ferentes honorifica, domino Apoſtolico Callixto conſanguineo ſcilicet jam ſibimet unitiſſimo direxit.*

Henrici Legatio ad Callixtum, & munera.

5. Callixtus Papa interea, ut debitas Imperatori pro legatione, & muneribus acceptis gratias ageret, eumdemque in propoſito ſervandæ pacis confirmaret, atque promiſſa expleret, has ad eum litteras dedit. *Omnipotenti Domino Deo no-*

Callixti Papæ ep. ſt. ad Henricum. *Labb. to 10. p. 894.*

pedibus repatriavit; ait auctor vitæ ejus, *& proceſſit ei obviam totius Cleri, & Populi multitudo, factaque eſt lætitia magna in populo, ſed cum jam omnia pacata eſſe viderentur, anno ſecundo ordinationis ſuæ migravit ad Dominum*, ait Renerus; quo autem mortis genere objerit, an vi morbi, vel veneno non conſtat; Inter Martyres tamen paſſim recenſetur.

Jesu Chr. An. 1122.

7. Hoc quoque anno 1122., ut in chronico Cluniacenſi legitur, *Dominus Pontius pro quibuſdam negotiis hujus Eccleſiæ agendis Apoſtolicam Sedem adiens, in manu Domini Callixti ſecundi Papæ Abbatiam Cluniacenſem ſponte reſignavit, & Hieroſolymam devotus petiit*; ubi in certamine ad Aſcalonem a Chriſtianis contra Infideles habito, quo Turcarum multitudo a paucis Chriſtianis cœſa eſt, adfuit ac Lanciam qua Chriſti latus apertum fuerat, detulit ad Pontium: duæ extant Callixti Papæ epiſtolæ 22. 23., quibus Cluniacenſis ordinis privilegia confirmat; in Apuliam autem profectus, ut in Orientem pergeret, Caſſinum devotionis cauſa cum ſociis adiit, ut narrat Petrus Diaconus; Pontio Abbati Hugo Sanctimonialium de Marciniano prior ſubſtitutus eſt, ait Petrus Abbas Pontii ſucceſſor, *ſuſcepit ſanctus ille licet valde renitens quod imponebatur, ſed vix quinque elapſis menſibus ex hac vita migravit &c.*, cujus epitaphium ex Olderico Mabillonius refert. Hugone autem mortuo, cum pro electione ſucceſſoris proximi remotique Cluniacenſes Monachi conveniſſent; in Octava Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis in Petrum Mauricium de Monte Buxerio, qui a poſteris Venerabilis dictus eſt, univerſorum ſuffragia concurrunt. Mox electio ſummo Pontifici ſignificatur, qui reſcripto ſuo eam confirmavit. De ſua ipſius electione agens idem Petrus, ſe indigniſſimum ad tot tantarumque Chriſti ovium curam, & regimen aſſumptum fuiſſe teſtatus eſt. Annorum erat circiter triginta cum electus eſt, inter Cluniacenſis cœnobii Abbates nonus. Ejus electioni carmine gratulatus eſt Petrus Pictavienſis, & Cluniacenſes ad plaudendum invitat his verſibus.

Petrus Venerabilis Abbas Cluniacenſis eligitur.

Chr. Caſſin. lib. 4. 75.

Mabill. Annal. lib. 74. 4. p. 78.

Biblioth. Clun. Petrus vener de miraculis cap. 11. 12.

Plaudite felices, hilareſcite Cluniacenſes:
Redditus eſt vobis moribus alter Hugo.

Jesu Chr. An. 1122.

Tum ejus nobile genus prædicat, ejuſque virtutes & omnigenam eruditionem commendat.

Callixti Papæ epiſt. ad Petrum, & Monachos Cluniac.

8. Cum Petri electionem in Abbatem ex fratrum Cluniacenſium relatione didiciſſet Callixtus Papa, datis ad eum litteris eumdem confirmavit, ac epiſtola altera Cluniacenſibus Monachis inſcripta, Pontium per virgam in manu ſua perpetuo renunciaſſe narrat, ac ut Petro nuper ab ipſis electo debitam obedientiam reverentiamque exhiberent, hortatur, quem tamquam filium ſub ſua, & Romanæ Eccleſiæ protectione ſuſcepiſſe addit; datæ vero ſunt Lateranis 12. Kal. Novembris: has epiſtolas cum Labbeus prætcrierit, Mabillonius vulgavit, & recentiſſimæ conciliorum editioni inſertæ ſunt; In epiſtola ad Cluniacenſes multa hactenus eos incommoda, ac labores ſuſtinuiſſe memorat, quæ ſane de damnis, bonorumque dilapidatione a Pontio illatis intelligenda ſunt, quem teſte Orderico, Cluniacenſes Monachi apud Callixtum nimiæ prodigalitatis, ſumptuſque immoderatioris accuſaverant.

Concil. edit. Noviss. tom. 21. pag.

Order. hiſt. lib. 12.

Petrus Abbas disciplinam inſtaurare satagit.

9. Petrus autem ſtatim ac ſe Cluniacenſibus præfectum vidit, ut regularem in Monachis ſuis diſciplinam jamdiu collapſam reſtitueret, Matthæum Sancti Martini de campis apud Pariſios priorem; *ad ordinis adjutorium, & ad impoſitæ curæ ſupportandam ſarcinam ipſo ſtatim primo ſuæ vocationis* (ſeu electionis) *anno Cluniacum evocavit, eique ordinis, & clauſtri, cujus ferventiſſimus erat amator, curam impoſuit*. Nec exiguæ operæ ea res erat. *Quippe ſuccreverant paulo ante in magno illo & nobili monaſtici ordinis agro reſecanda, vel potius evellenda utilibus ſtatntis/contraria, & quorumdam, quas nominare nolo*, inquit Petrus, culpas vel diſſidia (*nam ex majori parte jam vita exceſſerant*) *plurima extirpanda exorta fuerant. Ad hujus rei adjutorium, magnum hunc & vineæ Chriſti non ſegnem operarium, ut jam dixi, accerſens, inſignem vere eum adjutorem expertus ſum. Nam noxia, vel ſuperflua quæque in cibis, in potibus, in moribus quam maxime perſequens, licet ea de cauſa multa nunc reticenda paſſus fuerit, ea tamen ad congruum finem, etſi non ſtatim: Deo præcipue meque cum quibuſdam aliis pro viribus adjuvante perduxit*, ait idem Petrus Venerabilis, hinc factum, ut cum nec cito, nec omnes ab Cluniacenſi inſtituto abuſus evellere Petrus potuerit, cui Cluniacenſium plurimi reſcribere; ea orta ſit inter Cluniacenſem, & Ciſtercienſem Ordinem contentio

tentio, quam cum ægre ferret Gulielmus Sancti Theoderici Abbas Cluniacenſis, Bernardum amicum ſuum, ut eam ſopiret, rogavit.

10. Amico ut ſatisfaceret Bernardus epiſtolam ad Gulielmum, ſeu epiſtolam tribus diſtinctam partibus paulopoſt ſcripſit, in quibus etſi Ciſtercenſium ſuorum vitia non diſſimulaverit, aſperiorem tamen adverſus Cluniacenſes cenſuram exercuit: nam Cluniacenſium abuſus adeo inſectatus eſt, vel fortaſſe exageravit, ut contentio inter utrumque ordinem inde creverit; & propagata fuerit, atque ad ordinem ſuum tuendum Petrus Venerabilis prolixa objecta Cluniacenſibus, in monaſtica diſciplina laxitates vel diluit, vel excuſat, uti ibidem videre eſt,

Bernardi Apologia, ſeu Epiſtola adverſus Cluniacenſes. *Bernard. op. to. 2. opusc 5. p. 530. Petr. Vener. lib. 1. epiſt. 28.*

11. Cum labenti anno 1122. Serlonis Sagienſis, ſeu Salerienſis Epiſcopi obitum Odericus alligat, poſtquam per annos 32. eam Eccleſiam rexiſſet; *ac ſeptimo Kal. Novemb.*, die 21. Octobris, Miſſa cantata clericis ſuis mortis ſuæ tempus prædixiſſet, & ſepulchri ſui locum deſignaſſe. In craſtinum autem inquit; *Feria ſexta*, ſeu die 27. Octobris in *Baſilicam venit*, cumque trementibus miſſam celebrare non poteſt, Capellanus ejus id officium explevit. Tunc hora nona ad menſam venit, ſed *ſuperius jam anhelans* de præſentibus nihil comedit. *Surgit de menſa poſt refectionem paratis nuncius affuit, qui Cardinales Romanos Petrum, & Gregorium adeſſe retulit. Vigilia quippe SS. Apoſtolorum Simonis, & Judæ tunc agebatur. Mox Præſul Clericis diſpenſatoribus ſuis dixit:* „ „ *Velociter ite, & diligenter Romanis ſervite, abundanter eis omnia dantes, quæ neceſſaria ſunt, quia Legationem Domini Papæ, qui poſt Deum univerſalis Pater eſt, deferunt*. Ipſe vero in cathedra ſedens ſolus remanſit, ibique paulopoſt animam Deo reddidit, ſucceſſoremque habuit Joannem nepotem, ait Mabillonius Annal. lib. 74. num. 24. porro patet Legatos in Galliis ab Callixto Papa Petrum Leonem, qui ex Anglia re infecta redierat, ut anno proximo diximus, & Gregorium Cardinalem de Sancto Angelo miſſos hoc anno fuiſſe, de quorum geſtis infra dicturi ſumus.

Serlonis Sagienſis Episc. obitus. *Order. hiſtor. lib. 12.*

12. Inter plurimas Callixti Papæ epiſtolas hoc tempore ſcriptas, quibus aut privilegia Eccleſiarum, monaſteriorumque confirmavit, aut lites compoſuit; Ludovico Francorum Regi ſcribens, legatum ſuum a latere in Gallias miſiſſe admonet ad

Callixti Papæ epiſt. ad Ludovicum Francor. Regem, & aliæ,

JESU CHR. AN. 1123.

ad ea quæ oporteret corrigenda, & confirmanda, ac ut eum honore reciperet, libereque injunctam legationem exercere permitteret, hortatur, uxori ejus, & Philippo filio plurimam ſalutem dicens.

epiſt. 6. ad 23. 24. ad 25

Ludovici Galliarum Regis epiſt. ad Callixtum. *pag. 855.*

12. Extat etiam Ludovici Regis epiſtola ad Calliſtum hoc anno data, qua de collata Lugdunenſi Epiſcopo poteſtate, ſuper Senonenſem Eccleſiam conqueritur, quam etſi Callixtus ad tempus, ne Ludovicum offenderet, ſuſpendiſſet, eam nihilominus penitus aboleri precatur, ne temporis tractu, pro eadem cauſa jurgia iterum excitarentur: hancque reſponſoriam Callixto fuiſſe, epiſtolæ initium docet; *Scripſit nobis ſublimitas veſtra*, inquit, *de captione illius Apoſtatæ Burdini, & de incolumitate ſtatus veſtri: unde pater dulciſſime, plurimum & præ cæteris vos amamus, honoremque veſtrum ſtudium noſtrum in omnibus eſſe intelligimus. De ſententia ſane in Metropolitanum Senonenſem pro noſtro honore relaxata animum noſtrum ex parte mitigatis. Sed quoniam ad tempus eſt relaxata, ſuſpenſum vehementer ac dubium reddidiſtis. Videtur enim aliquam adhuc ſpem habere Lugdunenſis Archiepiſcopus ſuper illa quam quærit ſubjectione, Sed, ut verum fatear, ſuſtinerem potius regni noſtri totius incendium, capitis etiam noſtri periculum, quam hujus ſubjectionis, & abjectionis opprobrium &c.*, & ut petita facilius impetraret, quanto Francorum Reges obſequio Romanam Eccleſiam proſecuti ſint, commemorat, ſeque etſi infirmitate laboraret; *Remenſi tamen concilio*, ait *cum labore quidem noſtro, ſed cum honore veſtro intereſſe ſtuduimus, & plus veſtræ voluntati, quam noſtræ facultati, plus honori veſtro, quam dominio noſtro conſulimus &c.* Hæc & alia in eamdem rem Rex Ludovicus, tamquam de ſumma rerum ſollicitus, ut ibidem videre eſt.

JESU CHRITI AN. 1123. CALLISTI II. PAPÆ AN. 5. HENRICI IMP. 13. JOANNIS COMNENI IMP. 6.

Callixtus Papa Lateran. Concil. celebrat. *Murat. to. 5. p. 99.*

1. Burdino Antipapa exauctorato, compoſitis jam cum Henrico Imp. rebus, redditaque Eccleſiis, & Urbe tranquillitate; Callixtus Papa, ut hactenus glorioſe geſta confirmaret, hoc anno *Pontificatus quinto*, teſte Fulcone, *menſe Martio primæ Indictionis, conſilio ſalutis accepto, Ultramonta-*

nos

nos omnes fere Epiſcopos, & Archiepiſcopos, & Abbates, & totius ut ita dicam Italiæ Eccleſiarum paſtores accerſiri præcepit, quatenus ſancta ſynodali confabulatione firmata, pactum cum Imperatore Henrico poſitum perpetuo confirmaret &c. Epiſcopos tercentum fuiſſe adnotat Sugerius in vita Ludovici Regis, econtra Pandulphus numerum fortaſſe exagerans de Callixto hæc ſcripſit. *Illo anno nongentorum nonagintaſeptem Epiſcoporum, ſive Abbatum numero Laterani concilium celebravit, in quo regali ſtirpe progenitus fere jam deperditam mundo pacem reſtituit.*

Jesu Chr. an. 1123.

Murat. rer. Ital. tom. 3. p. 419.

2. Synodi acta conciliorum collectiones exhibent; Inter cætera canones viginti, & ultra ibidem ad eccleſiaſticam diſcliplinam inſtaurandam editi ſunt, ac primum ſimonia Presbyterorum, Diaconorum, & Subdiaconorum, cum mulieribus conturbenia prohibita, uti & conſanguineorum conjunctiones; Cautum præterea ne eccleſiaſticæ facultates ab laicis invaderentur, & ne oblationes diriperentur, ordinationes ab Burdino Antipapa factæ poſtquam damnatus fuerat, irritæ omnino declaratæ ſunt. Decretum rurſus ne ab Epiſcopis excommunicati ab aliis reciperentur, neque Epiſcopus ordinaretur, qui legittime electus non eſſet; Peccatorum remiſſio iis conceſſit, qui Hieroſolymitanum, vel Hiſpanicum iter, pugnaturi adverſus infideles ſuſcepiſſent, eorumque bona ſub Romanæ Eccleſiæ protectione, & tutela ſuſcepta anathematis pœna iis confixa, qui treguam frangerent, cautum item ne quis falſam monetam cuderet, vel expenderet, moleſtiamque iis inferret, qui Romam pergerent, vel ad loca religioſa. Reliqua apud Labbeum videri poterunt.

Lateranenſis Concilii geſta, & canones.
Labb. to. 10. p. 896.

3: Illud vero minime prætermittendum veterem de præeminentia inter Ravennatenſem, & Mediolanenſem Archiepiſcopos quæſtionem ibidem agitatam fuiſſe teſte Landulpho a Sancto Paulo, qui concilio præſens fuit. *Verumtamen illo Olrico Archiepiſcopo* (Mediolanenſi) *ſedente in Roma tunc cum Papa Callixtus Synodum Romæ celebravit: ego ab Eccleſia mea exturbatus, & propriis meis rebus, & allodiis expoliatus, coram Domino Papa Callixto, ejuſque Curia conſedente in Lateranenſi Palatio, cauſam meam notavi; & ut eam explicarem in Synodo, Synodum intravi. In qua Synodo gratia antiquæ honeſtatis Mediolanenſis Eccleſiæ, & condiſcipulatus Olrici, valde in perturbatione condolui, quam* Ra-

Contentio inter Archiepiſcop. Ravennat., & Mediolan.
Murat. rer. Ital. tom. 5. cap. 26. pag. 506.

Jesu Chr. An. 1123.

Ravennas Archiepiſcopus faciebat ſibi: Poſcebat enim Ravennas locum ſedendi in Synodo ad dexteram Apoſtolici, nullo mediante quem locum Groſſulanus poſſedit, quando reſtitutus fuit; Jordanuſque qui Groſſulano ſucceſſit, eumdem locum habuit tunc, quando idem Groſſulanus eumdem Jordanum deponere ſtuduit. Hac itaque ratione, & multis aliis, quæ tunc in memoria non habebantur. Dominus Olricus Mediolanenſis Archiepiſcopus locum ille obtinere non dubitavit. Sed tamen ipſe Mediolanenſis Olricus, in ſecunda feria, qua incœpta & celebrata fuit Synodus loco vacante, neque in Palatio, neque in Synodo apparuit. Synodus vero in tertia feria non potuit, & idem Mediolanenſis Palatio non intravit. Sed in quarta feria dum Synodus celebrata fuit, Olricus idem Mediolanenſis Archiepiſcopus ad dexteram Apoſtolici Callixti nullo mediante ſedit. Poſt aliqua interpoſita pergit iſte Hiſtoricus: *Ego expectans, alterum diem convenientem meæ cauſæ meæque querelæ ex improviſo vidi & audivi, quod Dominus Papa gratia conſecrandi Altare diſſolvit Synodum in ipſa die Mercurii, nec ultra ab eo Synodum celebrari audivi, nec vidi; ſed ſperans in Domino præſenti, quod Dominus Olricus Mediolanenſis Archiepiſcopus, prout moris, & legis conſuetudo exigit, pro Rege Henrico oravit, & ei Ramos Palmarum per Landrienſem Thealdum Mediolanenſis Eccleſiæ egregium Notarium in Germaniam miſit.* Palmarum ramos ad Henricum miſit, ſignum obſignatæ pacis erant.

Summa geſtorum in Concilio Lateran.

4. Concilii Lateranenſis ſummam geſtorum his verbis loco ſupracitato exhibet Fulco. *Ordinato itaque concilio tali ac tanto Apoſtolicus ipſe ſacramenti Privilegium, quod prædictus Imperator conſtituerat pacis, in conſpectu omnium qui convenerant, adduci, & legi præcepit: Continuo ab omnibus confirmatum eſt, & commendatum. Inter cætera vero, quæ ibi ſtatuta ſunt, treguam Dei tenendam poſuerunt. Item vinculis anathematis alligavit Apoſtolicus ipſe, ſi quis Beneventanam Civitatem ex Beati Petri poteſtate auferre tentaret, & alia multa quæ huic opuſculo affigere longum viſum nobis eſt: excogitans quidem me faſtidia addere, ſi libello tali univerſa componerem &c.*

Quæſtio inter Piſanos,

5. Altera in eodem Concilio de Eccleſiis Corſicæ quæſtio agitata eſt, cum etenim eas Gelaſius ſecundus Archiepiſcopo Piſano ſubjeciſſet; gravis inde inter Piſanos, & Januen-

nuenſes contentio atroxque bellum exortum fuerat, ut pluribus Annales Piſani, & Caffarus in Annalibus Genuenſium narrant: de geſtis autem in Lateranenſi Concilio, cui Caffarus adfuit, hæc inter cætera adnotat: *iſto anno Callixtus Papa ſecundus Romæ in Lateranenſi Eccleſia Sancti Joannis Synodum fecit, & Januenses, & Pisanos ad Synodum propter discordiam eorum vocavit, ibique pluribus diebus lite Corſicæ conſecrationis a Cardinalibus, & ab Epiſcopis, & Archiepiscopis diu inter eos rationata, & non concordata &c.* In tanta opinionum varietate, Callixtus duodecim Archiepiſcopis, totidemque Epiſcopis eam cauſam commiſit, qui rem attentius examinarent, ſententiamque dicerent; ii vero rationum momentis hinc inde perpenſis, coram Synodo Callixto dixerunt: *Domine nos non ſumus auſi dare ſententiam coram te, ſed dabimus tibi conſilium obtinens vim ſententiæ. Conſilium meum, & ſociorum tale eſt, ut Archiepiscopus Pisanus deinceps Corſicanas conſecrationes dimittat, & ulterius de illis non ſe intromittat.* Papa vero audito conſilio ſurrexit, & dixit: *Archiepiscopi, & Episcopi, Abbates, Cardinales, placet omnibus vobis hoc conſilium?* Qui ſurrexerunt, & tribus vicibus dixerunt: *Placet: Placet: Placet*: Et Papa dixit: *& ego ex parte Dei, & Beati Petri, & mea laudo, & confirmo, & mane pleno Concilio cum omnibus vobis iterum laudabo, & confirmabo.* Archiepiſcopus vero Piſanus inter alios Epiſcopos ſedens, hoc audito, mitram, & annulum ad pedes Domini Papæ projecit, & irato animo dixit: *Ulterius tuus Archiepiscopus, & Episcopus non ero.* Papa illico annulum, & mithram cum pede longe projecit, & dixit. *Frater male feciſti, & deinde pœnitentiam procul dubio facies.* Mane autem veniente Papa in pleno Concilio Corſicanæ conſecrationis ſententiam dari præcepit, & Gregorius Diaconus Sancti Angeli, qui poſtea fuit Papa Innocentius, ſententiam dedit, ſicut ſcripta eſt in Privilegiis Januenſium. Sententia lata, *ſtatim Pisani a Romana Curia ſine licentia receſſerunt. Januenſes vero cum licentia Romanæ Curiæ, & cum triumpho & gloria, Januam venerunt, & parlamento pleno privilegia, & omnia, quæ in Synodo geſta fuerunt; ſicut vidit, & audivit in Synodo, & poſt Synodum pro ſervitio civitatis ſuæ moratus fuit, & quæ geſta ſunt, honeſte, & ſapienter tractavit*; hactenus is au-

Jesu Chr. an. 1123.

Quæſtio de Eccleſiis Corſicæ agitata.

Murat. rer. Ital tom. 6. p. 255.

JESU CHR. AN. 1123.

ctor, deinde diuturnum bellum inter Piſanos, & Genuenſes geſtum deſcribit, in quo idem ipſe Caffarus cum conſul eſſet, triremium ducatum geſſit, ut ibidem videre eſt, ſicque terreſtres ac navales Chriſtianorum copiæ, quæ maximo uſui ad bellum in Orientem inferendum fuiſſent, ad Chriſtianorum clades converſæ ſunt.

Balduinus a Turcis captus res Chriſtianorum afflictæ.

Geſta Dei per Francos p. 332.

6. Hoc quippe tempore Chriſtianorum res in Oriente afflictæ, ac pene deſperatæ erant; nam ut narrat Fulcherius Carnotenſis, qui in Palæſtina tunc erat, hoc anno *contigit Balduinum Regem Hieroſolymorum capi Balac enim, qui antea Gozelinum, Galeranumque cœperat, hunc etiam non bene providum, ſed imparatum comprehendit, quo nihil Paganis jucundius, nihil Chriſtianis horribilius &c.*, quo nuncio accepto, chriſtiani perterriti, Euſtachium virum probum, & honeſtum Præceptorem eleggerunt, ut durante Balduini captivitate, res eorum gubernaret; Balduinum Edeſſæ captum, & Carras deductum in arcta cuſtodia detentum fuiſſe narrat Gulielmus Tyrius.

Gulielm. Tyr. lib. 11 c. 19. 20. p. 826.

Veneti auxilium Chriſtianis præbent.

Murat. rer. Ital. tom. 12. Danduli Chr. c. 12. p. 269.

7. In tanta rerum perturbatione, & antequam etiam Balduinus a Balaac Turco caperetur, *ad Papam Callixtum, & Ducem Venetiarum*; Michaelem nomine, *Antiochenus, & Hieroſolymorum Patriarchæ, & Balduinus ſecundus Rex Hieruſalem legatos miſere petentes, ut ſicut neceſſitas exigebat, eis provideret, & auxilia neceſſaria ferrent*, ait Dandalus in chronico, quibus acceptis Callixtus Ducem excitavit, & Crucis Vexillum eidem miſit; Michael autem Chriſtianorum neceſſitatibus compatiens, & Regem in captivitate detinere audiens convocato Venetorum conſilio, ad auxilia ferenda eoſdem excitavit, *& ducentum inter Galeas, & Naves bellicas, & onerarias parari decernitur*; & ut proſequitur auctor, claſſe Auguſto menſe educta feliciterque in Orientem delata, *Joppem Babylonicam claſſe ſeptuaginta galearum, & plurium navigiorum invaſit, & in conflictum poſuit, occiſoque eorum Capitaneo, aquæ, & aeris elementa præ nimio cruore corrupta ſunt &c.* Celeberrimam victoriam ſtylo ſuo proſequuti ſunt Fulcherius, Gulielmus Tyrius, Bernardus Theſaurarius aliique, qua adepta victoria immenſam ſibi laudem Veneti promeruerunt, plurimiſque privilegiis aucti, & remunerati ſunt, ut ſcilicet omnimodam commercii libertatem obtinerent; *In omni Civitate quam caperent*, ait Dandalus, *Veneti unam*

Chriſtianorum victoriæ ac Tyrium occupant.

unam rugam francam, (ideſt vicum unum ad habitandum) ait Muratorius *habeant Eccleſiam, balneum, clibanum, menſuras etiam bladi, vini, & olei, quæ omnia libera ſint, ſicuti propria Regis &c.* Quæ omnia in ſcriptis ſigillo, & juramento Prælatorum, & Baronum confirmata ſunt, ea etiam addita conditione, ut eadem pacta Balduinus liberatus de carcere confirmaret, alioquin Regno privaretur: diploma Principum Palæſtinæ in gratiam Venetorum datum exhibet Guglielmus Tyrius in fine lib. 12. hiſt. Hieroſolymorum, atque hoc anno ante, & poſt captivitatem Balduini geſta, fuſiori adhuc ſtylo Bernardus theſaurarius exponit, ac Tyrum munitiſſimam urbem ab Turcarum poteſtate eripuiſſe narrat, cujus tertiam partem Venetis tradiderunt.

Murat. rer. Ital. to.7. De aquiſit. terræ ſanctæ cap.115. & seqq.

8. Quo tempore claſſem Veneti adverſus Turcas in Orientem eduxerunt, in Dalmatiam primum; *ad obſidendum Corphu, qui pro Imperatore Conſtantinopolitano tenebatur, eorum claſſis acceſſit*, ait Dandulus in chronico; nam is ob tantam Venetorum felicitatem, invidia exardeſcens, aut ſibi timens, in eorum perniciem conſpiraverat. Quare Venetiarum Dux Dalmatiam ingreſſus ultraque progreſſus, ac ubique victor exiſtens, uno aut altero ab hinc anno effecit, *ut tandem Auguſtus*, ſeu Joannes Comnenus, *ad cor rediens*, ait Dandulus, *Ducem requireret, ut ſibi legatos mitteret pollicens Cryſobotium Veneticum plenius ſolito condonare, ideoque Dux annuens per ſuos nuncios oblata obtinuit, & fœdus reintegratum fuit.*

Venetorum pax cum Jo. Comneno. *Murat. to.12 p.270.*

9. Hoc etiam tempore Joannes Comnenus Imperator pace cum Venetis inita Schytas in Traciam excurrentes, inſigni victoria proſtravit, ut narrat Nicetas Croniata; qua victoria adepta cum Conſtantinopolim rediiſſet, ſe B. Mariæ Virginis ope victorem rediiſſe teſtatus eſt, ait auctor ac *Bizantium reverſus* triumphum indicit, & currum auro gemmiſque ornatum pararij juſſit, in quo Beatæ Virginis imaginem poſuit; ipſe vero Crucem deferens pedibus comitabatur, ut pluribus narrat Nicetas.

Joannis Comneni de Schytis victoria, & triumphus

10. Inter cætera Lateranenſis Concilii decreta, peccatorum remiſſio iis promiſſa eſt, qui vel in Oriente adverſus Turcas, in Hiſpania adverſus Saracenos Cruce ſuſcepta arma detuliſſent; Utque Hiſpaniæ Principes efficacius excitarentur, concilio ſoluto litteras Callixtus Papa ad eoſdem dedit, ut tan-

Oldegarius Tarracon. Episc. Apoſt. Sedis legatus creatur.

Jesu Chr. An. 1123.

tantum urgeret opus Oldegario Tarraconenſi Epiſcopo vices ſuas ſe delegaſſe narrat; *Quia exercitum veſtrum*, ait Pontifex, *per nos ut deſideraremus, viſitare nequimus, chariſſimum fratrem noſtrum Oldegarium Tarraconenſem Archiepiscopum, ad ipſum ex latere noſtro delegare curavimus, noſtras ei vices in hoc ſpecialiter committentes, ut ipſius conſilio, & diſpoſitione corrigenda corrigantur, & confirmanda, cooperante Domino confirmentur. Si quæ vero dubia in exercitu eodem emerſerint, ipſius experientia terminentur*. In fine legitur: *Dat. Laterano* 4. *Non. Aprilis*, paucis ſcilicet diebus poſt celebratum Concilium. Callixti litteras ex Archivio Barcinonenſis Eccleſiæ Diagus vulgavit, ac in vita Oldegarii Bollandus edidit, indeque in noviſſimam conciliorum editionem inſertæ ſunt.

Bolland. die 6. Martii. Labb. to. 21. noviss. edit. Venetæ.

Oldegarii ſollicitudo in rebus Eccleſiæ ſuæ amplificandis. *Order. hiſt. lib. 13.*

11. Quanta cum ſollicitudine legationem ſibi ab Callixto Papa delegatam exceptus fuerit Oldegarius, Ordericus hujus temporis auctor narrat *Terracona Metropolitana Sedes erat, & Oldericus*, ſeu Oldegarius, *eruditiſſimus ſenex Archiepiſcopus florebat, & in vicis, burgisque Diœceſis ſuæ officium ſibi injunctum exercebat*. Eccleſiamque ſuam ab ſæculari vexatione, & exactione immunem, atque Ethnicorum, ſeu Saracenorum ſuperſtitione liberam reddidiſſe addit.

Villelmus Cantuar. Archiep. ordinatur. *Older. hiſt. lib. 12.*

12. Cum Rodulphus Cantuarienſis Archiepiſcopus uti ex Eadmero adnotavimus, anno proximo 1122. obiiſſet *Villelmus Corbulienſis Canonicus Regularis poſt aliquot annos ſucceſſit*, ait Oldericus, ac addit. *Ecce antiquus mos pro invidia, qua Clerici contra Monachos urebantur, depravatus eſt*, ac adnotat ab Auguſtino Anglorum Apoſtolo, *omnes exinde usque ad Rodulphum Dorobherniæ Archiepiscopum, præter Fregeardum, & Odam, atque Stigaudum fuerunt Monachi*. Frigeardus tamen cum ante ordinationem obiiſſet, inter Cantuarienſes Epiſcopos numeratus non fuit. Oda vero, poſtquam anteceſſores ſuos Monachos fuiſſe comperit; *libenter, & devote* ait auctor, *habitum mutavit, & religioſus Monachus, & Archipræſul usque ad mortem Deo militavit*. Stigaudus vero Emmæ Reginæ capellanus nec pallium habuit, quin ſynodi judicio, *clarescentibus culpis depoſitus eſt*, ac tandem *Angli Monachos, quia per eos ad Deum converſi ſunt indeſinenter diligentes honoraverunt, ipſique Clerici reverenter, & benigne ſibi Monachos præferri gaviſi ſunt, Nunc*

autem

autem mores, & leges mutatæ ſunt, & Clerici ut Monachos confutent, & conculcent, Clericos extollunt. Hæc Oldericus in Neuſtria Monachus.

JESU CHRISTI an. 1124. Honorii II. Papæ an. 1. Henrici Imp. 14. Joannis Comneni Imp. 7.

Callixti Papæ epiſtolæ ad Ottonem Bambergenſem Episc. *Labb. to.*10. *p.*831.

1. Duæ adhuc Callixti Papæ epiſtolæ ad Ottonem Bambergenſem Epiſcopum datæ ſunt, harum prima ab eodem Ottone rogatus, ut poſſeſſiones quæ idem, vel anteceſſores ſui Monaſteriis, vel Eccleſiæ Bambergenſi contulerant Apoſtolica auctoritate confirmaret, *in Beati Petri ejusque Eccleſiæ Romanæ protectione ſuscipimus*, ait Pontifex, cunctaque iis tum ab eodem, cum a quolibet alio donata, *firma eis, & illibata Domino auctore permaneant*, ſubdit, eademque Monaſteria in Bambergenſis Sedis poteſtate ſubjicit, epiſtola altera Bambergenſi Eccleſiæ incolumitati conſuluit; *Ea propter nos tuis juſtis poſtulationibus annuentes, Manſos, qui Episcopalis menſæ tuæ ſervitio dediti ſunt in eodem ſtatu, in quo bene a te diſpoſiti cognoscuntur, futuris temporibus permanere, præſentis ſcripti noſtri confirmatione ſancimus: ſtatuentes, ut nulli ſucceſſorum tuorum, vel alicui hominum liceat eos vendere, ſive in laicorum beneficium tradere, vel in uſus alios commutare. Sed ſicut a te diſpoſitus eſt, de unoquoque prædictorum Manſorum denarius unus annis ſingulis Bambergenſi Eccleſiæ pro anima Imperatoris Henrici fundatoris ejus, ad concinnanda luminaria conferatur. Abbatias vero, & regulares Canonicas per induſtriam tuam in religionis ordine ſtabilitas, & alia a te recte conſtituta, nulli hominum facultas ſit in poſterum immutare. Si quis autem contra hanc confirmationem venire temerario auſu præſumpſerit, excommunicationis vinculo ſubjacebit. Data Laterani, Idib: April. Indict.* 2., ideſt hoc anno, quo indictio ſecunda in curſu erat.

Otto Bambergenſis Episc. Pomeranorum Apoſtolus dicitur.

2. Hic porro tantus vir Otto plurium monaſteriorum fundator, aut reſtaurator, & monaſticæ diſciplinæ aliquando addictus, & Bambergenſis Eccleſiæ Epiſcopus, olim ab Paſchali ſecundo Pontifice ordinatus, cum inſignia pietatis undique indicia dediſſet, ut Mabillonius paſſim in Annalibus ſui ordinis, & auctor vitæ ejus narrant, hoc tempore cum

Jesu Chr. an. 1124.

' apud Caniſium tom. 2. antiq. lect.

Boleſlaus Poloniæ Dux Pomeranorum gentem armis devictam ſibi ſubjeciſſet, ea conditione iis pacem dederat, ut liberam ibidem Chriſtianæ Religionis prædicandæ facultatem darent, in quam rem litteras ad Ottonem Boleſlaus ſcripſit apprime cognitus erat, ut tantum opus ſuſciperet; *Quia in diebus juventutis tuæ*, ait Boleſlaus Dux, *apud patrem meum decentiſſima te honeſtate converſatum memini, & nunc quoque Dominus tecum eſt, firmans te, & benedicens tibi in omnibus viis tuis: ſi tuæ non diſplicet dignitati, veteres tecum renovare amicitias, tuoque conſilio ſimul & auxilio uti, ad Dei gloriam promerendam, ipſius gratia coadjuvante* cupimus. *Noſti enim, ut arbitror, quomodo Pomeranorum cruda barbarie, non mea quidem, ſed Dei virtute humiliata, ſocietati Eccleſiæ, per Baptiſmi lavacrum ſe admitti petunt. Sed ecce per triennium laboro, quod nullum Episcoporum, vel Sacerdotum idoneorum, mihive affinium ad hoc opus inducere queo. Unde quia tua ſanctitas ad omne plus bonum prompta, & indefeſſa prædicatur: rogamus pater amantiſſime, non te pigeat, noſtro comitante ſervitio, pro Dei gloria, tuæque beatitudinis incremento id laboris aſſumere. Sed & ego tuæ paternitatis devotus famulus impenſas omnes, & ſocios itinerum, & linguæ interpretes, & coadiutores presbyteros, & quæcumque neceſſaria fuerint, præbeo: tu tantum, ſanctiſſime Pater, venire dignare.* Hactenus Ducis ad Ottonem epiſtola de Apoſtolatu ad Pomeranos ſuſcipiendo.

Boleslai Duc. eloſ. epiſt. ad Ottonem Epiſcop.

Otto Bamberg. Episc. poteſtatem Evangelij prædicandi obtinet.

3. Ut injunctum ſibi Apoſtolici miniſterii opus, Otto ſuſcepit, ab Callixto Papa, ait Uſpergenſis evangelium iis gentibus prædicandi poteſtatem obtinuit. *Anno Domini Incarnat*, 1124. *Indict.* 2., *Callixto Papa II. Romanæ Sedi præſidente, Otto Dei gratia Bambergenſis Eccleſiæ Epiſcopus, divino admonitus inſtinctu, prædicti Apoſtolici auctoritate, & aſſenſu roboratus, partes Pomeranorum paganorum cum quibusdam civitatibus terræ Lutitiæ aggreſſus eſt, ut eos ab errore ſuo revocaret, & ad viam veritatis, & ad agnitionem Filii Dei perduceret, quos non ſolum catholicam fidem tenere docuit, ſed etiam in ſacris Eccleſiæ ritibus retinendis docuit*, ut pluribus narrat Uſpergenſis Abbas.

Callixti ſecundi Papæ elogium, & obitus.

4. Interea Callixtus Papa ſecundus, non ſolum nobilitate generis, utpote Regia ſtirpe genitus, ſed præcipue rebus in orbe geſtis, cui pacem reddiderat, & in urbe deſtructis

ctis factioſorum molitionibus ſecuram reddiderat, multiſque auxerat, illuſtris,ut ex Pandulpho Piſano, & Cardinali de Aragonia, patet, Callixtus, inquam, cum copioſam Cardinalium Presbyterorum, Diaconorum, & Subdiaconorum ordinationem feciſſet, quorum nomina, & titulos Pandulphus refert, exactis in Pontificatu annis quinque, menſibus decem, diebus decem, aut duodecim; *Cum jam Chriſtus in mentibus fidelium naſcebatur*, ait idem Pandulphus, ſeu tempus Adventus adveniſſet, *dum febris inopina proveniens Papam repente conſumit, & caput nobis omnibus in ſolo Papa cecidit, nec mora confeſſus, & ordinatus*, ſeu potius inunctus oleo infirmorum, *omnibus ululatibus obdormivit in Domino, & ſic pacis pater cum ipsa pace recedit. Sepultus eſt Laterani juxta Dominum Papam Paſchalem in feſtivitate Sanctæ Luciæ Virginis; Et iterum. Defunctus eſt in eadem pace Eccleſiæ, quam ipſemet Domino auxiliante fecerat* 14. *Kalend. Januarii, & in Lateranenſi Eccleſia honorifice tumulatus*, ait Card. de Aragonia. Fulco etiam Beneventanus; *Eodem anno* 1124. *ſupramemoratus Papa Callixtus duodecimo die ſtante*, ſeu intrante, *menſis Decembris migravit ad Dominum*.

Jesu Chr. An. 1124.

Pag. not. 7. 8. 9.

Murat. to. 3. *p.* 420.

tom. 5. *pag.* 101.

5. Callixto autem mortuo, Honorius ſecundus *natione Æmilienſis, patria Bononienſis, qui & Lambertus Epiſcopus Oſtienſis dicebatur ſucceſſit*, ait Cardinalis de Aragonia in ejus vita; at ſubdit. *Hic electus eſt ſub contentione cum Tebaldo Buccapecu Presbytero Cardinali tituli Sanctæ Anaſtaſiæ*, Anno Incarnat. Domini 1125. ab Kalend. Septembris incœptæ. *Sed quia electio ipſius Honorii minus canonice proceſſerat, poſt ſeptem dies in conſpectu Fratrum ſponte mithram, & mantum refutavit, atque depoſuit. Fratres vero, tam Episcopi, quam Presbyteri, & Diaconi Cardinales, videntes ipſius humilitatem, & proſpicientes in poſterum, ne in Romanam Eccleſiam aliquam inducerent novitatem, quod perperam factum fuerat, in melius reformarunt, & eumdem Honorium denuo advocantes, ad ejus veſtigia prociderunt, & tamquam Paſtori ſuo, & univerſali Papæ conſuetam ſibi obedientiam exhibuere*. Qua ratione minus canonica fuerit Honorii electio, ut eamdem confirmari opus fuerit, Landulphus Piſanus his verbis refert; *Religioſæ memoriæ Callixto Papa defuncto, omnes Patres de Curia Cardinales, & alii præſertim vero Petrus Leonis, & Leo Frangipanis pariter con-*

Honorius 2. Rom. Pontifex eligitur.

Murat. to. 3. *p.* 432.

Jesu Chr. An. 1124.

condixerunt, ut uſque ad diem tertium una ſimul juxta ſcita ſacrorum canonum pertractarent, interim de electione nulla mentio haberetur. Hoc idcirco potiſſimum Leo Frangipanis condixerat, at infra datum ſpatium, quod de Lamberto diutius cogitaverat, aliquando quiete perficeret: nam totus populus Saxonem Anagnium Sancti Stephani in Monte Cœlio Cardinalem Papam fieri petebat: quos ut deciperet idem Leo Frangipanis, itidem velle ſimulabat. In ſero autem præſenti idem Leo per nuntios unumquemque ſeorſum de capellanis Cardinalium præmonet, ut mane ſummo diluculo cum pluviali rubeo ſub cappa nigra venirent, & ita non ignorante domino, eumdem ſuum dominum introducerent: Iſtud vero propter hoc ingenium adinvenit, quatenus ſingulos pro accipiendo de manibus ejus Papatu attentiores redderet, & ſic ſaltem abſque timore veniret: etenim quod eſt factum Gelaſio, recordantes, convenire timebant: Tandem in craſtinam ita illeciti Papam facturi conveniunt ad Beati Joannis Baſilicam, & in Eccleſiæ Oratorium, quod Sancti Pancratii dicitur, intrarunt. Ubi poſt aliquot verba, Jonathas Sanctorum Coſmæ, & Damiani Diaconus Cardinalis, collaudantibus omnibus, ipſo etiam Domino Lamberto Epiſcopo, Theobaldum Cardinalem Presbyterum Sanctæ Anaſtaſiæ cappa rubea induit, & Cœleſtinum appellat, ut cœlitus miſſum; non patitur Cœleſtinus (ego neſcio cur aliquandiu noluerit). Incœptum eſt Te Deum laudamus, cani gaudenter, Lamberto Epiſcopo Oſtienſe pariter nobiscum canente. Non tamen dimidiato adhuc, Robertus impius Frangipanis verti fecit in luctum citharam. Etenim ipſe cum quibuſdam conſentaneis ſuis, & aliquibus de Curia Lambertum Oſtienſem Epiſcopum Papam acclamarunt. Deinde in Simiis, quæ ante Oratorium Beati Silveſtri ſitæ ſunt, ſine mora eum compoſuerunt. Unde licet maxima diſcordia, & tumultus emergeret, tamen poſtea pacificatis omnibus, & ad concordiam reductis, Lambertus Cardinalis Oſtienſis in Honorium Papam ſublimatur: Hucuſque Pandulphus. Ita plane ſicut ſumma laude dignus eſt habitus Theobaldus, qui electus noluit conſentire, ita parum ſuæ æſtimationi conſuluit Lambertus Oſtienſis Epiſcopus, qui poſt Theobaldi electionem ſe eligi, & Pontificalibus veſtibus indui paſſus eſt.

Tumultus in electione Honorii Papæ

6. Eademque fere de Callixti Papæ obitu, & Honorii electione ad hunc annum narrat Gulielmus Tyrius; Uſpergenſis

ſis vero Abbas, Gualterium Ravennatem Archiepiſcopum, virum, *omni religionis teſtimonio ſatis commendatum*, ab Romanorum plurimis in Pontificem expoſtulatum fuiſſe ſcribit. Hæc de Honorii electione in Romanum Pontificem deſinente hoc anno, ſeu die 21. Decembris ut adnotat Pagius, de cujus geſtis infra ſermo fiet.

Guliel. Tyr. lib. 13. pag. 842.

Concilia in Galliis celebrata.

7. Dum adhuc Callixtus Papa viveret, Petrus Leonis ejuſdem Pontificis in Galliis legatus, concilia plurima ibidem celebravit, de quibus hæc ſummatim auctor chronici Malleacenſis ad hunc annum. *Fuit Concilium Carnuti &c: fuitque aliud Clermundo, & aliud Belvago, alterum quoque Viennæ*; quid tamen geſtum in iis fuerit penitus ignoratur, eum acta perierint, Carnotenſi, & Bellovacenſi Petrum Leonis, ſeu filium Leonis Cardinalem legatum, præfuiſſe narrat chronographus Mauriniacenſis, qui de eodem Petro Leone, qui poſtea ſub Anacleti nomine Antipapa fuit, addit, eum origine Hebræum fuiſſe, cujus avus Leo Neophitus fuerat; unde is auctor, *fuit hic Petrus Petri filius, filii Leonis, Leo vero a judaiſmo Paſcha faciens*; ideſt ad Chriſtianam religionem tranſiens; *a Leone baptizari, & ejus nomine meruit inſigniri*, quem etiam Hebræum origine dicit Arnulphus Sagienſis Archidiaconus, Epiſcopus poſtea Sexovienſis in tractatu de ſchiſmate tunc orto, & ab Petro Leone excitato, ubi Natalium infamiam, geſtorumque pluribus deſcribit, de quibus infra.

De Petri Leonis genere, & ſtudiis.

Murat. rer. Ital. tom. 3. p. 423. seqq.

8. Hoc etiam anno ut narrat Simeon Dunelmenſis, Fulco Comes Andegavenſium, *aliam filiam ſuam dedit uxorem Villelmo filio Roberti Comitis Nortmannorum fratris Regis* (nempe Henrici Regis Angliæ, qui Robertum fratrem Nortmanniæ Comitem captivum tenebat) *promittens juveni auxilium, ut quacumque in parte paterni honoris fieret hæres*. Poſt nuptias celebratas Guillelmus irruptiones in ditiones Henrici Regis fecit, earumque occaſione *gravibus Anglia eſt attrita exactionibus pecuniarum*, ſubdit Dunelmenſis, in quam rem extat Callixti ſecundi epiſtola ſeptimo kalend. Septembr. data Epiſcopis Galliæ, Laufrido ſcilicet Carnotenſi, Joanni Aurelianenſi, & Stephano Pariſienſi, qua eam cauſam *Joanni Presbytero Cardinali commiſimus finiendam*, ait, *qui poſt ſuſceptam idoneorum teſtium de parentela probationem, ubicumque Gulielmus filius Comitis Roberti fuerit, prohibuit*

Callixtus Papa nuptias Villelmi Comitis Normanni condemnat.

Simeon Dunelm. hiſtor. Reg. Angl.

Labb. to. 10. p. 851.

Jesu Chr. An. 1124.

officia celebrari, niſi utique ad datum ſe terminum conjugium idem diſſolverit, ac ut eamdem ſententiam a ſe confirmatam ſervandam juberent, Epiſcopos Callixtus admonet eo autem definente anno e vivis ſublato, cum ſucceſſiſſet Honorius ſecundus eandem ſententiam litteris ſuis Clero Turonenſi inſcriptis pridie Idus Aprilis anni proximi 1125. confirmavit, cum præcipue in Romanæ, & Apoſtolicæ Sedis contemptum, nuncios ab legato Apoſtolicæ Sedis ad Robertum miſſos, *in arcta cuſtodia per duas ſeptimanas tenuerit, barbas eorum, & capillos exuſſerit, & litteras in conſpectu hominum ſub diu cremare præſumpſit*; Mandatis tamen Pontificis paulo poſt Villelmus paruit, aliamque uxorem duxit, ut infra videbimus.

Labb. p. 10.

Chriſtianorum victoriæ in Oriente Tyrium occupant.

9. Graviſſimum interea in Palæſtina, & Syria inter Chriſtianos, & Turcas bellum vigebat, quo etſi Chriſtianorum vires proſtratæ viderentur, ac Balduinus Hieroſolymorum Rex captivus ab Turcis detineretur, nihilominus favente Deo, Venetorum claſſe erecti Chriſtiani, Tyrum occuparunt, & dato prætio Balduinus libertate adepta Hieroſolymam rediit, ut fuſiori ſtylo proſequitur Gulielmus Tyrius; Eademque habet Fulcherius Carnotenſis, ocularis teſtis; *Cum Natale Salvatoris tam in Betleem, quam in Hieruſalem, ut decuit celebremus, cui celebritati Dux Venetorum interfuit*, ait auctor, de Tyrio obſidenda conſilium inierunt, de quibus plura hinc inde geſta refert, tandem ſubdit. *Videns Rex Damaſci Turcos ſuos, & Saracenos qui erant in urbe circumcluſi, nullo modo poſſe de manibus noſtris evadere, maluit cum aliquo dedecore vivos ſuos redimere, quam mortuos plorare*; quare nonis Julii ſub certis conditionibus Tirienſem urbem Chriſtianis tradidit, paulopoſt ſubdit. *Favente Deo de Turcarum cuſtodia Hieroſolymorum Rex*, Balduinus ſcilicet, *quarto Kal. Septembris exiit, cum menſibus duodecim pauloque magis ſub eorum vinculis detentus eſſet &c.*

lib. 13. c. 1. ad 16.

Geſta Dei per Francos p. 336.

Hæretici Henriciani & Tanchelini in Galliis, & Belgio detecti, & condemnati.

10. Variis hæreſum monſtris, Gallicanam Eccleſiàm hoc ineunte ſæculo fœdatam fuiſſe ſcimus, quæ circumquaque temporis tractu, atque hoc eodem ineunte ſæculo pervagatæ ſunt, ex Gallia ſcilicet in Belgium, in Germaniam, ac in Italiam etiam illapſæ variis nominibus, ab eorum propagatoribus nuncupatæ Henriciana ſcilicet ab Henrico, Tancheliana ab Tanchelino, Petrobruſiana ab Petro de Bruis, qui earum

rum propagatores potius, ut diximus, quam auctores fuerunt; nam Manichæorum, Priſcillianiſtarum, & Paulinicianorum ſurculos eaſdem fuiſſe conſtat; Jam anno 1119. de Toloſana Synodo agentes adnotavimus, ibidem hæreticos damnatos fuiſſe, qui Dominici corporis, & ſanguinis ſacramentum, baptiſmum parvulorum, Sacerdotum ordinationes, & legitimas nuptias damnabant; Hi porro Henriciani in Galliis dicti ſunt, ab Henrico quodam, qui, Bernardo teſte, Lauſanam, Cenomanos, & Burdegalum erroribus ſuis, impietatibuſque fœdaverat; *Qoanta audivimus, & cognovimus mala*, ait ſanctus Abbas ad Comitem S. Ægidii, *quæ in Eccleſiis Dei fecit, & facit quotidie Henricus hæreticus &c.* Jesu Chr. An. 1124. epiſt. 241.

11. Hic porro Cenomanis primum detectus ab Hildeberto Cenomanenſi Epiſcopo ante annos aliquot damnatus fuerat, ut fuſiori ſtylo narrat auctor de geſtis Epiſcoporum Cenomanenſium in Hildeberto, ubi inter cætera hæc adnotat. *Per idem fere tempus in adjacentium finibus regionum ſurrexit quidam hypocrita, quem propria actio, mores perverſi, dogma deteſtabile ſcorpionibus, & parricidialibus dignum proteſtantur ſuppliciis, is enim ovium ſpoliis lupi rapacis rabiem occultam &c.* Matronas, pueroſque impuberes mente, & corpore corrupiſſe addit; Is porro cum Cenomanis eſſet, pœnitentiam pietatemque ſimulans ab Hildeberto blande, & devote exceptus eſt; *Et quamvis Romanum aſſumpſiſſet iter*, ſubdit auctor, *tamen inter cætera ſuis injunxit Archidiaconis, ut illi pſeudo eremitæ Henrico, hoc enim nomine vocabatur hæreticus, pacificum ingreſſum, & licentiam ſermocinandi ad populum permitterent*; cumque privatim, & publice hæreſis ſuæ venena ſparſiſſet, gravis inde contentio inter plebem, quæ ei favebat, & clerum, qui hæreſi adverſabatur, excitata eſt; quam vix Comes, & Optimates, ne in civile bellum evaderet, compreſſerunt, ut narrat auctor; Quamobrem Cenomanenſis Clerus, Epiſcopo abſente, in unum congregatus, *quia viva voce cum eo loqui non audebant*, ne plebem adverſum ſe concitarent, per litteras Henrico excommunicationis ſententiam denunciavit, & ne privatim, vel publice doceret, admonuit, unaque cum eo omnes complices fautores, & adjutores eadem excommunicationis ſententia mulctati ſunt; at vir impudens, plebis favore, & præſidio innixus, nec litteras recepit, ac cleri ſententiam ſprevit, quin & Henricus Cenomanis damnatus. *Mabill. Analecta to. 3.* Henricus a Clero Cenoman. excommunicatur.

Jesu Chr. An. 1124.

Cenomanis, *& apud S. Germanum, & S. Vincentium ſacrilegos agebat conventus, ubi dogmatizans novum dogma, quod fæminæ, quæ minus caſte vixerant, coram omnibus veſtes ſuas cum crinibus nudæ comburerent; nec quilibet amplius aurum, argentum, poſſeſſiones, ſponſalia cum uxore ſumeret; nec illi dotem conferret: ſed nudus nudam, debilis ægrotam, pauper duceret egenam; nec curarent ſive caſte, ſeu inceſte connubium ſortirentur. Dum ea, ſicut impoſterum dixerat, agerentur, illi quid ſingulæ haberent venuſtatis mirabatur, quæ cæteris candore excelleret, vel nitore corporis ſplendidior haberetur. Ex juſſu tamen illius plebis actio pendebat univerſa & affectus &c.*, atque in omnem luxuriæ, libidiniſque ſpeciem pleroſque ibidem prolapſos fuiſſe addit, quæ ſilentio obvolvere præſtat.

Gildebertus Episc. Henricum confutat, indeque ejicit.

12 Interea Hildeberto ab Romano itinere Cenomanos reverſus, *in caſtrum Sancti Karileſii Henricus ſucceſſit, ibique & in locis circumpoſitis morabatur, nequaquam ab incœpto deſiſtens, ſed quotidie ad quæque peſſima innovatus, ita ut in die Pentecoſtes domum militis cujusdam ingreſſus, ibi cum matrona domus in thalamo luxorioſe tota die uſque ad meridiem immoratur*; Hildeberto vero Cenomanis suburbia ingreſſo, plebs Cenomanenſis ab hæretico ſeducta, quærelas ſuas adverſus Clerum detulit, eo quod Henrico, ejuſque dogmatibus adverſaretur, patienter tamen Epiſcopus hæc audiens plebem demulcere conatus, Deum interea deprecans *ut plebis errorem compeſceret; & paucis evolutis diebus.* ſequitur auctor, ſeductorem adiit, & ejus impietatem *divina auctoritate continuit; indeque abire coegit; plebem tamen Henricus ſic ſibi illexerat, quod vix adhuc memoria illius & dilectio a cordibus eorum deleri valeat, vel depelli &c.* quem ſane diu eas Eccleſias turbaſſe ſupracitata Bernardi epiſtola, multos ab hinc annos ſcripta teſtatur; Hæc autem tunc primum adverſus Henricum dum adhuc Paſchalis Papa Romanam Eccleſiam regeret, geſta fuiſſe circa annum 1116. Clero Cenomanenſi ſententia adverſus Henricum tunc lata indicat. *Igitur ex auctoritate ſummæ, & individuæ Trinitatis, & totius orthodoxæ Eccleſiæ, & Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, & S. Petri Apoſtolorum Principis, & Vicarii ejus reverendi patris noſtri Paſchalis Papæ prohibemus &c.*

His

13. His fere ſimilia hujus ſæculi initio, dum Bruno Trevirenſem Eccleſiam regeret, contigerant, ut narrat auctor hiſtoriæ Trevirenſis, atque his ſe interfuiſſe addit. *Ivodii quod Treverica Diœceſis appendicium eſt, fuerunt eo tempore hæretici, qui ſubſtantiam panis, & vini, quæ in Altari per Sacerdotes benedicitur, in corpus Chriſti, & Sanguinem veraciter transmutari negabant, nec baptiſmi ſacramentum parvulis ad ſalutem proficere dicebant, & alia perplura profitebantur erronea, quæ memoriæ tradere nefas duxi; de his quatuor oblati ſunt ei*, ideſt Brunoni *Epiſcopo, quorum duo Presbyteri, reliqui vero duo erant laici*, quorum nomina ibidem auctor refert, eoſque fruſtra ut ad catholicam fidem redirent Brunonem adlaboraſſe addit, quæ ſane circa annum 1120. contigiſſe inde conjicimus, quod hæc inter ultima fere Brunonis geſta recenſet, deinde excommunicationem ab eodem in pervasores bonorum eccleſiaſticorum commemorans anno 1122: vulgatam, de ejuſdem obitu loquitur, in quo, & chronicon ſuum abſolvit; hoc vero eodem labente anno e vivis abjiſſe tradit Broverus.

JESU CHR. AN. 1124.

Iidem hæretici in Trevir. Diæcesi. *Dacher. spicil. tom. 2. p. 243.*

Annal. Trevir. to. 2.

14. Eodem impietatis luto inhoeſit hoc tempore Tanchelinus, quin fortaſſe Henricum præceſſit, de ejus obitu vera narrat Anſelmus Gemblacenſis in chronico ad annum 1115. *Tanchelinus hæreticus, qui Andoverpiam, Vualagram, & circumjacentes inſulas, & maritima loca in illis partibus multis hæreſibus infecerat, occiditur*; Is porro etſi laicus eſſet, tantæ tamen ſuperbiæ, & temeritatis fuit, ut non ſolum inſciis, & invitis Epiſcopis prædicandi officium exercere præſumeret, ſed etiam ſi fides Abaelardo habenda, eouſque proceſſit audaciæ, ut divinum neſcio quid ſe eſſe jactaret, de quo, & Petro de Bruis, hæc adnotavit; *Ad hæreticos venio, qui quanto domeſticiores, tanto pejores, civilibus bellis inquietare Eccleſiam non ceſſant. Atque ut ad noſtra veniamus tempora &c. Tanquelinus quidam laicus nuper in Flandria. Petrus Presbyter nuper in Provincia, ut ex multis aliquos in medium producamus. Quorum quidem alter, Tanquelinus ſcilicet, in tantam ſe erexit dementiam, ut ſe Dei filium vocitari atque decantari, & a ſeducto populo, ut dicitur, templum ædificari ſibi faceret. Alter vero ita fere omnem divinorum ſacrorum, & Eccleſiaſticæ doctrinæ inſtitutionem enervat, ut multos baptizari coegeret, & venerabile dominicæ ſignum*

De Tanchelini, & Petri de Bruis hæresi.

Abaillardi introduct. ad Theolog. lib. 2.

JESU CHR. AN. 1124.

ſignum Crucis removendum penitus cenſeret, atque Altaris ſacramentum nullatenus celebrandum eſſe adſtrueret.

Tachelini errores, ejusque obitus.

15. Cum igitur impurus, & inſanus hic vir, ſæculi hujus initio in Belgio, & Antuerpiæ præcipue hæreſis ſuæ venena ſparſiſſet; Burchardus Antuerpienſis Epiſcopus, cum Cleri ſui conſenſu ad zizaniam extirpandam Norbertum Præmonſtratenſium fundatorem cum aliquot ſuæ familiæ ſociis illuc evocavit, cui Monaſterium S. Michaelis conceſſit, de quibus hæc auctor chronici Roberto de Monte inſcripti ad hunc annum 1124. ubi de Norberto loquens adnotat. *In caſtro nihilominus Antuerpienſem Eccleſiam ordinandam hac de cauſa ſuſcepit. Oppidani caſtri illius a quodam hæretico Tandemo*, ſeu Tanchelino *ſeducti paulatim a fide & bonis moribus deſciverant, quia idem hæreticus nimiæ ſubtilitatis, cum tamen eſſet laicus, ſed multis etiam diſertis Clericis in ſermone acutior, ſacri ordinis miniſtros, & Epiſcopalem, ac Sacerdotalem gradum nihil eſſe dicebat, Corporis, & Sanguinis Chriſti perceptionem ſumentibus ad ſalutem prodeſſe negabat, & in pretioſo apparatu & veſtibus deauratis incedens, triplici funiculo crinibus intortis, verbis perſuaſibilibus, & conviviorum apparatibus ſuos, qui cum circiter tria millia armati, ſequebantur, illiciebat, & per eos in reſiſtentes ſibi cædibus ſæviebat, credebant ei, & reverebantur eum, intantum, ut aquam, in qua corpus laviſſet, biberent, & pro reliquiis aſportarent; cum tamen tantæ incontinentiæ, & impuritatis eſſet, ut filias in matrum præſentia, ſponſaſque maritis intuentibus corrumperet, & hoc opus ſpirituale eſſe aſſerebat, qui tandem per multos errores, & multas cædes, dum navigaret a quodam Presbytero percuſſus in cerebro occubuit &c.*

S. Norbertus Antuerpiam ad hæreſim extirpandam vocatur.

16. Cum ipſo tamen hæreſis ejus extincta non fuit, quare ſubdit auctor. *Sed nec poſt ejus mortem error ipſius tam facile extirpari potuit, propter quod a Clericis illius Eccleſiæ, cum aliquantis redditibus per manum Epiſcopi Norberto ordinanda datur &c.*, quo prædicante *compuncti viri, & mulieres corpus Dominicum, quod in ciſtis, & foraminibus*, (tamquam rem inutilem) *per decem annos, & amplius repoſuerant, attulerunt, & per ejus doctrinam ad ſanctam fidem reſcipuerunt*. Eadem confirmant Antuerpienſes Clerici in charta donationis Monaſterii Sancti Michaelis Norberto, hoc

hoc anno labente 1124. inſcripto. *Cum in diebus noſtris*, inquiunt, *quidam hæreticus Tanchelinus nomine in partibus noſtris adveniſſet, & venenoſo ſermone a fide, & a ſacramentis Eccleſiæ plurimos avertiſſet, hac de cauſa ut illa hæreſis, quæ provinciam noſtram occupaverat, funditus extingueretur*; Norbertum virum pietate, & doctrina ſpectabilem cum ſociis aliquot accerſiri curarunt, ut ibidem videre eſt, quorum diploma ex Mirto integrum refert Baronius hoc anno.

De Petro de Bruis, & Petrobruſianis

17. Dum hæc portenta Henricus in Galliis, in Belgio Tanchelinus diſſeminarent, eadem fere Petrus de Bruis in Provincia finitimiſque locis ſerebat, cui quinque hæreſum præcipua capita objicit Petrus Venerabilis Abbas Cluniacenſis, quod ſcilicet infantibus inutile eſſet baptiſma, unde quotquot poterant, rebaptizabant, 2. Templorum, Altariumque uſum reſpuebant, ac evertebant, 3. Imagines Crucis, cæteraſque tamquam ſuperſtitiones conſtringebant, 3. Miſſas publice, vel privatim celebrari prohibebant, 5. Preces etiam tum publicas, cum privatas pro vivis, vel defunctis Deo offerre, vel pſalmos, & hymnos in ejus laudem canere, ſicuti etiam jejunia frequentare, eleemoſynas dare, continentiam ſervare tamquam res inutiles ſpernebant. Hinc turbas undique exortas Eccleſiarum, Altariumque everſiones, depredationesque accidiſſe ſcimus, tantiſque malis ſcriptis ſuis occurrere viri doctrina, pietateque præſtantes Petrus Venerabilis, Sanctus Bernardus, aliique plurimi; Epiſcopi vero hæreſum monſtris ſynodali auctoritate reſiſtere curarunt, ut infra non ſemel adnotaturi ſumus; ipſis vero deſinente jam ſæculo ſucceſſere Valdenſes, ex quibus Lutherani, & Calviniſtæ quodammodo prodierunt.

S. Malachias Epiſc. ordinatur.

17. Dum Belgii, omneſque pene Galliarum Eccleſiæ, ob invectas hæreſes in ſumma perturbatione eſſent; Hiberniæ inſula, quæ hactenus inculta jacuerat, ac tamquam ſylva vepribus ſpiniſqueplena, vinea Domini, ob Malachiæ ordinationem in Epiſcopum Conneterenſem effecta eſt, ut in ejus vita narrat S. Bernardus; Malachias porro anno 1094. in Hibernia natus, monaſticam vitam in Banchorienſi Monaſterio ſecutus, ab Machano Epiſcopo primum Diaconus, deinde *Sacerdos ordinatus eſt, annos natus, quaſi vigintiquinque*, ait Bernardus, & contra ſtatuta canonum factum fuiſſe adnotat,

donan-

Jesu Chr. an. 1124.

donandum tamen tum zelo ordinatoris, tum meritis ordinati. Hoc autem anno, cum trigeſimum pene ætatis ſuæ attigiſſet, invitus pene Cannoteieti Epiſcopus ordinatus fuit, in quam Eccleſiam, & pene in totam Hiberniam, ex ejus ordinatione quot bona derivaverint, hiſce inter cætera idem Bernardus memorat; *Siquidem ceſſit duritia, quivit barbaries, & domus exaſperans paulatim leniri cœpit, paulatim correctionem admittere, recipere diſciplinam. Fiunt de medio barbaricæ leges, Romanæ introducuntur, recipiuntur ubique eccleſiaſticæ conſuetudines, contrariæ rejiciuntur. Reædificantur Baſilicæ, ordinatur Clerus in illis, ſacramentorum rite ſolemnia celebrantur, confeſſiones fiunt, ad Eccleſiam conveniunt plebes, concubinatus honeſtat celebritas nuptiarum. Poſtremo, ſic mutata in melius omnia, ut hodie illi genti conveniat, quod Dominus per Prophetam dicit: Qui ante non populus meus, nunc populus meus.* Hæc Bernardus de Hibernorum Eccleſia. Quomodo autem accenſa ſemel lux crevit uſque ad perfectum diem, ſuis locis dicetur inferius pro temporis ratione.

Bernardi op. tom. 2. vita Malachiæ.

David Alexandro fratri succedit in Scotiæ Regno.

19. Macholmo tertio Scotiæ Rege anno 1093. occiſo, quo etiam anno Margareta ejus uxor obierat, tres eorum filii Eadgarus, Alexander, & David in Scotia regnarunt, ſed Eadgarus ante annum 1097. thronum Regium conſcendere non potuit, quo menſe Januario anni 1107., ut habet Simeon Dunelmenſis in Hiſt. de Geſt: Angl., decedente, *Alexander* frater Regnum ſuſcepit, illudque ad præſentem uſque annum adminiſtravit, Monaſteriorum ædificatione, aliiſque pietatis operibus clarus. Hoc vero anno, ut ſcribit Simeon Dunelmenſis, *obiit vi. Kal. Maii, cum regnaſſet xviii. annis & tribus menſibus cui frater ejus David ſuccedens, regnum, quod frater ſuus laborioſiſſime tenuit, mox ille ſine contradictione ſuſceptum quaqua verſum inclinum ſibi & quietum tenuit.* Loco tamen *xviii. annis*, legendum *xvii. annis*; certum enim cum Eadgaro fratri menſe Januario anni 1107. ſucceſſiſſet, & præſenti vitam clauſiſſe, ut ex duratione Davidis innoteſcit, ait Pagius not. 22.

Henricus Imp. bellum Ludovico indicit. re infecta recedit

20. Hoc etiam anno, *ante Domini Papæ Callixti deceſſum*, ait Sugerius, *Imperator Henricus collecto longo animi rancore contra Dominum Regem Ludovicum, eo quod in Regno ejus Remis in Concilio Domini Callixti anathemate innodatus fue-*

fuerat, exercitum quantumcumque poteſt Lotharingiorum, Alemanorum, Bojariorum, Svevorum, & Saxonum, licet eis infeſtaretur, colligit, ac alio tendere ſimulans, Remorum urbem ex improviſo capere cupiebat; at cum ei Ludovicus ad bellum paratus occurriſſet, re infecta, *ab inutili propoſito deſiſtit*, ait Chronographus ſub nomine Roberti de Monte, *atque menſe Auguſto hoc factum eſt*. Jesu Chr. an. 1125.

21. Ab anno 1126., quo Bellovacenſem ſecutus, Stephani Grandimontenſis Abbatis obitum narravit Baronius, ad labentem 1124. revocandum eſſe nos admonent, Pagius, & Mabillonius. Is porro Stephanus de Murebo dictus, Grandimontenſis ordinis inſtitutor, & primus Abbas cum pietate in tota Gallia celebraretur, ut narrat auctor vitæ ejus Geraldus ſeptimus prior generalis ejuſdem Ordinis *Excellentiſſimi quoque Cardinales Gregorius, & Petrus Leonis, inter quos poſtmodum de Papatu ſchisma fuit, cum in Gallia miſſi in partibus Lemovicinis legatione ſua fangerentur, ad hunc Dei famulum pariter convenerunt, & vivendi formam hanc a quo didiciſſet, & cur in loco tam ſterili maneret, diligenter inquirentes, verbaque prudentiæ, & humilitatis admirantes lætabundi receperunt. Octavo autem die ab eorum receſſu, nullo tamen adhuc dolore vexatus ab exteriori colloquio cœpit vacare, ſeque totum doctrinæ diſcipulorum, & orationi conferre, ſciens per Spiritum Sanctum, obitum ſuum appropinquare: tandemque doloribus oppreſſus accepta ſacra unctione atque viatico, feliciter reddidit Deo ſpiritum* octageſimo ætatis ſuæ anno, cum Diaconus tantum eſſet; ſexta feria ſexto Idus Febr. ut Gerardus adnotat, cujus ſanctitas cum ubique fulgeret, ex decreto Sac. Congr. Rituum, ejus nomen Martyrologio inſcriptum eſt anno 1696.

Stephani Grandimontensis Abbatis obitus. *Mabill. Annal. lib.* 74. *num.* 91. *Pag. not.* 5. *an.* 1116. *Bolland. die* 8. *Febr.*

JESU CHRISTI an. 1125. Honorii secundi an. 2. Lotharii Germaniæ, et Italiæ Regis I. Joannis Comneni Imp. 8.

1. *Anno Domini Incarnat.* 1125., *& primo Honorii Papæ, menſe Martio tertiæ Indictionis, undecima nocte menſis Octobris adveniente, novum terribileque Beneventi advenit prodigium* ait Fulco Beneventanus in chronico, ideſt terræmotus ingens, & inauditus, qui per circumvicina etiam oppida pervagatus eſt, *quo tempore præfatus Pontifex Honorius, qui*

Beneventum Terræmotu concutitur. *Murat. to.* 5. *p.* 101.

Jesu Chr. an. 1125.

tunc apud ſacrum palatium Beneventanum morabatur tanti terræmotus concuſſionem nocte illa perſentiens Cameram egreditur, & ad S. Joannis Baſilicam properavit, continuo terratenus proſternitur, & coram altari Salvatoris Dei miſericordiam lacrymis irrigantibus invocavit.

Honorius Papa Oderisio Abbati Caſinen. iraſcitur. *Chron Cariſinen. lib. 4. cap.83. 86. 88. 86.*

2. Eodem anno, altero ſcilicet ab ordinatione ſua, ideſt hoc labente *Papa Honorius urbem egrediens aſcendit ad hoc Monaſterium*, ait Petrus Diaconus, *atque a ſupradicto Abbate, Olderiſio, & fratribus honorifica ſatis proceſſione receptus, ſuper Altare Beati Benedicti Miſſam ſolemniter celebrans, ſero jam ad civitatem rediit*, in Sanctum Germanum; Ibi in plenario laicorum conventu eumdem Abbatem Papa Honorius evocavit, & enormi adverſus eum odio deſæviens, ingenti cum increpatione redarguit, militem illum non Abbatem lapidatorem, & prodigum ſubſtantiæ Monaſteriii eſſe inclamitans, ac confeſtim abiens *Beneventum perrexit*, ait auctor, *qui duabus de cauſis adverſus Oldericum Abbatem infenſo animo Honorium fuiſſe adnotat; prima quod dum adhuc Lambertus Hoſtienſis Epiſcopus eſſet, ad Monaſterium Caſinenſe adveniens eumdem Abbatem rogare cœpit, ut hoſpitium ſibi, & ſuis in Monaſterio Sanctæ Mariæ in Pallaria concederet, quemadmodum Leo prædeceſſor ſuus a parte noſtri Monaſterii habuerat, Abbas autem percipiens illum hoc ex jure ſui prædeceſſoris quærere, ſimulque præcavens, ne hac occaſione locum illum Eccleſia noſtra amitteret, id ſe agere poſſe negavit. Epiſcopus autem indignatione ſimul, & ira repletus, receſſit, læſionis, & contrarietatis, contra eumdem Abbatem tempus expectans*. His alteram cauſam addit: nam in Pontificem Honorius ordinatus *mandat noſtro Abbati navem Petri periclitari in fluctibus, monet uti ſubveniat, & pecuniæ ſubſidium mittat, proteſtans illos, qui ſe in tanto articulo adjuvarent, habiturum ut filios, qui non, ut privignos. Commotus ad talia Abbas fatetur quod ipſe, qui tunc de adjutorii ope ferenda pulſabatur, intereſſe debuiſſe electioni, ut qui particeps erat tribulationum, conſors eſſe deberet & conſiliorum. Interrogantibus Fratribus de prædicto Pontifice, cujus filius eſſet? Qualis, qualis, & quantus? Abbas reſpondit ignorare ſe cujus filius eſſet, unum tamen pro certo ſcire, quia plenus eſſet litteris a capite uſque ad pedes*. Hæc auctor, qui Abbatis Oderiſii geſta viribus excuſare conatur.

p.81.

cap.83.

Inte-

3. Interea Honorio a Benevento ad urbem reverſo *Adenulphus Comes lethali odio*, *eumdem Abbatem inſequens*, Pontificis æmulum eumdem fuiſſe dixit, ait Petrus, cui fidem Honorius præbens, Gregorium Terracinenſem Epiſcopum, Caſſinenſis Monaſterii olim monachum, Caſſinum miſit; Oderico jubens; ut Romam veniret, ac de his, quæ objiciebantur ſatisfaceret; Is tamen etſi tertio vocatus Romam ire renuit. Quamobrem quinta hebdomoda Quadrageſimæ in eum ut contumacem ſententiam tulit. Sed nihilominus in Sacro Palmarum die in contemptum Pontificis reſedit in cathedra, paſtorali virga decorus. His in eum magis magiſque commotus Honorius, die ſolemni Paſchatis, eum, ipſiuſque fautores a liminibus Eccleſiæ ſeparavit, prohibens; ne quis ei obediret, alioqui a ſacramentorum perceptione alienus efficeretur. At Abbas adverſus populum ei contradicentem, contrahere cœpit exercitum; ſed nequidquam profecit: laicorum enim, ſententiæ Pontificis Romani faventium, violentia foras extruditur, & in ejus locum Nicolaus Tuſculanus ejuſdem Monaſterii monachus decanus eligitur, contradicentibus ſenioribus, & literas ad Honorium Papam adverſus ejus electionem ſcribentibus. Sed antequam Nicolai electionem audiret Pontifex, ipſe Abbatem delegit, quem ſciret idoneum ad morum collapſorum reſtitutionem, ad quem ſuſcipiendum legat Caſſinum Gregorium Presbyterum Cardinalem tituli Sanctorum Apoſtolorum: hæc & alia fuſiori ſtylo idem Petrus Diaconus in Caſſinenſi chronico.

JESU CHR. AN. 1125.

Honorius Papa Oderiſium excommunicat, & deponit. *cap.*88.

4 Gravius adhuc in Cluniacenſi Monaſterio ſcandalum hoc anno exortum eſt, cui Pontius ejuſdem Monaſterii olim Abbas occaſionem, dedit, vel etiam ejusdem auctor fuit; is quippe, ut ſupra diximus abdicata Abbatia ad loca ſacra, ſeu in Palæſtinam tranſierat, ubi egregiam operam in bello adverſus Saracenos ſuſcepto preſtiterat, ac pro vexillo, Chriſti lanceam deferebat; Inde hoc anno reverſus, ubi Italiam attigit, Romam divertere nolens in Ravennatium partibus, hoc eſt in Epiſcopatu Treviſiano, ut Petrus Venerabilis ſcribit ſedem ſibi conſtituit; ibique monaſteriolo conſtructo, brevique in eodem tempore demoratus, Gallias repetiit. Explorata demum ejuſdem Petri Abbatis abſentia, qui tunc in Aquitaniæ ſecundæ partibus Cluniacenſibus negotiis vacabat, Cluniacum ſe nolle adire fingebat, ſed tamen ſenſim appropinquans, tandem quibuſdam fugi-

Pontius Abbas Cluniacenſe Monaſterium invadit, & diripit.

Jesu Chr. an. 1125. fugitivis, aliiſque ſatellitibus armatis ſtipatus, illuc de improviſo advolavit: tum refractis monaſterii portis, *venerabili ſane priore*, ſcilicet Bernardo-Groſſo, fratribuſque hac illac diſperſis, cum promiſcua illa armatorum multitudine, ipſis quoque mulieribus irruentibus, clauſtrum ſubit. Ingreſſus occupat ſtatim omnia; obvios quoſque minis terroribus, tormentis ſibi fidelitatis ſacramentum præſtare compellit; renuentes expellit, aut duro carceri mancipat. Mox convertit manum ad ſacra, aureas cruces, tabulaſque aurea candelabra, vaſa ſacra ipſoſque ſacros calices rapit, nec thecis, ſcriniiſque aureis, & argenteis, multarum Sanctorum reliquias continentibus parcit: quæ omnia conflat, & ex his pondus immenſum auri & argenti conficit, ac ſatellitibus ſuis diſtribuit. His protectus, circumpoſitas monaſterii villas, & caſtra invadit, & barbarico more religioſa quæque loca ſibi ſubdit, ignibus & ferro conſumit; rapinis denique ac cædibus vaſtat omnia. Conſumitur ab ipſo initio quadrageſimæ uſque ad Kalendas Octobris tota in ejuſmodi præliis æſtas, nec ſacris etiam diebus tantorum majorum calamitate reſpirare licebat. Manebant interim Bernardus prior & nobiles religioſi, magnique viri, ut Petrus loquitur, extra Cluniacum, ubi poterant, & in locis tutioribus ab his incurſibus ſe ſe viribus tuebantur; Goufredus vero prior monaſterii Voſienſis, coævus & ipſe, poſt alia de Pontio adnotata hæc ſubdit. *Biennii nondum tempore emenſo Pontius ab Hieroſolymis rediens, repetiit Cluniacum; ejus adventu cognito Petrus Abbas quoſdam in partes nonageſimus tertius ab Auguſto regnavit. Hic per omnia progeniem Imperatoris Henrici humiliavit, ut plane Dei judicio juſto, ſicut in libro Regum habes, ex peccatis ac prevaricatione patrum, ſemen ipſorum affligi videretur. Unde gravis diſſenſio regni, in multos annos protracta, plurimos in anima, & corpore periclitari fecit. Prædicti enim Fridericus, & Conradus juvenes, ſororii Henrici Imperatoris, dum ſe viderent opprimi, in quantum poterant, reniti conabantur*, unde vix per annum in Germania pax viguit, nam Fridericus cum fratre ſuo Corrado ſociatus, fratremque ſuum ab nonnullis Germaniæ Principibus adjutus Germaniæ Regem creavit. *Unde diſſoluto conventu*, Moguntiæ habito, ait Ordericus, *exercitus Friderici ſuper Lotharium irruit, ipſumque, & plurimos de partibus illius vulneravit, &*

terga

terga vertentes fugavit , & paulo poſt . *Per Conradum fratrem ſuum maximam poſtmodum guerram fecit* ; in qua Lotharium tandem prævaluiſſe addit; Lotharius vero Auguſto ineunte Moguntiæ electus, ſeu tertio kalend. Septembris, uti narrat Dodechinus Abbas in chronico; *Idibus Septembris Aquisgrani inunctus eſt* , Rex Germaniæ ſcilicet, nam Imperator ſeptennio poſt anno 1132. Romæ inauguratus fuit , ſed de his hactenus , quæ fuſiori ſtylo ab Orderico, Vitali,Gofredo Viterbienſi , aliiſque apud Eccardum narrantur .

JESU CHR. AN. 1125.

Londinense Concilium.

5. Imperatrix autem Henrici Angliæ Regis filia, *defuncto marito , amiſſis quibuſdam , quas in dotem acceperat , munitionibus ad patrem rediit in Normannia* , ait Simeon Dunelmenſis in hiſtoria Regum Angliæ , ac de Joanne in Angliam ab Honorio miſſo , deque Londinenſi concilio ibidem pro reſtauranda eccleſiaſtica diſciplina celebrato hæc ſubdit. *Joannis Cremenſis*; Presbyter Cardinalis Sancti Chriſogoni , *accepta ab Apoſtolico ſuper Britanniam legatione , cum diu in Normannia retentus eſſet a Rege tandem permiſſus in Angliam transvehitur , & ab Eccleſiis honorifice excipitur* , ibique hoc eodem anno , vel ſequenti concilium celebravit ; ad hunc legatum ſuum litteras dederat Honorius , idibus Aprilis in Laterano ſcriptas , quibus eum ad officium ſibi commiſſum ſancte exequendum excitat, eaſque Dunelmenſis recitat , loco ſupracitato , ſicuti & alias ejuſdem Pontificis omnibus tam Epiſcopis , quam laicis per Angliam conſtitutis *Laterani II. Idibus Aprilis datas* , quibus monet , & & præcipit, *ut eum tanquam Sancti Petri Vicarium reverenter ſuſcipiant* . Super Scotiæ quoque Regnum idem Joannes Legati ſuſcepit officium , ſcripſitque Honorius ad Davidem Scotorum Regem, cui rogando mandat, ut Epiſcopos terræ Suæ, *cum ab eo vocati fuerint ad Concilium ſuum faciat convenire.* Epiſtola data eſt *Laterani Ibid. Aprilis* : *Hac auctoritate Joannes prædictus*, ſubdit Dunelmenſis,*circumiens Angliam, etiam ad Regem Scotorum David pervenit apud fluvium Tuedam , qui Northymbriam & Loidam diſterminat , in loco qui Rochesburch nominatur. Ubi officio Legationis peracto,rediens apud Londoniam celebravit Concilium* , ait Simeon Dunelmenſis qui illud recitat , additque habitum *anno xx. Henrici Anglorum Regis,menſe Septembris nona die ejusdem menſis, & anno ab Incarn. Dom.* 1126. *ſeceſſit ad tempus Bernardus interim Abbas , qui fuit quondam San-*

Labb. Concil. to. 10. pag. 912. Vilkin. Conc. Britans to. p. 406.

Honorii Papæ epiſt. ad Joannem legatum in Anglia, ad Epiſcop. ad Regem Scotiæ. *Pag. not. 1. 2.*

Jesu Chr. An. 1125.

Pag. not. 2.

Sancti Martialis, portas Monaſterii contra Pontium clauſit, quia partibus Petri favebat. Et ecce pars major irruit Monachorum, Pontiumque ſuſcipiunt januis eſſractis, Rogerius de Magant (vel Maulant) *Monachus Sancti Martialis, & Bernardus Vicecomes quondam Combornenſis, tunc Monachus Cluniacenſis valde ſollicitabant animos cæterorum quatenus de peccatis* (alias pietatis) *Pontii recordarentur. Quid replicem cuncta? Tanto pondere debiti laboraverunt Cluniacenſes, ut multis Eccleſiæ theſauris exhauſtis aureo non pepercerint Crucifixo &c.* Oldericus autem Petro, & Gaufredo æqualis, factum enarrans Pontii culpam pro viribus minuit, ac cum animo pacifico Cluniacum perrexiſſe adnotat, quem cum Bernardus Prior excluſiſſet, tunc Nobiles, & oppidani, quos ſibi Pontius comitate, & liberalitate benevolos effecerat; eumdem illuc invitum pene armata manu introduxiſſe, ſuaque ſponte manaſterium retinente Pontio diripuiſſe; cui tamen cuncta mala ibidem patrata imputata ſunt, quibus ſane imprudentia, levitate, & temeritate ſua, dum illuc, invita monachorum parte maxima profectus eſt, cauſam dedit, ſchiſmate ibidem exorto. *Præſul Romanus*, ideſt Honorius Papa, *audiens iſta*, ad quem quærelæ delatæ fuerant, *accivit utrumque* ſubdit Goufredus *amboque venere* Pontius *Lemovicas veniens Abbatem ſecum ire rogavit*; Amlardus ab Cluniacenſibus miſſus, *Voſias veniens in octava Dei Genitricis ejuſdem nativitatis octavas ibidem inſtituit agi, aſſumptoque Ademaro Voſienſi Abbate* in urbem perrexit; de geſtis in hac cauſa anno ſequenti, de funeſto ſchiſmate ibidem exorto, ſeu potius luctuoſa tragœdia pluribus particeps, agit Petrus Venerabilis, ejuſdem tunc Monaſterii Abbas, horum præ cæteris, tum in libro de miraculis, cum in epiſtolis ſuis, eademque verſibus deſcripſit Petrus alter Pictavienſis dictus, qui ſparſam de Pontii ſanctitate famam, apud inſanam plebem deridet, & Petri Venerabilis patientiam celebrat.

Apud. Duchesne inter script. Nortman. Orderic. hiſt. lib. 12. pag. 870. seq.

lib. 2. cap. 12 13. biblioth. Cluniac. Dacher. tom.

Henrici Imp. obitus.

6. Henricus interea Remenſi obſidione fruſtra tentata, ut anno proximo diximus, in Germaniam reverſus, *decimo Kal. Junii diem extremum clauſit*, ait Uſpergenſis in chronico *cujus corpus more regio Spiram delatum eſt, & coram multitudine nobilium, & inferiorum clericorum, atque laicorum, juxta majorum ſuorum mauſulea honorifice conditum anno Regni ſui vigeſimo Imperii vero decimoquinto*; quorum mauſolea Spiræ ſe vidiſse Uſpergenſis narrat, & in mauſoleo hujus Henrici

rici hæc inſcripta legiſſe addit. *Henricus quintus, dictus junior Romanorum Imp. anno Domini Incarnat.* 1125., *decimo Kal. Auguſti obiit*, ideſt ibidem ſepultus eſt, ut adnotat Pagius; Cumque abſque liberis obiiſſet Henricus ex Germanorum ſtirpe, Germaniæ, & Italiæ Regnum, ac Imperium translatum eſt, ut mox dicturi ſumus.

Lotharius Germaniæ & Italiæ Rex creatur.

7. Eo itaque e vivis erepto eodem anno uti narrat, Ordericus Vitalis; *Lotharius Dux Saxonum generali plebis edicto intronizatus ſucceſſit*; opera præſertim, & induſtria Adalberti Moguntinenſis Epiſcopi, eodem auctore ibidem: Otto autem Friſingenſis de eadem electione agens hæc narrat. *Anno ab Incarnationis Domini* 1125., *defuncto absque hærede Henrico quinto, Principes Moguntiæ conveniunt*) in Feſto Sancti Bartholomæi, inquit Chronographus Hildesheimenſis) *ibique habito de ſucceſſore conſilio quatuor regni Optimates, Lotharius Dux Saxonum, Fridericus Dux Svevorum, Leopoldus Marchio Orientalis, & Carolus Comes Flandriæ ad Regnum deſignantur*; *Tandem Lotharius natione Saxo patre Gebohardo, voto omnium retinens valde, ac reclamans, ad regnum tractus, ſub præſentia Sedis Apoſtolicæ Legati*. Sed legendum 1125., & XXVI. Henrici Anglorum Regis, cum ibidem dicatur *congregatum eſſe Pontificatus Domini Papæ Honorii II. anno primo*. Eidem præfuit idem Legatus & interfuere Turſtinus Eboracenſis, & Villelmus Cantuarienſis Archiepiſcopi numero 20., & Abbates circiter XL. *cum innumera Cleri, & populi multitudine &c.*

Order. lib. 7. lib. 7. c. 17.

Canones concilii Londin. n. 17.

8. Canones pro corrigendis in clero, populoque pravis corruptelis conditi ſunt, juxta regulas, quas olim S. Anſelmus conſtituerat: decem & ſeptem editos fuiſſe narrant hiſtorici, verum illos haud diu ſervatos fuiſſe addit chronographus Saxo, qui concilium tribus diebus, ſeu ſeſſionibus diſtinctum fuiſſe refert, atque inprimis omnis ſimoniæ labes prohibita eſt; & ut clericorum ordinationes cum maxima cauthela fierent, cautumque ne clericus abſolute ordinaretur ideſt, niſi officio alicui, aut Eccleſiæ addictus eſſet, hinc canone ſexto, qui beneficia poſſidebant, ſi invitati ab Epiſcopo, ordinari recuſabant; beneficiis privantur, & ne beneficia hæreditaria fierent, canone quinto conſtitutum, & neque uni perſonæ diverſi honores eccleſiaſtici, ſeu beneficia tribuerentur can. 12. Presbyteris deinde mulierum contuber-

Jesu Chr. an. 1125.

tubernia vetantur, omnibuſque clericis uſuræ, & ne conſanguinei uſque ad gradum ſeptimum conjungerentur, prohibitum; de hoc concilio, & Joannis Cremenſis legatione in Angliam agens Henricus Hunſtidonenſis, eumdem legatum turpiſſimæ luxuriæ fœdatum fuiſſe ſcribit, quem recentiores alii Anglicanorum rerum ſcriptores Rogerius, & Matthæus Veſtmonaſterienſis, secuti ſunt; At hæc, ut adnotat Baronius, abſque ullo teſte, aut probatione legitima, utpote ab ſuſpectæ fidei ſcriptore prodita vix, ac ne vix quidem fidem merentur, ita ut in his diutius immorari jam pigeat, quod etiam etſi verum eſſet, nil tamen cauſæ præjudicat, aut Eccleſiæ ſanctitati, nec umquam Romam Eccleſia Miniſtros ſuos, aut etiam legatos vitiis carere dixit; ſciens, *quod univerſa vanitas ſit omnis homo vivens*.

Christianorum in Hispania victoriæ de Mauris.

Mariana hiſtor. Hiſpan. lib. 10. 14. 15.

Pagius ann. 1124., 25., &c.

9. Diuturnum interea bellum in Hiſpania cum Seracenis, ſeu Mauris tam ab Alphonſo Caſtellæ, quam ab altero Alphonſo Aragoniæ Regibus varia ſæpe fortuna, peragebatur. Certamina in annos ſingulos inita narrant Hiſpaniæ hiſtorici; atque ex his Mariana, & Pagius plura adnotant; Nobis ſat erit referre, quod cum Mauri Aragoniorum, & & Caſtellanorum viribus impares ſeſe viderent, acceptis ex Africa auxiliariis copiis, Alis Almovidarum Rege miſſis, Hiſpanos aggreſſi ſunt, at ii Francis in Hiſpaniam iterum revocatis, varias hinc inde Maurorum ſtrages ediderunt, urbeſque, & caſtella ab eorum poteſtate eripuerunt; Unde Maurorum in Hiſpania vires imminutæ ſunt; In ea expeditione a fratribus de Palmis Aragonios adjutos fuiſſe Odericus narrat; Hi horum nomine equites S. Sepulchri ab Oderico dignatos fuiſſe Pagius paulo ante Hoſpitaliorum equitum exemplo excitatus Alphonſus Aragoniæ Rex in belli ſocietatem alligaret, vocaverat, ut adverſus Mauros Valentiæ, Murciæque provincias tutarentur, Fratres da Palmis ideo dicti eo quod palmam veſtibus inſutam, & in vexillis deferrent, ut in hiſtoria Bearniæ lib. 5. cap. 21. adnotat de Marca, de quorum ortu progreſſu, & geſtis ſicuti & de victoriis ab Alphonſo Rege in Hiſpania habitis plura dabunt Jurita lib. 1. Annalium Joannes Martinez, & ſupracitatus de Marca.

JESU

JESU CHRISTI an. 1126. Honorii II. Papæ an. 3.
Lotharii Germaniæ, et Italiæ Regis 2.
Joannis Comneni Imp. 9.

1. Ut Caſſinenſium Monachorum turbas anno proximo excitatas componeret Honorius Papa Gregorium tituli Apoſtolorum Cardinalem, illuc miſerat, qui monachos ibidem congregatos hortatus eſt, ut in locum Orderiſii ob contumaciam excommunicati, Senioretum Capuani Monaſterii præpoſitum Abbatem ſibi eligerent; at cum jam ſibi, inſcio Pontifice, Abbatem elegiſſent, Nicolaum ſcilicet Tuſculanum; tunc alterum ſibi Abbatem eligere recuſarunt; itaque oratione Gregorius Cardinalis, ut tandem Pontificis voluntati ſeſe ſubjicerent, admonuit, ut Petrus Diaconus narrat; cumque interea Orderiſius, & Nicolaus de Præfectura Caſſinenſis monaſterii certarent, graveſque ea de cauſa diſſenſiones, direptioneſque agerentur, ut tot malis mederetur, ſcandalumque exortum ſopiret *Gregorius Cardinalis Nicolaum a regimine Caſſinenſis Abbatiæ ſequeſtravit, omneſque ei faventes vel adhærentes a liminaribus Eccleſiæ ſeparavit &c.* Tunc Caſſinenſes Monachi, qui eumdem Nicolaum pro theſauri Eccleſiaſtici dilapidatione, & terræ amiſſione valde exoſum habebant, eidem ad hoc Monaſterium venienti portas clauſerunt, ac Nuntios ad Papam Honorium deſtinantes, quæ geſſerant, per ordinem pandunt, ſe & Monaſterium in ejus poteſtate ex toto tradentes: Ille vero Matthæum Epiſcopum Albanenſem ad hoc Monaſterium direxit, Fratribus mandans, ut quem utilem ille, & idoneum tanto officio ex Romanæ Sedis auctoritate, ipſi abſque aliqua procraſtinatione eligerent &c.

> Ordericus Caſſin. Abbas deponitur.
>
> *Chron. Caſſin. lib. 4. c. 89.*
>
> *lib. 4. c. 93.*

2. Cumque illuc Matthæus Albanenſis Epiſcopus adveniſſet monachis congregatis eos interrogavit. *Si præceptis Apoſtolicis parere vellent; Se vero per omnia Romano Pontifici obedire velle dixerunt, et ſi quemcum Fratrum conſilio nominaſſet, Abbatem eligere promiſerunt. Quare Senioretum illis propoſuit eum ſinguli conſenſum prebuiſſent*; quarto Idus Julias in Abbatem elegerunt; Nonnulli tamen, ut auctor ſubdit, *& ex maxima parte timore ducti hoc ægre ferrent, ob hanc ſcilicet cauſam, quia tempore Decanatus ſui nimium auſterus, & rigidus in hujus Monaſterii*

> Senioretus Caſſin. Abbas electus, ab Honorio Papa conſecratur.
>
> *cap. 94.*

rii

Jesu Chr. an. 1126.

rii ordine extitiſſet, atque etiam ab Romana Eccleſia Abbas effectus eſſet. His geſtis, quæ ſane ad annum proximum pertinent; ſicuti, & hæc quæ addimus, ne iterum ad hæc redire cogamur; His, inquam, geſtis Honorius Papa Urbem egrediens, ad hoc Monaſterium venit, eaque idem Abbas primus in hac Eccleſia *Abbatiæ conſecrationem ſuſcepit*, a quo cum Honorius Papa fidelitatis juramentum exigeret, cumque id numquam factum fuiſſe reſpondiſſet; *ea ratione accepta Papa conticuit*; *exinde vero Pontifex ab hoc loco diſcedens Beneventum ingreſſus eſt*, ait ibidem Petrus Diaconus; ſicque pax & tranquillitas Caſſinenſi monaſterio, quantum temporis conditio ferebat, reſtituta eſt.

Pontius Cluniac. Abbas damnatur.

3. Quam pro Caſſinenſi monaſterii tranquillitate reſtituenda ſollicitudinem habuit Honorius Papa, eamdem pro Cluniacenſis Monaſterii pace revocanda, quam Pontius olim ibidem Abbas turbaverat, præſtitit. Romam quippe is vocatus, quo etiam de ſe ipſo hæc Petrus Diaconus quo tempore, & ſub quo Abbate Caſſinenſibus traditus fuerit, hæc narrat *anno Dom. Incarnat.* 1115., primo ætatis ſuæ luſtro a parentibus ſuis B. Benedicto oblatus, & jam a dicto Gerardo Abbate ſuſceptus &c. *habitu Sanctæ converſationis indutus, atque ab eodem Abbate per annos bis quatuor eruditus, vigeſimoprimo anno ætatis ſuæ ſcripſit ad Oderiſium ſecundum ſupradicti Gerardi ſucceſſorem, Paſſionem Beatiſſimi martyris &c.*, ac ſanctorum martyrum, vel confeſſorum vitas ab ſe conſcriptas ibidem recenſet, homilias etiam plurimas, & ſermones ſe ſcripſiſſe addit, deinde librum illuſtrium virorum Cœnobii Caſſinenſis ad Pandulphum Teanenſem Epiſcopum, atque alia opuſcula ſacra, & profana ab ſe edita ibidem commemorat, quem multæ eruditionis virum fuiſſe idem librorum ſuorum catalogus indicat, ſeque etiam tamquam Caſſinatium Apocryſarium ad Lotharium tertium Roman. Imperatorem miſſum fuiſſe, ab eoque multis honoribus auctum fuiſſe adnotat, ut ibidem videre eſt, ac uſque ad Pontificatum Alexandri tertii vitam produxiſſe creditur, ait Mabillonius tom. 6. p. 150. Etſi ob Sanctioreti electionem Caſſinenſi monaſterio pro temporis conditione aliqualis tranquillitas reſtituta fuiſſet, perfecta tamen, nec diutina fuit, nam ejus electioni in Abbatem nonnullos adverſatos fuiſſe adnotat Mabillonius, atque ex iis Petrum Diaconum Caſſinenſis chronici conti-

Mabill. Annal. lib. 75. to. 6. num. 4. p. 150.

continuatorem, quem deinde ejectum fuiſſe anno ætatis ſuæ 21. alicubi teſtatur, ad quem Ptolomæus ejus patruus, *de Julia ſtirpe progenitus, Romanorumque conſul excellentiſſimus, hæc ſcripſit; Relatum eſt noſtræ gloriæ, quod Sanctoretus emiſit te e Caſino; quapropter ſi ad nos reverti volueris, & patrem tuum, honeſte recipiam, & tibi cunctas Caſſinenſis Eccleſiæ baſilicas tradam*, & in altera epiſtola Gregorius Frater Ptolomæi, & Pater Petri Diaconi ad Ægidium ſcribens ajebat. *Tu autem me fratremque meum Ptolomæum derelinquens, comitibuſque mendicis adhærens, ad nos uſque in præſens reverſus non es; unde & tu egens effectus, & filius tuus de Caſino ejectus eſt &c.*, & ut ad ſe rediret, invitat: accuſatores ejus advenerant, ex his *jam dictus venerandus Matthæus*, ait Petrus Venerabilis Abbas, condicta die, ad ſynodum vocatus Pontius, ut adeſſet, & ut ſynodo ſatisfaceret rogatus, quippe qui ab Humberto Lugdunenſi Archiepiſcopo, & Apoſtolicæ Sedis Legato in ſynodo Lugdunenſi excommunicatus, *nec agere, nec judicium canonice ſubire poterat*, obſtinationi temeritatem addens, *reſpuit nec ſe ab aliquo viventium anathematis vinculo vinciri poſſe affirmat, ſolum eſſe Petrum in Cœlis, propter quem nulli hoc licere fatetur*. Quo reſponſo Pontifex cum Clero ſuo exaſperatus, eum ſchiſmaticum eſſe pronunciavit, ac ceteri qui cum eo venerant, interrogati ſunt *utrum quod ille nolebat, illi ſaltem ſatisfacere vellent, Qui ſtatim pro ejus imperio ſe paratos eſſe reſpondent*, & nudis pedibus tamquam pœnitentes ingreſſi, & reos ſe eſſe confitentes, protinus abſolvuntur, ſicque ad cauſam dicendam admiſſi ſunt; ex adverſo autem Matthæus Cluniacenſium cauſam peroravit, quibus auditis, conſilioque curiæ ſuæ cum Honorius exquiſiſſet, hanc ſententiam Portuenſis Epiſcopus Honorii nomine pronunciavit; *Pontium* ſcilicet *invaſorem ſacrilegum, ſchiſmaticum, excommunicatum ab omni eccleſiaſtico bonore vel officio ſancta Romana, & Apoſtolica Eccleſia in perpetuum deponit, & Cluniacum. Monachos, vel cuncta ad idem monaſterium pertinentia Abbati, qui in præſentiarum eſt, cui injuſte ſubtracta fuerant reſtituit*; Huic ſententiæ, qui hactenus Pontio ſociati fuerant, conſenſerunt, ſicque *velut in momento redintegrato Cluniacenſi corpore, tantus tamque diutinus malorum turbo ſedatur*, ait idem Venerabilis Petrus Abbas, ac ſubdit, elapſo

JESU CHR. AN. 1126.

Petrus Diaconus Caſſino ejicitur, ejus initia, & ſtudia.

lib. de mirac. 2. 13.

Sententia in Pontium lata.

Jesu Chr. an. 1126.

vix menſe cum paucis diebus, tum Pontium, quam ceteros Cluniacenſes monachos cum famulis ſuis, aeris Romæ intemperie vexatos obiiſſe.

Honorii Papæ epiſt. de Pontii obitu & ſepultura.

4. His addit Petrus epiſtolam ab Honorio Papa ſibi directam de Pontii obitu, & ſepultura; *Honorii &c. Petro Cluniacenſi Abati &c. Præterito menſe Decembri Pontius viam univerſæ carnis ingreſſus eſt, qui quamvis de malis Cluniaco illatis ſæpe commonitus, pœnitentiam agere noluerit, nos tamen pro reverentia ejusdem monaſterii, cujus monachus fuerat, eum honeſte ſepeliri fecimus. Data Laterani*. De hac Petri victoria gratulatorium carmen Petrus Pictavienſis edidit, ut in Cluniacenſi bibliotheca videre eſt, ac Pontii memoriæ inſultans, inter cætera ait: *Defendit Petrum, Petrus ab hoſte ſuum*.

Honorii Papæ epiſtolæ in cauſa Pontii ſcriptæ.

5. In eam cauſam ab Honorio Papa tum anno proximo, cum labenti litteras ſcripſiſſe ſcimus, quas in appendice ad tomum ſextum Annalium Ordinis S. Benedicti Edmundus Martene edidit, & novæ conciliorum editioni inſertæ ſunt. Prima ad omnes Galliæ Epiſcopos data eſt Laterani octavo Kal. Maii, qua eoſdem excitat, ut Pontium invaſorem coerceant, ac ſe Petrum Diaconum Cardinalem ea de cauſa in Gallias miſiſſe addit, ut excommunicationis ſententiam in eum prolatam confirmaret, ac ut Petrum Pontio ſubrogatum agnoſcerent, debitoque honore reciperent, epiſtola altera eadem die ſcripta Cluniacenſes Monachos, ſe Petrum miſiſſe admonet, & ne ullam cum Pontio tamquam excommunicato ſocietatem haberent, & ut Petro obedientiam, reverenriamque tamquam ipſorum Abbati exhiberent, jubet. Humbaldum Lugdunenſem Epiſcopum epiſtola altera ejuſdem diei excitat, ut Pontii temeritatem comprimat, & & in carcerem conjiciat; ſeque in ejus adjutorium Petrum Cardinalem miſiſſe addit: Honorii epiſtolas ſequitur formula ſententiæ excommunicationis in Pontium, & Pontianos ab Petro Cardinali lata, qua geſta hactenus in eadem cauſa exponit, quæ quidem omnia Honorius Papa diplomate ſuo, ſeu bulla confirmavit, eaque eamdem cauſam ex integro fere retractat, ac excommunicationis ſententiam in Pontium latam, ac Petrum Abbatem in Pontii ſucceſſorem electum confirmat, ut ibidem videre eſt, ac datum dicitur, *per manus Aimerici S. R. E. Diaconi Card. Cancellarii 13. Kal. Novembri*

Tom. 21.

vembris Indiƈt.3. anno Dom. Incarnat. 1126. *Pontificatus vero Domni Honorii II. Papæ ſecundo*.

Jesu Chr. an. 1126.

6. Inter Pontii accuſatores Matthæum fuiſſe Cluniacenſem monachum fuiſſe diximus, *qui cauſa definita redire cum ſociis ad propria feſtinabat*, ait Petrus Abbas, *ſed qui neſcientem vocaverat Deus, reditum impedivit, & quia ſuper pauca fidelis, eum ſuper multa, ut expertum diſpenſatorem promovit. Injungit ei cum honore nominandus Papa Honorius majoris honoris, & oneris paſtoralem curam, & cum labori ſuo ſocium adhibens in Epiſcopum Albanenſem conſecrat*, qua dignitate auƈtus, monaſticam vitæ auſteritatem in viƈtu, veſtitu, ſolitudine, & ſilentio retinuit, ita ut *quod plus nimio eſſet Monachus*, ei Honorius Papa, *velut improperabat*, ait Venerabilis Petrus, nam orationi diutius vacabat, & ſacrificium quotidie offerebat, ſubdit tamen *quia non ſolum ſimplex religioſa innocentia, ſed & prudens erat ſingulari ſapientia, mittebatur ſæpe a magiſtro ad diverſas partes orbis terrarum, & vices Apoſtolicas, in partem ab eo vocatus ſollicitudinis, prudenter adminiſtrabat*: Quarum prima illa fuit legatio ejus, cum mox (ut audiſti) ad conciliandos Caſſinates monachos ab eodem Pontifice miſſus, reque bene & ex ſententia geſta, ad ipſum Romam rediit.

Matthæus Cluniac. Monachus Card. & Episc. Albanensis creatur.

lib. de mirac. cap. 04.

7. Gravis jamdiu, diuturnaque contentio inter Cluniacenſes Monachos, & Ciſtercienſes de obſervantia regulæ Sanƈti Benediƈti, quam uterque ordo ſequi contendebat, agitabatur, de qua plures, non tam epiſtolas, quam traƈtatus, & apologias, pro ſua quiſque congregatione viri pietate, & doƈtrina præſtantiſſimi ediderunt, Bernardus ſcilicet Clarevallenſis, & Petrus Venerabilis Abbas Ciſtercienſis, quæ & quanta Ciſtercienſes Cluniacenſibus objicerent, de immoderato viƈtu, ſumptuoſis Monaſteriis, veſtitu amplo, vitaque molliori, ſicuti etiam quod nonnullos Cluniacenſes Monachos in ſuam congregationem blanditiis, promiſſiſque evocaſſent, ſupracitatæ epiſtolæ indicant. Cumque Robertum quemdam nepotem ſuum Cluniacenſes ex Claravalle profugum recepiſſent; gravibus litteris commotus eſt Bernardus; at Cluniacenſes Ciſtercienſibus objiciebant, quod cum eamdem Benediƈtinam regulam ſe profiteri gloriarentur, eoſdem tamen ritus cum reliquis Monachis nequaquam ſervarent, præſertim eo quod nigrum habitum in album mutaſſent, ut in ſupracitata epi-

Contentio de observātia regulæ Bened. inter Cluniacenses, & Cistercienses.

Bernardi ep. 229.

Petri Abb. epiſt. 28. lib. 3.

ſtola

JESU CHR. AN. 1126.

ſtola videre eſt, qua Cluniacenſium objectiones, criminationesque S. Bernardus diluere conatus eſt, Petrus vero Venerabilis objectas transgreſſiones ſibi, ſuiſque Cluniacenſibus ab Bernardo propoſitas tamquam Benedictinæ regulæ violatoribus capitibus totidem diluere curavit, ut ibidem videri poteſt, nobis adnotare ſat erit, quæſtionem inter tantos viros agitatam, non eo uſque proceſſiſſe, ut mutua ad invicem charitas violaretur, quam integram ad ultimum uſque ſpiritum inter eos ſervatam fuiſſe ſcimus, ac mutuæ hinc inde datæ, & acceptæ epiſtolæ teſtantur, idque præ cæteris conſtat ex epiſtola Petri ad Bernardum longo poſt tempore ſcripta, qua monachum ad ſe mitti petiit, *Cur ergo, mihi chariſſime*, ait Petrus, *unus ſaltem mihi per menſem non conceditur: cum ego Petrum, cum Robertum ſanguine proximos, cum Guarnerium, cum quoſdam alios, tractus amore tui, tibi non menſe uno, ſed perpetuo conceſſerim? Quot ego Abbates, quot monachos aliis, ne dicam alienis eccleſiis, litteris tuis, vel conſiliis victus conceſſi? Nec me pœnitet amico non ceſſiſſe, cui & adhuc in pluribus paratus ſum cedere &c.* Sic igitur inter duos ſanctiſſimos Abbates iſtos, ſuperſeminante antiquo hoſte zizania, tantum abeſt ut creverint ipſa uſque ad meſſem, ſed nec ſiverint ipſi ea in ſepem coaleſcere, quin continuo evulſam quamprimum aruerint.

Petri ep.36. lib.6.

Norbertus Magdeburgenſis Episc. ordinatur.

8. Cum egregiam in Tanchelini hæreſi confutanda, operam poſuiſſet Norbertus, ut anno proximo diximus, hoc eodem labente tamquam lucerna ardens & lucens ſuper candelabrum poſita, Magdeburgenſis Archiepiſcopus ordinatus eſt, ut in ejus vita, narrat Hugo, ac confirmat Dodechinus. Cum enim Rukerii obitu ea ſedes vacaret, ac in ſucceſſore eligendo electores diſſiderent, Lotharius Germaniæ Rex paſchali feſto Magdeburgi celebrato Spiram tranſivit, ubi cum Magdeburgienſis Eccleſiæ electores convenerunt, *communi Regis, & Eccleſiæ conſilio Domnum Norbertum virum religioſum, & omnibus Eccleſiis verbi Dei pronunciatorem exuberantiſſimum in Epiſcopum Deo proſequente unanimi pace, & concordia conſtituerunt*; ait auctor chronici Saxonici; Spiram vero tunc Norbertus advenerat, quia ut narrat Albericus, *ad partes Alemannorum ad accipiendam, & deducendam ſibi uxorem*, Mathildem ſcilicet, *filiam cujuſdam Ingelberti nobilis Marchionis Forojulienſis*, ſeu Carinthiæ,

Pag. not.16. art. 1227.

rinthiæ, ab Lothario Rege miſſus fuerat; communi itaque conſenſu electus, & ab Lothario confirmatus, ſeptimo Kal. Auguſti, in feſto S. Jacobi Apoſtoli ab Udone Citegenſi Epiſcopo ſolemni ritu ordinatus eſt, ait Mabillonius; Pagius vero decimoquinto Kal. Auguſti *cui pallium ab Honorio Papa dirigitur*, ait Chronographus Magdeburgenſis.

Bernard. ep. 1.

Cuno Abbas Ratisponen. Episc. ordinat.

9. Norberto vix impar fuit Cono Sigebergenſis Monaſterii prope Coloniam Abbas, qui hoc anno ad Sedem Ratiſponenſem evectus eſt, ait Ruitienſis Abbas, qui Cononem multis laudibus celebravit, his verbis narrat; *Ratiſponenſis Eccleſia paſtore ſuo viduata, paſtorem te, ideſt Pontificem ſibi elegit*; cum abſens, & remotus eſſet, & iterum *cum Clerus, & Populus in partes pro eligendo ſibi paſtore divideretur, fieretque periculoſa partium contentio, aliis hunc, aliis alium clamantibus jamque prope eſſet, ut ſeditione invaleſcente ad arma concurreretur, unus ſapientior cæteris, cujus cor Deus tetigit, repente tuum nomen in medium protulit; teque eligi conſuluit, & protinus totus illa partium motus conquievit, & in te unum, quæ diviſa fuerat unitas Eccleſiæ conceſſit &c*, Cujus adventum Ratiſponam in diebus Rogationum contigiſſe adnotat, quem Martino Turonenſi ſimillimum fuiſſe ei libros ſuos in Matthæum 13. idem Rupertus dicavit; Is porro cum per annos quatuor eam Eccleſiam rexiſſet, mortuus apud S. Emmeramnum ſepultus eſt.

Rubert. Aqq. in Mulleum lib. 11.

Gotofridus, & Otto Monachi.

10. Hoc etiam tempore ſeu anno 1126., vel 27., ut ait Pagius Godefridus Veſtfalus nobilibus ortus parentibus, una cum fratre ſuo Ottone S. Norbertum adiit, & uterque paulo poſt, mutato ſæculari habitu Regulam Beati Auguſtini ſub Norberto profeſſus eſt. *Vir Deo dignus Godifredus*, inquit Auctor Vitæ ejus, *conjugem ſuam Friderici Comitis Filiam, ſacrum ſumere velamen, adhortationibus piis ac ſalutaribus effecit*. Plura Godefridus Cœnobia condidit; inter quæ principem locum obtinet Cappenbergenſe in Veſtphalia ex quo diverſa alia, tamquam ex fonte prodierunt, ut fuſiori ſtylo auctor vitæ ejus anonymus narrat, quam Bollandus die 13. Januarii refert, ac Idibus Januarii, anno Dom. Incarnat. 1126. ætatis ſuæ trigeſimo ferme, ad Deum abiiſſe addit.

Cum

JESU CHR. AN. 1125.

AnſelmusMediolanen. Epiſc. ordinatur.

Landulph. hiſtor. Mediol. c.37.

Murat. rer. Ital. tom.5. p.408. ſeq.

11. Cum hoc anno, vel elapſo Olricus Mediolauenſis Archiepiſcopus obiiſſet, *Anſelmus de Poſterla a Presbytero Nazario Primicerio, & cæteris ordinario clericis ordinariis, & Epiſcopis Suffraganeis in Archiepiſcopum* electus eſt, ait Landulphus, quem in ſe ipſum non furioſum ut Jordanum, aut immemorem ut Olricum fuiſſe addit; quin cum eum adiiſſet, *me ut præeſſem ſuis Capellanis elegit*, ait is auctor; Is porro Epiſcopus ordinatus, *conſilium ſequutus quorumdam capellanorum, & Primicerii, Petri vero Terdonenſis Epiſcopi contra publicum interdictum cleri, & populi Mediolanenſis Romam ivit*, ut pallium ab Pontifice obtineret, quod egre Clerus, populuſque Mediolanenſis tulit, nam pallium eidem mittendum eſſe dicebant, ſicuti alias factum fuerat ab Gregorio Magno, ab Joanne ſecundo, ab Paſchali ſecundo, ut in hunc Gandulphi locum adnotat editor; hinc contentio iter Anſelmum, & Honorium Papam exorta eſt; Nam cum Romæ Anſelmus adeſſet; *Cum Papa Honorio, & Cardinalibus ejus multa contulit; & conferendo Eccleſiaſticas conſuetudines Ambroſianæ Eccleſiæ, & honores ejus Archiepiſcopatus, & urbibus vivis & bonis rationibus defendit. Unde ipſe Papa huic prudenti viro dixit; frater, meditatus, ut Epiſcopus veniſti: ſed ſi vis frui auctoritate Archiepiſcopi in temporibus meis, neceſſe eſt ut ſtolam ſuſcipias de manibus ejus; aut ſicut ego ſuſcepi, ad Altare Sancti Petri: Hinc domnus iſte Mediolanenſis Robaldum Albanenſem* (Epiſcopum Abbæ in Monte Ferraso) *adjuravit, ut ſibi contulcret. Tunc Robaldus ille Albenſis ſic ait, quod prius ſuſtineret naſum ſuum ſcindi uſque ad oculos, quam daret ſibi conſilium, ut ſuſciperet Romæ ſtolam, & Eccleſiæ Mediolanenſi præpararet hanc novam, & graviſſimam, quam Honorius Papa dicebat ſibi imponere menſuram; Mediolanum igitur iſte Anſelmus Archiepiſcopus ſine ſtola rediit*, ideſt ſine pallio, *& eumdem Albenſem Archiepiscopum reduxit, verumtamen Archiepiſcopalem ſedem non aſcendit*; nam etſi ordinatus eſſet, ne ſedem aſcenderet clerus, populuſque Mediolanenſis prohibuit, uſque dum Umbertus de Marignano, & Robaldus Epiſcopus teſtati ſunt eumdem nullæ Eccleſiæ Mediolanenſis imminutioni conſenſum præbuiſſe, iiſque tranſactis, *Anſelmus ſedem & Caſtella Archiepiſcopatus in beneplacito*

Contentio de pallio inter Honorium, et Anselmum Mediolanens. Episc.

placito Cleri, & Populi recuperavit, ait is auctor, qui alteram diſſidii cauſam paulopoſt inter ipſum, & Rom. Pontificem exortam commemorat, eo quod Corradum Italiæ Regem coronaverat, at de his infra. JESU CHR. AN. 1127.

JESU CHRITI AN. 1127. HONORII II. PAPÆ 4. LOTHARII GERM. ET ITALIÆ REGIS 3. JOANNIS COMNENI IMP. 10.

Gulielmus Apuliæ Dux obiit, cui Rugerius Siciliæ Dux ſucced.

1. *Anno Incarnat. Dominicæ* 1127. *prænominatus Gulielmus ſeptimo Kal. Auguſti mortuus eſt*, ait Falco Beneventanus in chronico, quo defuncto, uxor ejus detonſis crinibus, & ſuper defuncti corpus jactatis, ampliſſimum ejuſdem funus proſequuta eſt, ac in Eccleſia Sancti Matthæi delatus, *in tumba pretioſe parata ſepultus*, addit auctor, eademque fere ceteri coævi auctores Petrus Diaconus in chronico. Romualdus Salernitanus, & auctores vitæ Honorii Papæ, & Alexander Teleſinus Abbas, ac graves ibidem ob poſſeſſionem Ducatus Apuliæ ab Rogerio Siciliæ Comite cum Honorio Papa, turbas excitatas fuiſſe iidem auctores memorant, de quibus hæc ſummatim Petrus Diaconus; *defuncto itaque Duce, Gulielmo, Rogerius hæres, & filius quondam Rogerii Siciliæ Comitis fratris prædicti Roberti Guiſcardi Ducis Ducatum occupat, contra quem Apoſtolicus cum expeditione properat, demum facta concordia eidem confirmavit Ducatum*, anno sequenti, ut ibidem dicturi ſumus. Hæc autem in compendium expoſita ab auctore chronici Caſſinenſis fuſiori ſtylo ab Fulcone, Romualdo, & Alexandro narrantur, ac varias hinc inde velitationes magis, quam pugnas accidiſſe, varioſque tractatus initos referunt, ut apud citatos auctores, vel apud Pagium hoc, & ſequenti anno, qui integros ſcriptorum textus recitat, videre eſt; Nobis adnotare ſat erit, Rogerium audita Gulielmi morte cum exercitu ſtatim in Apuliam tranſiiſſe, ac Salernitanos primum promiſſis pollicitationibuſque ut eum ſponte reciperent, rogaſse, qui primum ſe id facturos negarunt, at poſtea, ut ſubdit Teleſinus Abbas, certis ſub conditionibus urbem ei tradiderunt; inter cetera turrim majorem in ſuam poteſtatem Salernitani. retinuerunt, Rogerius deinde totam Apuliam, in ſuam fidem cum Capuano, & Amalpuitano Comitibus, recepit, ut

Murat. to. 5. p. 122.

Tom. 4. lib. 4 cap. 96. to. 7. p. 184. to. 3. pag. 422. p. 609. to. 5.

Jesu Chr. An. 1127.

ut Fulco, Romualdus, & Alexander Teleſinus narrant.

Honorius Papa Rom. Eccleſiæ jura vindicat.

HonoriusRogerium excommunicat.

2. Cumque inſcio Rom. Pontifice, vel etiam invito Apuliam Rogerius invaſiſſet, ubi hæc novit Honorius Papa, *doluit valde*, ait Alexander, *atque ſine dilatione urbem egreſſus Beneventum properat, deinde Miſſarum celebrans ſolemnia, ipſum publica voce anathematis jaculo perculit, ſi Ducale culmen obtinere ulterius conaretur, vel quiſquis ei ad nanciſcendum conſilium, auxiliumque tribueret, cujus*, Ducatus, *inveſtitura* uti ſubdit Romualdus, *& dominium ſibi prædeceſſorum ſuorum jure legitimo pertinebat*; hinc factum, ut Comites nonnulli ab eo recederent; Rogerius vero *Salerni commorans, cum audiſſet quod Papa Beneventum veniſſet* (ſubdit Alexander), *atque in ſe excommunicationis intorſiſſet jaculum, miſit ad eum orans, ut non ab Eccleſia Dominatum, Ducalemque honorem generis jure ſibi competentem conſcendere prohiberetur. Nam & prout æquitas imperaret, de ejuſdem Ducatus culmine libenter ipſe obſecundaturus eſſet*. Falco vero; *præterea Domino Papæ Honorio munera multa auri, & argenti, pollicitando etiam urbem Trojanam, & Montem Fuſcum ut ducatus ejus vexillum, & nomen largiretur, quod nunquam tempore illo prædictus Papa Honorius ei concedere dignatus eſt*; Rogerius vero repulſam paſſus, *indignationem* Honorii *patienter ſuſtinens, miſit iterum atque iterum eum ſuſcipiens*, (ſeu rogans) *quod ſe habere decebat, non negaret*; Honorius tamen in ſua ſententia permanſit; Quare Rogerius ſuis poſtulationibus inflecti non poſſe videns, *fautoribus præcepit, quatenus, quot poſſent captivos perducerent Beneventanorum, & afflictionibus multis civitatem infeſtarent*; *Qui vere magis, quam fuerit eis injunctum executi ſunt*, ſeu graviora, quam Rogerius juſſerat, *damna Beneventanis intulere*; Nam Rogerius ne nimium Honorii animum exaſperaret, aut viribus ſuis diffidens, utpote *Vir eruditus, & ſapiens*, adnotat Romualdus, *pugnandi copiam eis præbere noluit, ſed in tutis, & munitis locis cum ſuo exercitu ſe recipiens, tamdiu eos inmorari fecit, quouſque affecti tædio, & neceſſitate compulſi, ſe dividerent, & unuſquiſque ad ſua remearet*; Unde Honorius Papa anno ſequenti pacis conſilia admittens. Apuliæ inveſtituram eidem tandem conceſſit, ut ibidem dicturi ſumus. Rogerius interea in Siciliam rediit, *ut quod humilibus verbis obtinere non*

Alex. Abbat. & Fulco Murat rer. It al. to. 5.

pote

poterat, armorum violentia revertens, adipiſceretur; Cujus abſceſſu cognito, Papa & ipſe Romam quantocius potuit, repetit, ut ſicuti in Siciliam bellum paraturus redierat Rogerius, ita Pontifex adverſus eum arma pararet. Jesu Chr. an. 1127.

3. Cumque in Apulia Honorius adhuc eſſet. *Trojanis civibus accitus* ſubdit Alexander; *eorum hominium flagitantibus ipſis accepit, ubi quidem univerſi Apuliæ ad ſe venientes Magnates adverſum Rogerium ita, eodem ſollicitante, fœdere ei uniuntur, ut non niſi aut illum penitus expellerent, aut in bello, ſi poſſent, de terra necando delerent, Ex quibus fuerunt Grimoalduus Brenſium Princeps, Eofridus Comes Andrenſis, Tancredus de Converſano, atque Rogerius Orianenſis Comes, aliique complures, quorum ſcilicet unanimitati, & Robertus Capuanorum Princeps ejuſdem Papa hortatu, Comitiſque Ranulphi inſligatione conſociatur. Beneventum deinde Honorius rediit ac Trojam Epiſcoporum celebrans Concilium Rogerium iterum, vel quemque qui ei ad adipiſcendum Ducatum conſenſum, ſeu opem collaturus eſſet ab Eccleſia excommunicando eliminavit*. Rogerius vero altera ad eum legatione miſſa ſuppliciter precatus eſt, ut anathematis ſententia remota, Ducalique ſibi dignitate conceſſa in ſuam gratiam reciperet; at Honorius in ſua ſenſu immobili mente perſeverans, nullatenus adquievit.

Honorius Papa Rogerium iterum excommunicat *cap.10.*

Murat. to.5.

4. Hoc labente anno Villelmus, ſeu Gullielmus Cantuarienſis Archiepiſcopus, & Apoſtolicæ Sedis in Anglia legatus Londini concilium celebravit, eique præfuit, ut Matthæus Paris, & Hovedenus narrant, in quo canones duodecim pro eccleſiaſtica diſciplina reſtituenda vulgati ſunt, quibus præſertim ſimoniam, & clericorum incontinentiam coercere Epiſcopi ibidem congregati conati ſunt. Hinc canone ſeptimo cautum eſt. *Concubinæ Presbyterorum, & Canonicorum niſi, ubi legitime nupſerint, extra parochiam expellantur. Quod ſi poſtea culpabiles inventæ fuerint, in cujuſcumque territorio ſint, a miniſtris Eccleſiæ capiantur. Et ſub excommunicatione præcipimus, ne ab aliqua poteſtate, minore, vel majore detineantur, ut libere eiſdem miniſtris eccleſiaſticæ diſciplinæ vel ſervituti* (Epiſcopali judicio) *mancipentur*. Hæc, & alia ibidem ſæpius renovata, & vix alicubi obſervata; Pluralitas etiam beneficiorum prohibita fuit, ac ne Abbatiſſæ pretioſis uterentur veſtibus, *ſed tantum Agninis, vel Cattinis*

Gulielmus Cantuar. Episc. Concilium Laudoniæ celebrat *Labb. to.10. p.919.*

Vilkins Concil. Brinan. to.1. p.410.

Jesu Chr. an. 1127.

cautum eſt; *Sedit autem* ibidem Archiepiſcopus, *tribus diebus, ideſt tertio Idus Maii, & die ſequenti, tertioque poſt hoc, qui fuit decimus ſeptimus Kal. Junii*, ait auctor, qui ſtatuta auctoritate quoque regia confirmata fuiſſe ſubdit.

Contentio inter Ludovicum Regem, & Stephanum Paris. Episc.

5. Gravis hoc tempore inter Ludovicum Francorum Regem, & Stephanum Pariſienſem Epiſcopum contentio exorta eſt, qua vigente cum Rex Epiſcopi, ſeu Eccleſiæ bona invaſiſſet, interdicto urbem Epiſcopus ſubjecerat; at Rex ad Honorium Papam confugiens, ab eo obtinuit, ut Epiſcopi ſententia irritaretur, quæ cum in Epiſcopalis dignitatis, & Eccleſiaſticæ libertatis contemptum ceſſiſſent, ac graviora inde diſſidia excitarentur, pro pace Eccleſiæ reſtituenda, tota Ciſtercenſium congregatio ſub Stephano Præſide collecta, tum etiam privatis ſuis litteris Bernardus Ludovicum Regem rogarunt, ut Episcopis Pariſienſi, & Senonenſi, qui utpote Pariſienſis Metropolis ejuſdem cauſam tuebatur, benevolentiam ſuam reſtitueret.

Ciſtercienſium Abbatum epiſt. ad Lud. Regem *epiſt*. 49.

6. *Rex Cœli, & terræ regnum vobis in terra donavit, donaturus & in cœlo, ſi id quod accepiſtis, juſte & ſapienter adminiſtrare ſtudueritis. Hoc eſt quod vobis optamus, & pro vobis oramus, ut & hic fideliter, & illic feliciter regnetis. Cæterum vos quoniam conſilio eiſdem noſtris pro vobis orationibus, quas ſi recolitis, olim tam humiliter requiſiſtis, modo tam acriter repugnatis? Qua enim jam fiducia manus pro vobis levare præſumimus ad Sponſam Eccleſiæ, quam ita ſine cauſa, ut putamus, auſu inconſulto contriſtatis? Gravem ſiquidem adverſum vos apud eumdem Sponſum & Dominum querimoniam deponit, dum quem acceperat defenſorem, ſuſtinet oppugnatorem. Attenditis jam cui ex hoc infenſum vos redditis? Non utique Epiſcopo Pariſienſi, ſed Domino Paradiſi, & quidem terribili, & ei qui aufert ſpiritum Principum. Ipſe quippe, qui ad Epiſcopos dicit: Qui vos ſpernit, me ſpernit intimare curavimus, monentes & rogantes per illam invicem amicitiam noſtram, & fraternitatem, cui vos ſatis dignanter ſociatis, ſed nunc ipſam graviter læſiſtis, quatenus a tanto malo citius deſiſtatis, alioquin ſi non meremur exaudiri, ſed contemnimur; & nos Fratres, & amici veſtri, & quotidie oramus pro vobis & filiis veſtris & regno: ex hoc jam noveritis parvitatem noſtram, in quibus valuerit, non poſſe deeſſe Eccleſiæ Dei, & miniſtro ejus, venerabili videlicet patri*

tri, & amico noſtro Epiſcopo Pariſienſi, qui noſtrum adverſus vos humilitatem interpellans, veſtras pro ſe ad Dominum Papam jure fraternitatis litteras requiſivit. Verum nos juſtum ducentes, his prius litteris veſtram excellentiam convenire, præſertim quia idem Epiſcopus per manum omnium religioſorum ſe ad juſtitiam offert, ſi tamen prius (quod quidem eadem ipſa juſtitia videtur exigere) res ei ſuæ injuſtæ ablatæ reſtituantur: ejus interim petitioni differendo ſuperſedimus. Et ſi quidem Deo inſpirante, placuerit vobis noſtris præcibus aurem inclinare, noſtro conſilio ſtudioque pacem cum Epiſcopo, immo cum Deo reformare; parati ſumus hujus rei gratia fatigari uſque ad vos, quocunque vobis placuerit. Sin autem; nos amicum audire, & Dei ſacerdoti obedire neceſſe eſt. Cum his litteris nihil monachi profeciſſent, ac Rex Henricum Senonenſem Epiſcopum, utpote Pariſienſis Metropolitanum, ſibique infenſum, eadem de cauſa perſequeretur, variiſque calumniis exagitaret, eumque nonnulli Eccleſiæ ſuæ Clerici, ut Regis gratiam captarent, variis criminibus inſimulaſſent ad Houorium Papam Senonenſis Epiſcopus confugit, & ejusdem cauſam, datis ad Honorium litteris Ciſtercienſes Abbates commendarunt.

Jesu Chr. an. 1127.

Bernardi epiſt. ad Honorium Papam. *epiſt.* 45. 47.

7. Stephanns ſcilicet Cluniacenſis, Hugo Pontincenſis, & Bernardus Clarevallenſis, *degentes in monaſteriis, ad quæ nos noſtra peccata compulerunt; non ceſſamus orare pro vobis, & pro commiſſa vobis Eccleſia Dei: congaudentes, & ſponſæ Domini ſuper tam fido cuſtode, & ſponſi amico ſuper labore tam fructuoſo. Fidenter proinde atque fideliter veſtræ paternitati ſuggerimus, quæ in regno noſtro eidem Matri noſtræ dolentes cernimus adverſari. Quantum quidem nos ſentimus qui vicini ſumus, Rex Loduvicus non tam Epiſcopos, quam in ipſis juſtitiæ perſequitur zelum, pietatis cultum, habitumque religionis. Quod veſtræ quoque prudentia ſanctitatis, vel ex eo facile advertere poteſt, quod qui ante in habitu, actuque ſæculari honorati ſunt ſublimes, judicati fideles, habiti familiares: modo inimici facti ſunt digne ſuo ſacerdotio converſantes, & per omnia honorificantes miniſterium ſuum. Hinc gravibus contumeliis atque injuriis Epiſcopi Pariſienſis innocentia pulſata eſt, ſed non quaſſata, quia Dominus ſuppoſuit manum ſuam, cum veſtram oppoſuit. Hinc & nunc domini hujus Senonenſis conſtantiam concutere, & labefactare conatur, ut Metropolitano*

JESU CHR. AN. 1127. *tano (quod abſit) ejecto, facile prout voluerit, graſſetur in ſuffraganeos*, ac ut totam cauſam apud ſe revocaret, poſtulant; *Alioquin* ſubdunt, *reduci cauſam in Regis præſentia atque potentia, non plane eſt aliud quam tradi, heu hominem in animam inimicorum ejus*. Hæc Abbates ad Honorium Papam, a quo cum nequaquam quod petierant, impetraſſent, has breviores litteras ad eumdem Pontificem Honorinm adjecere: *Oportebat quidem, ſi ita veſtræ viſum fuiſſet auctoritati, ut in veſtri præſentia cauſa domini Senonenſis diſcuteretur, ne infenſus videlicet Regi, in Regis præſentia & potentia ſuis pro ſe adverſariis reſponſurus: traditus homo videretur in animam inimicorum ejus. Sed quoniam ut tenendum irrefragabiliter quidquid præcipitis: ſic ſperandum indubitanter bonum de omni re quam decernitis: id ſolum a veſtra, Pater pietate depoſcit omnium qui apud nos eſſe videntur religioſorum humilitas, ut ſi ſe ad vultum forte potentis, ut aſſolet, ſenſerit prægravari: confugere ſibi liceat ad viſcera Patris: quod utique hactenus oppreſſo nemini negatum audivimus: Alioquin videat Joſeph vir juſtus, quid ſibi etiam nunc faciendum ſit de puero & matre ejus, quia etiam nunc in Senonenſi Provincia Chriſtus quæritur ad perdendum: Nam, ut quod verum eſt, manifeſtius proferamus, Rex in Archiepiſcopo ex eo aperte novam perſequi religionem dignoſcitur, quod eum in antiqua ſæculari converſatione, & habitu ſicut promoveri omnino voluit, ſic ab omni penitus ſecurum infeſtatione dimiſit*. Velabatur autem perſecutio iſta excitata in Senonenſem Arehiepiſcopum alio prætextu, nimirum, quod ſimoniace ordinatus fuisset,. Hæc Sanctus Bernardus.

Bernardi epiſtola ad Honorium Papam.

epiſt.46. 47.

8. His alteras ad ipſum Honorium litteras Bernardus ſuo, & Hugonis Pontiniacenſis nomine dedit, cum Honorius interdicti ſententiam ab Stephano Pariſienſi latam, & ab Henrico Senonenſi Metropolitano confirmatam, irritam declaraſſet, quibus ob præpoſterum, ſubreptumque Honorii reſcriptum, aucta ibidem diſſidia lamentantur. *Lacrymabilem Epiſcoporum, immo totius Eccleſiæ querimoniam nos quoque ejus filii (ſi tamen digni) diſſimulare non poſſumus. Qui vidimus, loquimur: magna ſiquidem nos neceſſitas de clauſtris ad publicum traxit, ubi & quod loquimur, vidimus, triſtes eloquimur, honorem Eccleſiæ Honorii tempore non minime læſum. Jam Regis flexerat iram humilitatis, vel potius conſtantia Epiſcopo-*

ſcoporum, cum ecce a Summo Pontifice ſumma ſuperveniens auctoritas heu dejecit conſtantiam, ſuperbiam ſtatuit. Scimus quidem id vobis per mendacium fuiſſe ſurreptum, quod ex veſtris litteris palam datur adverti, ut everti tam juſtum, tamque neceſſarium interdictum juberetis. Sed nunquid non vel tandem deprehenſo mendacio mentitam ſe ſentiet iniquitas ſibi, & non tantæ utique majeſtati? Eſt autem quod miramur: qua ratione judicatum ſit de parte, abjudicatum abſenti. Quod quidem non temeraria præſumptione reprehendimus, ſed filiali amore paterno corde ſuggerimus, quam ex hoc & ſuperbit impius, & incenditur pauper. Cæterum quandiu illum pati, quantumve huic compati debeatis, non eſt noſtrum præſcribere vobis. Vos veſtra hic potius, dulciſſime Pater viſcera conſulite. Valete. Ad eumdem ſic & Carnotenſis Epiſcopus Caufredus vir laudatiſſimus, qui defuncto ſucceſſit Ivoni. *Triſtiſſimæ hiſtoriæ ſeriem vobis & cauſam replicare, ſuperfluum eſt, qua jam quippe paternitatis veſtræ viſcera ſcribente religioſo Pariſienſi Epiſcopo, commota eſſe, non ambigo. Ne tamen fratri & Coepiſcopo etiam noſtrum deeſſet teſtimonium, quæ vidi ego, & audivi, neceſſarium duxi breviter intimare. Excepta ſiquidem tam modeſta prædicti Epiſcopi querimonia: Senonenſis Diœceſi univerſi Epiſcopi una cum venerabili Metropolitano noſtro, adscitis etiam nobiſcum quibusdam aliis religioſis perſonis, Regem ſuper gravi injuria per noſmetipſos humiliter, ut debuimus, convenimus, ut Epiſcopo nihil quidem tale merito ſua quæ tulerat, reſtitueret, rogavimus nec impetravimus. Sentiens tandem nos ad arma Eccleſiæ pro Eccleſia velle confugere, timuit; annuitque ſeſe omnia redditurum. Sed in eadem forte hora, ſupervenientibus litteris veſtris, quibus ejus terram ab interdicto abſolvi præcepiſtis: male in malum confortatus, quod bene promiſerat, minime executus eſt. Die tamen nominata, qua ſe id rurſus promiſit executurum, ejus nos conſpectui repræſentantes, ſuſtinuimus pacem, & non venit: quæſivimus bona, & ecce turbatio. Hoc denique litteris veſtris factum eſt, ut male ablata pejus teneantur, & reliqua paſſim in dies rapiantur, eo utique ſecure, quo impune illa retinentur. Soluto nam ad veſtrum imperium Epiſcopi juſto, ut putamus, interdicto, noſtroque quod parabamus, & quod ſperabamus pacem conſequi; veſtro æque timore ſuſpenſo: interim facti ſumus opprobrium vicinis noſtris,*

Jesu Chr. An. 1127.

noſtris: quouſque veſtræ viderit pietatis compaſſio. Hæc & alia ibidem Carnotenſis Episcopus, ſive potius nomine ipſius, idem ipſe Bernardus, quibus aliquatenus Ludovicum ſatisfeciſſe dubitari non poteſt, ac Bernardi epiſtola ad Honorium pro Henrico Senonenſi confirmat. Hunc vero Stephanum Pariſienſem tunc Epiſcopum, qui olim aulicæ vitæ aſſueverat, ad Epiſcopalis vitæ rigidiores regulas Bernardi monitis revocatus fuerat, quem etiam nonnulli cum alrero Stephano de Garlanda Regni Franciæ Cancellario confuderunt; ut Mabillonius, & Pagius adnotant; de quo, & Henrico Senonenſi, qui alias ſæculariter, etſi Epiſcopo in aula vixerat; hæc Bernardus in ſupracitata ad Honorium epiſtola adnotat; *Adeo ut, qui antea in habitu, actuque ſæculari honorati ſunt, ſublimes, judicati fideles, habiti familiares, modo inimici facti ſint, digne ſuo Sacerdotio converſantes, & per omnia honorificantes miniſterium ſuum*. Sic S. Abbas pro Henrici Senonenſis, & Stephani Pariſienſis Epiſcoporum defenſione, cum eos ab ſæculari vita, & aula ad vitam Epiſcopali munere dignam revocaſſet.

Mabill. pag. 154.
Pag. not. 14.

Bernardi invectiva contra Clericos in sæculo militantes. epiſt. 78.

10. Hanc in clericis vitæ corruptelam, qui in Eccleſia, & aula, duobus Dominis deſervire præſumebant, non ſemel deplorat ſuis in ſcriptis S. Abbas etenim in epiſtola ad Sugerium Pariſienſem Abbatem, cum eo gratulatur, quod mutato habitu, faſtuque depoſito, religioſæ vitæ ſe mancipaverat, in cæteros clericos, qui aulæ dignitates retinebant; hæc adnotat. *Cujus enim cor non indignatur, cujus vel clam lingua non ſubmurmurat, Diaconum contra Evangelium Deo, & mammonæ pariter miniſtrantem, ſic quippe ſublimatum honoribus Eccleſiaſticis, ut nec Epiſcopis inferior videatur; ſic implicatum militaribus officiis, ut præferatur & Ducibus? Rogo quid hoc eſt monſtri, ut cum & clericus, & miles ſimul videri velit, neutrum ſit &c.* & paulo poſt. *Cumque ſit Archidiaconus Decanus, Præpoſituſque in diverſis Eccleſiis nihil horum tam eum, quam Regis delectat vocitari Dapiferum. O nova, & exoſa perverſitas! ita neptus decet luminis, quam Dei famulum nominari, ac terreni, quam cæleſtis Regis dici officialem, altioris ducitur dignitatis, qui clero militiam, forum anteponit Eccleſiæ, divinis profecto humana, cæleſtibus præferre terrena convincitur; ergo pulcherius eſt vocari Dapiferum, quam Decanum quam, Archidiaconum, eſt quidem*

ſed

ſed laico non clerico, militi, non Diacono; Mira & cœca ambitio magis imis, quam ſummis delectari; Hæc, & alia plurima de his Bernardus ibidem, alibique paſſim adverſus clericos, qui ſæcularia contra Apoſtoli præceptum tractabant, *nemo militans Deo ſecularibus negotiis ſe implicat*, quæ utinam clericorum plurimi præ oculis haberent, & ſerio meditarentur. Jesu Chr. An. 1127.

10. Cum ad Magdeburgenſem Sedem evectus fuiſſet Norbertus, uti anno proximo diximus, Otto Bambergenſis Epiſcopus ſecundam ad Pomeranos, & Leuticenses peregrinationem ſuſcepit, ut quos ad Idolorum cultum relapſos, & præſertim Stetinenses fuiſſe audiverat, ad Chriſti fidem revocaret, alioſque finitimos, quibus nondum Chriſti fides predicata fuerat, Chriſti ovili aggregaret; Quare annuente Honorio Papa, hortanteque Lothario, in Cœna Domini ſtatim poſt Chriſmatis benedictionem, & Miſſarum ſolemnia devote peracta iter ingreſſus eſt, in urbe Kirberg Sabbatum Sanctum, & ipſam Reſurrectionis diem acturus; inde feria ſecunda Paſchæ Monaſterium Regenereſtorf a ſe conſtructum adiit, ubi Eccleſiam feria tertia Paſchæ dedicavit, ac inde profectus Magdeburgum petiit, *ubi a dilecto ſuo Archiepiſcopo Noruberto honorifice ſuſceptus eſt*; Is vero videns Ottonem de gentium converſione ſollicitum *pudore actus, quod ipſe in civitate gentium poſitus nihil tale aggreſſus eſſet*; cum honore exceptum a ſe dimiſit, ut Apoſtolicum opus, inter innumera pericula, perſecutiones, & labores proſequeretur, & ſane in iis intentus Otto varias Pomeranorum, ſeu Leuticenſium turmas, vel ad Chriſti fidem, quam abjecerunt, revocavit, inter eos Stetinenſes, vel Chriſto tunc primum lucravit; ut fuſiori ſtylo auctor vitæ ejus narrat; Quouſque autem ſanctus vir per Leutitiam, Timinum uſque progreſſus Evangelii lucem diffuderit, diligenter inquirit Pagius, ac Leutitiam ab Lugatia diſtinguendam eſſe adnotat; Meclemburgicam, Brandeburgicam, ac Statinenſem Ducatum, viciaſque provincias tunc pervagaſſe addit, quo in munere conſtantiſſime decennio perſeverans, anno 1130. obiit, ut narrat Annaliſta Saxo apud Eccardum, auctor vero vitæ de obitu ejuſdem agens, *ejus corpus*, ait, *tumulatum eſt Anno Domini Incarnat.* 1139. *tertio nonas Julii*, cujus nomen ſexto nonas ejuſdem menſis Martyrologio Romano inſcriptum eſt,

Otto Bambergenſis Episc. iterum ad Pomeranos pergit.

Bollandi die 2. Julii. Pag. not. 13. 24. 25.

JESU CHR. AN. 1127.

quem die 2. Kal. Julii obiiſſe adnotat Manſius ad hunc annum.

Caroli, & Gulielmi Flandriæ Comitum obitus.

Mabill. Annal. lib.7. n. 6.

11. In Gallia duo illuſtres Principes hoc tempore e medio ſublati fuere, ait Mabillonius, duo violenta morte, tertius naturali, ideſt Gulielmus Aquitanorum, & Pictavienſium Dux, cui Raynaldus frater ejus ſucceſſit; illorum primus Carolus Flandriæ Comes re, & nomine bonus dictus, Brugis in Templo Sancti Donatiani tertio Kal. Martii nullis liberis relictis a ſuis nefarie interfectus eſt, ut Joannes Sperius narrat; qui inter ceteras Caroli virtutes, id ei laudis tribuit, quod erga eccleſiaſticos, religioſoſque viros devotum ſe exhiberet, eorumque cauſas quantocius expediret, adnotans eo in curia principum ad lites adeſſe non debere, quod divino cultui mancipati eſſent. Unde cum aliquando Joannes Sithienſis Abbas die feſto Epiphaniæ curiam adiiſſet: *Domine Abbas*, inquit comes, *quis pro vobis hodie majorem Miſſam in Eccleſia veſtra cantabit, ad quod cum reſpondiſſet Abbas, eſſe in Monaſterio centum Monachos, qui eam celebraturi erant: Comes repoſuit: Veſtri officii erat, domne Abbas, in tanto feſto cum fratribus pſallentibus pſallere, & cum eis reficientibus reficere, eoſque præſentia veſtra recreare. Ad hoc enim anteceſſores noſtri prædia vobis aſſignaverunt: Tum juſſit comes, ut miles, qui Abbatem opprimebat, & cujus cauſa iſthuc venerat Abbas, eum vexare deſineret.* In ejus necis auctores Ludovicus Francorum Rex conſanguineus ejus animadvertit, tentavitque ut Villelmus Roberti Nortmannorum Ducis filius, quem Rex Henricus ejus frater Ducatu exuerat, in Caroli Ducatum ſuccederet; At Theodoricus ex matertera Caroli Comitis, Gertrude ſcilicet filia Roberti ſenioris Flandriæ Comitis genitus Flandriæ Ducatum ſibi vindicavit, ac Gullielmum in arce Oluſti concluſum obſedit, ibique cum ſagitta vulneratus Gullielmus obiiſſet, Flandriæ Comitatus Theodorico ceſſit, ut pluribus Ordericus, & Herimannus narrant. Caroli vitam Gualterus Morinorum Eccleſiæ Archidiaconus coevus ſcriptor, & oculatus teſtis ſcripſit, quem etiam multis exornat laudibus Sugerius in vita Ludovici: vitam cum elogio exhibet Bollandus die 2. Martii.

Orderic. lib. 12. Heriman. Dacher. Spicil. tom. 12. 473. ſeqq.

Comenſium civitas a Mediolan. expugnata.

12. Atrox interea, ac decennale bellum inter Mediolanenſes, & Comenſes hoc anno finem habuit, nam tandem longo bello fatigati Comenſes, ne penitus cum urbe una ſimul

mul perirent, ad extremum deducti, nocte intempeſta, cum uxoribus, & filiis, pretioſaque ſupellectile onuſti, naves ingreſſi, per lacum in Caſtrum, quod Vico dicebatur, urbe relicta, tranſierunt, ut pluribus narrant Mediolanenſes hiſtorici, & præcipue Comenſis poeta, qui luctuoſum patriæ ſuæ excidium verſibus deſcripſit: mane facto Mediolanenſes in urbem irruentes, cum civibus vacuam fere inveniſſent, fugientes inſecuti ſunt, & Comenſes in oppido Vici, utpote tutiſſimo ſecuri permanſerunt, nam ut canit Poeta: JESU CHR. AN. 1127. *Murat. rer. Ital. tom.* 5. *p.* 413.

Quod neque caſtellum, nec gallus lædere poſſet
Et nequeunt aliquæ Vicum reſerare baliſtæ
Nemo poteſt Vicum vivens ſuperare ſuperbum.

Legatos itaque mittunt, ac pacis conditiones Comenſibus offerunt, quarum præcipua fuit, ut Comenſium Civitatis muri deſtruerentur; oblatæ pacis conditioni, ut in Urbem ipſi redire poſſent, vel inviti ſubſcribere coacti ſunt; Comanam expugnationem ad annum ſequentem nonnulli (ex his Pagius) differendam ſcripſerunt, at ut adnotat Muratorius, vix ab labenti anno removeri poteſt, ac decennale bellum ab Poeta Comenſi dictum, incompletum fuiſſe conſtat, de quibus in præfatione ad dictum poema Muratorius rerum Italicarum illuſtrator plurima addit, ibidem, ſi lubet, videnda.

13. Cum urbem Tyriam ab infidelium poteſtate quatuor ante annos Cruceſignati eripuiſſent, ut anno 1124. narravimus, Villelmus natione Anglus, ejuſdem familiæ ac Gulielmi belli ſacri ſcriptoris, anno labenti Epiſcopus Tyrienſis ordinatus eſt, ut narrat Gulielmus Tyrius, cui Honorius Papa pallium miſit, ut in epiſtola ad Guaremundum Hieroſolymitanum Epiſcopum data, qui eum conſecraverat octavo Idus Julii, narrat, & in epiſtola altera Tyriis inſcripta confirmat; iiſque præcipit: *Quatenus eum benigne recipiant, & tamquam proprio Metropolitano, & animarum ſuarum Epiſcopo ſubjectionem, obedientiam, & reverentiam humiliter deferrent.* Gulielmus Tyrii Epiſc. ordinatus. *lib.* 13. 23. *Labb. to.* 10. *p.* 908.

Jesu Chr. an. 1128.

JESU CHRISTI an. 1128. Honorii secundi Papæ an. 5. Joannis Comneni Imp. 11. Lotharii Regis 4.

Honorius Papa Robertum Capuæ ducem creat

Murat. to. 5. pag. 103.

1. In Apulia Honorius Papa hujus anni initio degens Rogerii Siciliæ Comitis, qui Apuliam, Calabriam, Campaniam, poſt Gulielmi obitum invaſerat, conatibus ſe ſe objecit, *ac tertio Kal. Januarii*, ut ait Fulco, *Capuanam Civitatem adivit*, ubi officioſiſſime ab Roberto Jordani filio, qui paulo ante in Monte Julii obſidione obierat, exceptus, ibidem ab Honorio Papa, adſtantibus Epiſcopis, & Abbatibus, & viris ejus provinciæ nobilibus *prædictum Robertum in Principatus honorem injunxit, & confirmavit*, ait is auctor, eaque occaſione accepta, cum ibidem tot illuſtres Epiſcopi, & Comites adeſſent, Honorius Papa orationem ad eos habuit, qua geſta hactenus ab ſe adverſus Rogerium, & Rogerii adverſus Beneventanos infeſtationes lugubri ſtylo deſcribens, ut ſibi, & pro Romanæ Eccleſiæ juribus, & patrimoniis tuendis, & pro ſuis quilibet Comitatibus defendendis, adverſus Rogerium ſociarentur, excitavit, qua oratione non ſine lacrymis habita, Robertus omnium primus, quem paulo ante Capuanum Principem creaverat, & Raynulphus Comes, & multi alii Proceres, & Epiſcopi, qui convenerant, ſe eidem auxilio adfuturos pollicentur, quos etiam, oblata omnium peccatorum indulgentia, ſi in bello obiiſſent, medietatem vero relaxationis pœnæ iis, qui pugnaſſent, Honorius Papa excitavit. Hinc alacres ad expeditionem progreſſi, nonnulla ibidem tentarunt, quæ exſcribere non juvat.; fervor tamen eorum cito defecit, nam cum quarto kalen. Februarii Caſtellum Lapiloſa dictum obſiderent, difficultate rei Beneventani aliique fatigati, inde ad ſua redierunt; *Honorius itaque Pontifex qui apud montem Sarentum morabatur, Caſtrum illud ſic dimiſſum fuiſſe deprehendens, & pollicitationes Principis, & Comitis non circa eum proſpere commorari, dolore inaudito turbatus, ultra quam credi poteſt condoluit infremendo. Continuo iter arripiens Romanos fines adivit. Princeps itaque, & Comes doloſas ſuas machinationes circa Pontificem excuſabant Honorium. Apoſtolicus autem univerſa quæ facta fuerant, & audita, cordis ſecreto conſervans, torvo, ut ita dicam, lumine eos aſpectans, ſicuti mente conceperat, feſtinavit.*

Honorius Papa Principes, & Epicopos ad bellum provocat.

Murat. to. 5. p. 105.

2. At

2. At menſe Martio Beneventum iterum rediens *Honorius cum ducentis militibus Romanorum, invenit Robertum Principem Capuanum, & Comitem Rainulphum cum exercitu magno, & civium Beneventanorum multitudine ſuper Caſtellum Turris Palatii, & illud valde expugnantes & obſidentes. quod Caſtellum erat Ugonis infantis*; eoque paulopoſt expugnato, Honorius Papa omnem exercitum adverſus Rogerium, qui Apuliam invaſerat, eduxit; Rogerius vero pugnam devitans, ac in montana ſecedens, exercitum confœderatorum Honorii per dies quadraginta pene obsidens; adveniente æſtate ita fatigavit, ita ut quilibet castra deſerens ad ſua rediret.

Honorius Papa cum Rogerio reconciliatur.

3. Quare Pontifex *Principis fraudem, & Baronum aliorum deprehendens, pactis intervenientibus, Ducatum prædicto Comiti Rugerio per Cancellarium Aimericum, & Cencium Frangipanem ſe daturum promiſit*. Quare Rogerius Beneventum adveniens, *& in Monte pactis inter ſe compoſitis, & promiſſionibus adimplendis, prædictus Apoſtolicus in octavo die Aſſumptionis Sanctæ Mariæ Ducatus honorem Comiti illi in conſpectu fere viginti millium hominum largitus est, ac Rogerius juravit non esse in facto, vel conſenſu, ut B. Petrus, & Dominus Papa Honorius, ejusque Succeſſores catholici civitatem Beneventanam perdant, & Principatum Capuanum non capiat, vel permittat ad capiendum. Et his omnibus actis Salernum revertitur, & Siciliam repedavit. Diebus autem non multis elapſis prædictus Pontifex Honorius conſilio accepto Romam reverſus est*, ait Fulco, quo tempore, ut ſubdit, Beneventani tumultu excitato die ſecunda Septembris Gulielmum Beneventi rectorem in Palatio ipſo adgreſſi, gladiis interemerunt, etſi in Eccleſia Palatii, & ad altare, & infra pedes Joannis Presbyteri, qui ibidem tunc Miſſam celebrabat ſe abſcondiſſet, aliorum deinde quinque, vel ſex domos deſtruxerunt; ut ibidem videre eſt, qua de cauſa quantus ibidem tumultus excitatus fuerit, non indicat; Honorius autem Papa *dolore turbatus valde civitati Beneventanæ ultionem minatur*, at ii legatione miſſa ſcelus excuſarunt dicentes, *Rectoris mortem per ſtultos viros & iniquos adveniſſe*, rogantes ut idoneum virum mitteret. *Pontifex autem conſilio accepto Dominum Girardum Cardinalem Rectorem Beneventanis miſit*. De Honorii expeditione adver

Honorius Papa Apuliæ, & Calabriæ inveſtituram Rogerio tribuit.

Murat. rer. Ital. tom. 7. pag. 118.

ſus

Jesu Chr. an. 1128.

ſus Rogerium, deque geſtis ibidem, ejuſque reconciliatione eadem narrant Romualdus Salernitanus, Petrus Diaconus in chronico Caſſinenſi, & Alexander Teleſinus Abbas, qui fuſiori ſtylo geſta tunc ibidem ex utraque parte deſcribit; Paucis verbis rem totam referunt auctores vitæ Honorii, Cardinalis de Aragonia, & Bernardus Guido.

lib. 4. c. 96. tom. 5. lib. 1. cap. 10. ſeqq. pag. 618. to. 3. p. 422.

Corradus in Italiam tranſit: Rex ibidem coronatur.

4. Magni quoque bellorum motus in Longobardia hoc anno fuerunt; dum Fridericus Sveviæ ſeu Franconiæ Dux fratrem ſuum Conradum in Italiam miſit; ubi Italiæ ab Anſelmo Mediolanenſi Moditiæ primum, deinde Mediolani Rex creatus fuit. Hi quippe utpote Agnetis ſororis Henrici Imp. geniti, Imperium & Italiæ Regnum tamquam Henrici ex ſorore nepotes & hæredes ſibi potius, quam Lothario deberi cenſebant. Itaque ab Germaniæ Regno, uti diximus excluſi, Italiæ Regnum ſibi vindicare conati ſunt; Rem geſtam narrat Gandulphus junior, qui Corradi coronationi interfuit; *Mediolanum quippe profectus Corradus ibique ab Clero, & Populo cum honore ſuſceptus, cum de coronando Rege Conrado Anſelmus Epiſcopus Modetiæ commorans rumorem ab ipſo Pontifice audivi*, ait auctor, *ut Mediolanum adirem, & affectum civium omnium ſuper hujuſmodi regale* negotium ſibi renunciarem. *Tunc Unifredus Aboriti, & Armiger ejus a veſpera hora diei uſque ad ſolis ortum mecum, & cum puero meo requiem non habuit, ſed ad plenitudinem concionis Cleri, & Populi convocatam, & congregatam Mediolani quaſi in hora tertia perveni, ubi Clerus & Populus quaſi homo unus ampliſſime & mirifice collaudavit, & conclamavit, ut Archiepiſcopus veniret, & Principem illum coronaret*, quare Anſelmus Mediolanenſis Archiepiſcopus, legatione ab Clero & Populo accepta, & relatione ſibi ab Gandulpho facta, *ex caſtro Plebiæ ad urbem feſtinavit*, ideſt Modetiam, *& ex communi omnium voto in Eccleſia S. Michaelis Modetiæ benedixit, & unxit, & coronam electo Corrado in feſto S. Petri poſuit in quo facto*, ut ſubdit auctor, ipſe virgam regiam ab Eccleſia S. Michaelis, ad Eccleſiam S. Joannis portans Corradum comitatus ſum ibique Miſſam audivit; Eamdemque coronationis ſolemnitatem idem Anſelmus Archiepiſcopus *in Eccleſia S. Ambroſii* Mediolani *celebravit, me alibi non meo vitio* detento, ait auctor, cui ideo non interfuit.

Landulph. hiſt. Mediol. Murat. to. 5. c. 39. p. 510.

5. Cor-

5. Corradus autem corona ferrea solemniter ornatus, per Longobardiam, & Thuſciam pergens, cum gaudio, & honore ſuſceptus eſt; alicubi vero rejectus & ſpretus, ab iis ſcilicet, qui Lothario fidem datam ſervarunt; qui tunc, ut ait Gandulphus; *Acutiſſimi ejus gladii fortitudinem ſenſerunt, atque mortem, & confuſionem*; ex his autem, qui Corradi conatibus reſtiterunt, primus fuit Honorius Papa, qui cum Lotharii electioni in Italiæ, & Germaniæ Regem per legatos ſuos conſenſiſſet, eidem fidem datam ſervandam eſſe cenſebat, qua de cauſa, ut narrat Otto Friſingenſis, Corradum ut pote Italiæ pervaſorem, & pertubatorem excommunicationis ſententia percuſſerat, quo unico ictu, ut adnotat Gandulphus; *Fortis manus Honorii Papæ ipſum reſupinavit, atque ad Germaniam quaſi ad ſua propria loca redire fecit*; *uno aut altero ab hinc anno*; *nam Italiæ partem aliquam ſequentibus adhuc annis retinuit, uſque dum vi adhibita, & ab Italiæ Proceribus derelictus, Italiæ Regno excidit*, ut infra dicturi ſumus.

Jesu Chr. an. 1128.

Honorius Papa Corradi coronationem improbat.

lib. 7. c. 17.

6. His geſtis Honorius Papa *Petrum Presbyterum Cardinalem Sanctæ Anaſtaſiæ ad partes Ravennæ delegavit, qui depoſuit Aquilejenſem, & Venetum Patriarchas*; *quia invenit eos ſchismaticis favorabiles extitiſſe*, ait Bernardus Guido in vita Honorii; ideſt Corradi partes ſecutos, eamdemque censuram ſubiit Anſelmus Mediolanenſis Archiepiſcopus, in ſynodo Papienſi, anno proximo celebrata depoſitus, ut iterum Gandulphus adnotat. *Joannes igitur Cremenſis Cardinalis Romanus epiſcopos ſuffraganeos & Comprovinciales Mediolanenſis Eccleſiæ, ut excommunicaret Mediolanenſem Archiepiſcopum, convocavit Papiæ. Quibus convocatis, & Cardinali, per plures viros, & Sacerdotes ipſe Pontifex Mediolanenſis mandavit, ne præſumerent* (idest ut lente procederent), *sed ipſum per unius diei ſpatium expectarent. At Papienſes, Cremonenſes, Novarienſes quoque & eorum Episcopi, & aliarum civitatum, prædicantes hoc Regium opus Anſelmi, contrarium Deo, & magno Lothario Regi. nequaquam illius Pontificis Legationem ſuſceperunt, ſed ipſum præſtante Cardinali illo Joanne, excommunicaverunt, & Mediolanenſibus protegentibus Caſtrum Cremæ, bellum facere ſtuduerunt. Attamen in maxima parte Mediolanenſes Catholicam reverentiam, vivente Papa Honorio, huic Pontifici præbuerunt* nempe Anſelmo Archiepiſcopo. Eadem de ſervata Lothario Regi fidelitate ab civitatibus

Honorius Papa Mediol. & Ravenn. Archiepiſcop. deponit.

Murat. to. 3. pag. 422.

Eccardi collect. hiſtor. to. 1. p. 261.

bus

Jesu Chr. an. 1128.

bus Novaria, Papia, Placentia, Cremona & Brixia, narrat Litfredus Novarienſis Epiſcopus in Epiſtola ad Lotharium Regem ac apud Parmam vix refugium Corradum *inveniſſe addit*.

De Gerardo Aquilejensi Patriarcha dejecto.

Inter Vldarici epiſt. nu. 353. Eccardi t. 2. pag 353.

7. Aquilejensi autem Patriarchæ a Gerardo tunc depoſito, narrat Salisburgenſis Epiſcopus, Bambergenſis Eccleſiæ decanum ſubrogatum fuiſſe, ac Gerardum ut pote ea dignitate indignum merito dejectum, *electo Aquilejenſis Eccleſiæ in epiſcopalis faſtigii dignitatem Decano veſtro, fratre noſtro & Conſacerdote digniſſimo, eliminatam fuiſſe veterum ſpurciciarum, quæ longo illic tempore damnata fuerat, credebamus fœditatem, cùm abjecta indigna ſatis omni eccleſiaſtico regimini perſona, clerum, & populum vidimus tam boneſte tamque canonice de alterius ſubſtitutione cogitare, talemque virum mirabili unanimitate elegiſſe, cujus perſona ſancta & vita vere nobis idoneum repræſentarent Epiſcopum*, vix tamen Aquilejenſis Eccleſiæ ſtatus mutatus fuit, ob perfidiam Cleri populique Aquilejenſis; qui hunc alterum Patriarcham electum, perſequi, & vexari non ceſſarunt. Unde iterum Salisburgenſis Epiſcopus. *Verum ut apparet nec dum impleta ſunt peccata Aquilegienſium, propoſitum ſuum ſui ſimilem eligendi fuiſſe evidentiſſimum faciunt &c.*

Trecense concilium Templariorum ordinem confirmat.

Labb. to. 10. p. 922. seqq.

8. Hoc eodem anno Trecenſe concilium in Galliis ab Matthæo Albanenſi Epiſcopo Cardinali, & Apoſtolicæ ſedis legato celebratum eſt; in quo Templariorum ordo novennio antea exortus, confirmatus fuit, ejuſque ſectatoribus regula tradita: ſynodo Rainaldus Remenſis, & Henricus Senonenſis Archiepiſcopi cum Epiſcopis ſuis & Abbatibus non nullis, & Magiſtris adfuerunt; quorum ibidem nomina leguntur; inter Abbates primum locum S. Bernardus tenuit, regulæ Templariis traditæ auctor paſſim dictus; Rem geſtam Joannes Michaeelenſis ab ſynodo & Bernardo delegatus deſcripſit; qui de ſynodi tempore hæc adnotavit. *Nos ergo cum omni gratulatione, ac fraterna pietate, precibuſque Magiſtri Ugonis*, ordinem Templariorum, qui illuc advenerat; *in quo prædicta militia ſumpſit exordium, cum Spiritu Sancto intimante ex diverſis ultramontanæ provinciæ manſionibus, in ſolemnitate Sancti Hilarii, anno* 1128. *ab Incarnato Dei filio, ab inchoatione prædictæ militiæ anno nono ad Trecas Deo duce in unum convenientes &c.*

9. In-

9. Invitum fere Bernardum, & Matthæi legati precibus, ac importunitate victum illuc advenisse, ex epiſtola ejusdem Bernardi ad legatum conſtat, qua primum afflictæ valetudinis excuſatione utens, præſentiam ſuam negaverat; *quo factum eſt*, subdit, *ut etſi velim non valeam proficiſci. Sed grandis, inquiunt, fuit cauſa graviſque neceſſitas. Quærendus ergo fuerat, qui grandibus definiendis fuiſſet idoneus. Si me talem putant: ego me talem non eſſe, nequaquam puto, sed ſcio. Denique ſive grandia ſint, ſive parva, ad quæ me ita perurgeat, ego cauſam non habeo. Quæro ſiquidem: facilia ſunt, an difficilia, quæ ad perturbandum amicum ſilentium tantopere imponere curatis amico? Si facilia, abſque me poſſunt fieri: ſi difficilia, per me non poſſunt effici, niſi forte tanti æſtimor, cui grandia & impoſſibilia reſerventur: tanquam ego ea poſſim, quæ nemo alius facere poteſt &c.* Hæc, & alia Bernardus ad legatum Apoſtolicum, cujus juſſionibus parere ſe paratum eſſe ait, cum gravis urgeret cauſa, & obediendi neceſſitas compelleret, alioquin hoc ſibi propoſitum fuiſſe teſtatur, de monaſterio non egredi, ut in epiſtola ad Petrum Cardinalem diaconum ſcripſit; *Quod ad vos non veni, ut mandaſtis, non mea pigritia, ſed cauſa fuit non contemnenda. Siquidem ſalva veſtra, & omnium bonorum reverentia mihi propoſitum eſt, nequaquam egredi de monaſterio, niſi certis ex cauſis, quarum utique nulla ſe modo obtulit ut licite poſſim veſtræ in hoc, immo & noſtræ ſufficere voluntati &c.* ſynodo autem Trecenſi interfuiſſe Bernardum Villelmus Tyrius teſtatur, cum de origine, & progreſſu ordinis Templariorum hæc adnotat. *Novem autem annis poſt eorum inſtitutionem in habito fuerunt ſeculari iidem milites Templi, talibus utentes veſtimentis, qualia pro remedio animarum ſuarum populus largiebatur: tandem anno nono, Concilio in Francia apud Trecas habito, cui interfuerunt dominus Rhemenſis, & dominus Senonenſis Archiepiſcopi cum ſuffraganeis ſuis, Albanenſis quoque Epiſcopus Apoſtolicæ Sedis Legatus, Abbates quoque Ciſtercienſis, & Clarævallenſis cum aliis pluribus, inſtituta eſt Regula, & habitus aſſignatus, albus videlicet, de mandato domini Honorii Papæ, & domini Stephani Hieroſolymitani Patriarchæ. Cumque jam annis novem fuiſſent in propoſito (non niſi novem erant) ex tunc cœpit eorum numerus augeri, & poſſeſſiones multiplicabantur &c.* Hæc Villelmus.

Bernardus nonnisi invitus monaſterio egreditur.

Epiſt. 21.

an. 1127.

Epiſt. 17.

lib. 12. 7.

Jesu Chr. an. 1128. Regula Templariis tradita.

Labb. concil. to. 21. edit. noviſſimæ.

10. Inter præcipua ibidem geſta, Templariis militibus Honorii Papæ & Stephani Hieroſolymorum Epiſcopi juſſu, regula ibidem digesta, ac Hugoni ordinis Magiſtro ibidem cum ſociis nonnullis ſuæ congregationis adſtanti tradita fuit, quæ capitibus ſeptuaginta duo conſtat, nonnulla tamen, temporis tractu ſuper addita fuiſſe, vix dubitari poteſt. Nam ab Trecenſi ſynodo regulam tantum, & veſtem albam datam fuisse narrat Tyrius ſupracitatus; Quare hanc immerito Bernardo Claravallenſi paſſim inſcriptam fuiſſe adnotat Mabillonius in prologo ad librum Bernardi de laude militiæ Templariorum; at ſi non regulæ auctor, vitæ ſanctæ honeſtæque ducendæ excitator fuit; cum ab Hugone Templariorum magiſtro rogatus, ad eum, & ad omnes confratres exhortatoriam orationem inſcripſit; in cujus prologo hæc habet. *Semel, & ſecundo, & tertio, ni fallor, petiſti a me, Hugo cariſſime, ut tibi tuiſque commilitonibus ſcriberem exhortationis ſermonem: & adverſus hoſtilem tyrannidem, quia lanceam non liceret, ſtylum vibrarem: aſſerens vobis non parum fore adjutorii, ſi quos armis non poſſum, litteris animarem. Diſtuli ſane aliquandiu: non quod contemnenda videretur petitio, ſed ne levis præcepſque culparetur aſſentio, ſi quod melius melior implere ſufficeret, præſumerem imperitus, & res admodum neceſſaria per me minus forte commoda redderetur;* Poſt quæ ejus poſtulationi pro viribus satisfeciſſe addit.

Bernard. op. tom. p. 550.

Quales Templariorum ordo homines reciperet.

Bernardi to. 2. p. 555.

11. Quo anno hunc librum Bernardus ſcripſerit, non conſtat; aliquot tamen ab hinc annis id opus vulgaſſe inde ſcimus, quod cum hæc ſcriberet. Templariorum numerus auctus jam fuerat, eorumque fama per orbem excurrerat; Unde, dum hæc *Hieroſolymis actitantur*, ait, *& orbis excitatur, audiunt inſulæ, & attendunt populi de longe, & ebulliunt ab Oriente, & Occidente, tamquam torrens inundans gloria gentium, & tamquam fluminis impetus lætificans civitatem Dei. Quodque cernitur jucundius, & agitur commodius, paucos admodum in tanta multitudine hominum illo confluere videas, niſi utique ſceleratos & impios, raptores & ſagrilegos, homicidas, perjuros, adulteros: de quorum profecto perfectione ſicut duplex quoddam conſtat provenire bonum, ita duplicatur & gaudium: quandoquidem tam ſuos de ſuo diſceſſu lætificant, quam illos de adventu quibus ſubvenire feſtinant. Proſunt quippe utrobique, non ſolum utique iſtos tuendo, ſed etiam illos*

jam

jam non opprimendo. Itaque lætatur Ægyptus in profectione eorum, cum tamen de protectione eorum nihilominus lætetur mons Sion, & exultent filiæ Judæ &c. ibique in ejusdem ordinis laudem plura commemorat; quorum etiam præconia Petrus Cluniacenſis Abbas in epiſtola ad Everardum Ordinis Magiſtrum, sive Præfectum Hugonis ſucceſſorem texit.

lib.6. ep.21.

Templariorum ordo in vitia cito delabitur.

12. At maximus militum numerus quo Templariorum ordo auctus fuit, divitiarumque copia, quæ in eum confluxit, cito effecit, ut in ſuperbiam elati ab eorum primoeva inſtitutione deflecterent, & in quælibet vitia ruerent. Gulielmus enim Tyrius de iis hoc eodem adhuc labente ſeculo hæc adnotavit; *ex tunc*, ait, ideſt poſt Trecenſem ſynodum, *cœpit eorum numerus augeri, & poſſeſſiones multiplicabantur; Poſtmodum vero tempore Domini Eugenii Papæ, ut dicitur Cruces de panno rubro, ut inter ceteros eſſent notabiliores mantellis ſuis coeperunt aſſuere tam equites quam eorum fratres inferiores qui dicuntur Servientes. Quorum res adeo crevit in immenſum, ut hodie trecentos plus minusve in conventu habeant equites, albis calamydibus indutos: exceptis fratribus, quorum pene infinitus eſt numerus. Poſſeſſiones autem tam ultra, quam citra mare adeo dicuntur immenſas habere, ut jam non ſit in orbe Chriſtiano provincia, quæ prædictis fratribus bonorum ſuorum portionem non contulerit: & regiis opulentiis pares hodie dicantur habere copias. Qui, quoniam juxta Templum Domini, ut prædiximus, in palatio regio manſionem habent*, Fratres militiæ Templi *dicuntur. Qui cum diu in honeſto ſe conſervaſſent propoſito, profeſſioni ſuæ ſatis prudenter ſatisfacientes, neglecta humilitate* (quæ omnium virtutum cuſtos eſſe dinoſcitur, & in imo ſponte ſedens, non habet unde casum patiatur) *Domino Patriarchæ Hieroſolymitano, a quo & ordinis inſtitutionem, & prima beneficia ſuſceperant, ſe ſubtraxerunt, obedientiam ei, quam eorum prædeceſſores eidem exhibuerant, denegantes, ſed & Eccleſiis Dei, eis decimas & primitias ſubtrahentes, & eorum indebite turbando poſſeſſiones, facti ſunt valde moleſti*; Hæc is auctor, quare temporis lapſu in graviora ruentes, non ſolum orbi chriſtiano moleſti, & inutiles effecti ſunt; ſed etiam cunctis gentibus in opprobrium, et in ſcandalum; Unde Clementis quinti auctoritate, & Philippo Francorum Rege urgente,

Gulielmi Tyrii lib. 12. cap. 7.

Jesu Chr. an. 1128.

te, eorum ordo ſeculi decimiquarti initio extinctus fuit, de quibus infra non ſemel redibit ſermo.

Guarimundi Hieroſolym. Epiſc. obitus, cui Stephanus ſuccedit.

13. Hoc eodem anno Guarimundus Hieroſolymorum Patriarcha Sidone obiit, cui Stephanus Carnotenſis olim Abbas Balduini Regis affinis nobilitate, vitæque integritate præſtans ſucceſſit; De quo hæc narrat Gulielmus Tyrius: *Hic ejusdem civitatis*, Carnotenſis ſcilicet, *ante converſionem ſuam in equeſtri ordine, & habitu fuerat Vicedominus: poſtmodum ſeculo renuntians, habitum religionis in prædicto clauſtro ſuſcepit. Demum ſuffragantibus meritis ad regimen eccleſiæ ejusdem promotus eſt, in adoleſcentia liberalibus diſciplinis convenienter inſtructus. Qui cum orationis gratia, & devotionis intuitu Hieroſolymam veniſſet, ibique tranſitum expectans moram faceret, contigit, quod poſt exequias domini Garimundi Patriarchæ, dum Clerus & populus de ſubſtituendo paſtore tractarent, communi omnium voto electus eſt. Poſtquam ergo conſecratus eſt, cœpit adverſus Regem quæſtiones movere difficiles, allegans, Joppenſem civitatem ad jus ſuum eccleſiæ Dominicæ Reſurrectionis pertinere, ipſamque ſanctam civitatem poſt captam Aſcalonam eodem modo eccleſiæ ceſſuram de jure confirmans. Erat autem homo magnificus, in propoſito conſtans, honeſtæ converſationis, juris ſui ſollicitus perſecutor. Unde inter eum & dominum Regem graves exortæ ſunt inimicitiæ, quarum tamen mors immatura finem dicitur feciſſe: nam non completo biennio in fata conceſſit. Opinantur nonnulli eum veneno dato interiiſſe: ſed nos pro certo id compertum non habemus. Traditur tamen, quod dum in lecto ſupremæ decubaret ægritudinis, & Rex ad eum viſitandum eſſet ingreſſus, & ab eodem de ejus ſtatu quæreret, ita reſponderit: ſic eſt nobis in præſenti, domine Rex, ſicut vultis*. Hæc Tirius: Ordericus vero Gulielmo antiquior de eodem hæc adnotat. *Anno ab Incarnatione Domini* 1128., *indict. 6. Germundus Patriarcha Hieruſalem obiit, Stephanus autem Carnotenſis poſt illum ſanctam Sion duobus annis rexit, quo migrante Gulielmus Flandrenſis ſucceſſit*. Ad hunc locum adnotat Manſius apud Muratorium Diploma Balduini exſtare datum anno 1130., cui Vermundus Patriarcha ſubſcriptus legitur, unde biennio poſt eum obiiſſe ſequeretur; cum tamen Orderico, & Villelmo teſtantibus certum pene ſit, eum hoc anno e vivis exceſſiſſe, dicendum eſt, privilegia ibidem Venetis ab Veremundo Patriar-

Order. hiſtor. lib. 13.

Mur. antiq. Ital. tom. 2. pag. 909.

triarcha conceſſa, aliquot poſt annos ab Balduino confirmata fuiſſe.

14. Hoc eodem anno *Indict.* 7., ait Ordericus, *Goſſredus Rothomagenſis Epiſcopus ægrotavit, & poſt diuturnam ægritudinem ſeptimo Kal. Decemb. hominem exuit, interea dum prefatus Archipreſul ægrotaret, & de ſalute ſua ſollicitus omnia quæ haberet prudenter ageret, Matthæus Cluniacenſis Monachus Epiſcopus Albanenſis Romanæ eccleſiæ legatus Rothomagum ad Regem Angliæ Henricum venit, & cum eo de utilitabus Eccleſiaſticis tractavit. Juſſu igitur Regis Epiſcopi & Abbates Normanniæ aſciti ſunt, & in Rotomagenſi Capitulo præſente Rege, per Legatum Honorii II. Papæ ibidem ſtatuta ſunt.* Ut nullus Presbyter uxorem habeat; Qui vero a pellice abſtinere noluerit, Eccleſiam non teneat, nec portionem in beneficiis Eccleſiaſticis obtineat, nec aliquis Fidelium Miſſam ejus audiat. Ut unus Præsbyter duabus Eccleſiis non deserviat, nec Clericus quilibet in duabus Eccleſiis præbendas poſſideat. Ut Monachi vel Abbates Eccleſias, seu decimas de manu laicorum non recipiant, sed laici, quæ usurpaverant Epiſcopo reddant, & ab Epiſcopo Monachi pro voto poſſeſſorum oblata recipiant. Ea tamen quæ antea quoquo modo obtinuerant, quiete per indulgentiam Papæ poſſideant: *Tunc Romanus legatus de tranſactis tranſgreſſionibus omnes abſolvit, & ſequenti menſe, ut jam dictum eſt, Archiepiſcopus migravit. Ibi cum Legato fuerunt Goisfredus Carnotenſis Epiſcopus, & Goislenus Rufus Sveſſionenſis Epiſc. & omnes Epiſcopi Neuſtriæ*, ibidem nominati. *Abbates etiam affuerunt plures Rogerius Fiſcannenſis, aliique plures, quorum fautor Rex Henricus affuit, qui nullam eis gravedinem ab Epiſcopis imponi permiſit.*

Concilium Rothomag. celebratur: canones ibidem editi.

Labb. concil. noviſs. edit. to. 21. p. 375.

15. Hoc eodem anno, vel ſequenti idem Matthæus Albanenſis Epiſcopus, & Apoſtolicæ sedis legatus, Pariſiis concilium celebravit; in quo præſente Lodovico Rege, & Remenſi Archiepiſcopo, Rainaldo Pariſienſi, Goffrido Carnotenſi, & Coffeno Sveſſionenſi, aliiſque pluribus querelæ adverſus moniales monaſterii, quod Argentolium dicebatur, exceptæ ſunt; *in quo paucæ moniales multiplici infamia ad ignominiam ſui ordinis degentes, multo tempore ſpurca & infami converſatione omnem ejuſdem loci affinitatem fœdaverant. Cumque omnes qui aderant, illarum expulſioni inſiſterent: venerabilis Abbas S. Dioniſii Sugerius*, præfatum Monaſterium ad jus Eccleſiæ

Pariſiense concilium Sanctimonialium incontinentiam caſtigat.

Labb. ut sup.

Labb. p. 937.

Jesu Chr. An. 1128.

cleſiæ ſuæ pertinere evidenter oſtendit; Eaque de cauſa adſtantes Epiſcopi conſilio habito juſſerunt, ut monialibus laxioris vitæ inde ejectis, ſuos ibidem Sugerius collocaret, qui Deo ibidem religioſe deſervirent, eamdemque conceſſionem Apoſtolica auctoritate Matthæus confirmavit, ac Pariſienſis Epiſcopus ratam habuit. Exſtat etiam Ludovici Regis diploma in eam rem datum, quo Argentolicum aſceterium, monaſterio S. Dionysii Pariſienſis, & Sugerio Abbati concedit, ſeu potius reſtituit, idque ſe Matthæi Apoſtolicæ Sedis legati, & Epiſcoporum conſilio, & conſenſu feciſſe adnotat, ibique ſubſcriptus Rex Ludovicus legitur, deinde Philippus filius ejus, & Regina Adelaides, poſtmodum Epiſcopi: actum vero apud S. Germanum de Pratis in præſentia Domini Matthæi Epiſcopi Albanenſis, & Apoſt. Sedis legati, & Goffredi Carnotenſis Epiſcopi, aliorumque. *Datum autem & confirmatum Remis in ſolemni curia Paſchæ* anni ſequentis, *in unctione Domini Philippi glorioſiſſimi Regis Anno, Incarnati Verbi* 1129. *Indict.* 7. *Anno Regni Ludovici* 20., *Philippi primo*, cum ibidem inauguratus, Regnoque ſociatus fuit.

Honorii Papæ epist. Sugerio Abbati.

16. Tandem ibidem geſta auctoritate quoque ſua Honorius Papa confirmavit, ut ex ejusdem epiſtola ad Sugerium Abbatem data conſtat qua peracta in Pariſienſi concilio narrat, ac ſubdit. *Igitur dilectioni veſtræ mandamus, ut ad religionem & monaſticum ordinem in præfato loco ſtatuendum diligenti vigilantia ſtudeas, & ne prædictarum mulierum aliqua in ſua culpa depereat, in locis religioſis ſollicita cura, ut collocentur, provideas. Datum Laterani nono Kal. Maii anni proximi, Honorii ultimo.*

Labb. p. 938.

Aliæ moniales e monasterio ejectæ.

17. Alteram huic ſimilem monialium reformationem, ſeu potius expulſionem e monaſterio Laudunenſi, ubi Drogo S. Nicaſii Prior, primus Abbas ibidem conſtitutus fuit cum ſuis Monachis, refert Hermannus Laudunenſis Monachus auctor coævus, qui libros tres *de miraculis S. Mariæ Laudunenſis* Bartholomæo ejuſdem urbis Epiſcopo inſcripſit; ibique libro tertio narrat, eaſdem monachas ſæpe admonitas ut vitam corrigerent, cum id verbis tantum promitterent, nec reipſa vitam mutaſſent, tandem Bartholomæus Laudunenſis Epiſcopus conſilio, & auctoritate Ludovici Francorum Regis, & Rainaldi Remenſis Archiepiſcopi, *omnes Sanctimoniales ex illa Eccleſia ejecit*, & monachis conceſſit, ubi primus Ab-

Abbas Drogo fuit, poſtea Cardinalis Oſtienſis ab Innocentio ſecundo, anno 1136. creatus: Ea Monialium expulſio in concilio Epiſcoporum præſente Ludovico Rege habitio ſexto Idus Maii currentis anni, peracta eſt, quo interfuere Raynaldus Remenſis cum Epiſcopis octo ibidem ſubſcriptis, eademque geſta diplomate ſuo tum Ludovicus cum Mallæus Apoſtolicæ Sedis legatus confirmarunt, quibus poſtmodum etiam Innocentii ſecundi acceſſit auctoritas, ut pluribus ex Dacherio in notis ad Guibertum refert Pagius nota 18. Argentolenſium monachorum Prioriſſa tunc erat Heloiſa Abailardi quondam Amaſia, quæ inde ejecta in Abaſlardi Oratorium, quod Paracleti dicebatur, cum nonnullis monialibus tranſiit; Abailardus vero in monaſterium Sancti Gilaſii Rujenſis tranſiit, ubi & Abbas electus fuit; inde tamen paulopoſt ab indiſciplinatis monachis abire coactus fuit; ac inde iterum vexatus cum nonnulli, eum concupiſcentiæ deſideriis adhuc cum Heloiſa teneri dicerent, *qui priſtinæ dilectæ ſuſtinere abſentiam vix aut nunquam pateretur*, ut idem in epiſtola de rebus ſuis triſtibuſque caſibus ajebat; Fortaſſe Abailardus nonniſi charitatis ardore in Heloiſam exardebat, ipſa tamen in eum amoris igne diu exarſiſſe, epiſtolæ ejus ad eum datæ ſatis indicant, quam nihilhominus Petrus Venerab. Cluniacenſis impenſe laudavit.

Hugo Gratianopolitan. Episc. dimmissionem petit, nec obtinet.

18. Hoc tempore dum adhuc Honorius Papa viveret, S. Hugo Gratianopolitanus Epiſcopus primo per legatos, deinde per ſe ipſum Pontificem adiens, dimiſſionem ab onere Epiſcopali petiit, ſed non obtinuit, ut auctor vitæ ejus Guido Carthuſiæ Abbas narrat, nam ut ſubdit, conceſſit ei cetera quæ petebat. *Honoratuſque eſt a Summo Pontifice, conſolatus, ut potuit, ad propria remeavit: dimittendi tamen Epiſcopatum olim conceptum non depoſuit deſiderium.* Hæc de rebus geſtis cum Honorio Papa. Subdit vero de ejus ſucceſſore Innocentio, quem venientem in Gallias convenit, & de hoc ipſo rogavit, ſed non obtinuit. Cæterum voluntatem Dei fuiſſe, ut vir tantus uſque ad obitum fulgeret dignitatem Epiſcopali, eventa declararunt. Nam plurimum profuit Eccleſiæ Catholicæ, ſchiſmate Petri Leonis exagitatæ, ut ſuo loco patebit.

Act. Bolland. die 1. April.

Honorii Papæ legatio in Daniam.

19. Hoc interim anno Honorius Papa Gregorium de Creſcentio S. Theodori diaconum Cardinalem, *virum pruden-*

Jesu Chr. an. 1129.

Labb. to. 10. pag. 909.

dentia & honeſtate conſpicuum, ut ait Pontifex, legatum in Daniam miſit; quem litteris ſuis *Laterani quarto Kal. Januarii* seu 28. Decembris, Pontificatus ſui *anno quinto* datis Danorum Regi commendavit his verbis. *Rogamus igitur regiam celſitudinem tuam, quatenus ipſum, immo verius nos in ipſo recipias hilariter, & honorifice tractes, & a ſubditis tuis ei facias dignam honorificentiam exhiberi: ut devotio, quam te ad Apoſtolicam ſedem habere confidimus, clareat in affectu, & nos ac fratres noſtri per hoc merito in tua charitate creſcamus &c.*

Bernardus Tolet. Episc. obiit, cui Raimundus ſuccedit.

20. Hoc anno Bernardus Toletanus Epiſcopus, de quo ſupra loquuti ſumus, Toleti obiit, & quidem menſe Aprili æra 1166., ut Sandovallius in Alphonſo ſeptimo pag. 133. ex monumentis Toletanæ Eccleſiæ collegit; eique Raimundus ejusdem ordinis, Benedictini ſcilicet, ſucceſſor datus eſt, ex Oxomenſi Eccleſia translatus, ut ad hunc annum adnotat Pagius; ubi in eam rem alia & de mutuis inter chriſtianos, & Saracenos ibidem degentes cladibus adnotat; hoc unum ſcire juvabit, Saracenorum vires hoc, & ſequenti ſeculo imminutas adeo fuiſſe, ut inde non multo poſt tota Hiſpania penitus exciſi, & ejecti fuerint.

JESU CHRISTI an. 1129. Honorii II. Papæ an. 6. Joannis Comneni Imp. 12. Lotharii Regis 5.

Honorius Papa Beneventum redit, gesta ibidem.

Murat. rer. Ital. tom. 5. pag. 106.

Pagi not. 4.

1. Hoc anno Honorius Papa *Beneventum venit, menſe Auguſto*, ait Fulco; *Franconem Abbatem monaſterii Sanctæ Sophiæ conſecravit, & precatur Beneventanos, qui communitatem fecerant, ut prædictum Potonem Spitametam cum jam dictis civibus, quos de civitate ejecerant, in civitatem revocarent Beneventum, quod obtinere non potuit. Unde Apoſtolicus valde iratus de Benevento exivit, & ad vicum quemdam, qui dicitur Leocabante, ſeceſſit, & rogavit prædictum Ducem Rogerium, qui ibi morabatur, ut in Menſe Majo venturo* (anni sc. 1130. ante quem menſem Honorius e vivis exceſſit), *cum exercitu veniret, quod Dux ille ſacramento juravit taliter facturum. Inde Apoſtolicus ad caſtrum Ceppalluni adivit, & civitatem prædari fecit, & ſic valde iratus Romam repedavit.* His addit Fulco eodem anno corpora SS. Januarii, Feſti, & Deſiderii ab Roffrido Beneventano tunc Epiſcopo in Baſi-

Baſilicam, *quam Gualterius Tarentinus Archiepiſcopus pro Sanctorum illorum honore* conſtrui fecerat, tranſtuliſſe. *Nobis videntibus, & de illorum oſſibus oſculantibus*, ait is auctor. Jesu Chr. an. 1229.

2. Inter Honorii Pontificis geſta, id adhuc adnotandum reſtat, quam maxime ſollicitum eum fuiſſe, ut Orientalis Eccleſia, quæ jamdiu ſchiſmate ab Romana, & Occidentali disjuncta erat, ad Eccleſiæ Romanæ, & univerſalis ſocietatem, & communionem revocaretur; datiſque ad Comnenum Imp. litteris, ut tanto operi perficiendo opem ferret, excitavit. Pontificis quidem litteræ non extant, at duæ Imperatoris ad eum datæ ſuperſunt, quas hoc anno ex ſubſcriptionibus ſcriptas fuiſſe conjicit eruditus editor, qui eas ex ſecretiori archivo Arcis Hadrianæ, vulgo S. Angeli, cum nonnullis aliis ejuſdem Imperatoris Joannis Comneni epiſtolis, & diplomatibus vulgavit in appendice ad Pepanum eruditum seculi decimiſexti ſcriptorem Græcum, qui adverſus Græcorum errores, & ſchiſma Commentarium ſcripſerat; quod opus ab Bernardo Stephanopolo in latinum translatum, præfatione, & appendice auctum in lucem edidit Amadutius, ibique duas Joannis Comneni epiſtolas ad Honorium II., in appendice vulgavit; Quarum prima ſe ad concordiam cum latinis ineundam invitatum fuiſſe prodit; nec ab ea amplectenda, ſervandaque alienum ſe eſſe teſtatur, ac ambæ obſequii, reverentiæque erga Rom. Pontificem non obſcura indicia exhibent, atque primam ab pervulgata exorditur ſententia, qua conſtat, res quaslibet duabus ſubjacere poteſtatibus; Spirituali ſcilicet a Deo & Jeſu Criſto Apoſtolis, ejusque ſucceſſoribus data, & Seculari, & ipſa a Deo conceſſa, qua res humanæ reguntur, quæ quidem etſi inter ſe diſtinctæ ſint; *Unitæ*, ut ſubdit, *atque connexæ comodiores fiunt, altera alteram adjuvante, & ſupplente utraque alterius defectum &c.* atque has duas poteſtates Chriſtum deſignaſſe addit, dum duos oblatos gladios, eoſdem ſufficere dixit. Hinc laudat Pontificem, eo quod legatis Conſtantinopolim miſſis, hanc inter utramque Eccleſiam, unionem renovare ſatageret, & ut incoeptum opus compleret, excitat; cui ſe quoque manum daturum, eaque de cauſa legatos miſſurum ſpondet; *Quia igitur*, ait *& noſtra pietas e veſtigio ſequens tuam ſanctitatem ſua ſubintulit ad expletionem hujuſmodi ſalutaris ſtudii, ſicut*

Honorii Papæ epiſtolæ ad Imp. & Imperatoris ad Honoriū.

Amaduzzi Append. ad Pepan. to. 2. pag. 376.

etiam per tuos prudentiſſimos diſces legatos, & per eum eis miſſos illuſtres viros ex Imperio noſtro; Reſtat itaque tuam quoque praecelſam Beatitudinem, quae coepit, hujuſmodi coeptum, finem quoque ponere coeptui competentem &c. Valeat ſecundum animum ſimul & corpus tua pratioſitas, & pro noſtra pietate ferventius oret. Miſſa a Deo cuſtodita civitate (ſeu Conſtantinopoli) *menſe Aprili quartae indict.*, Ejuſdem argumenti eſt Epiſtola altera ejuſdem Imperatoris Joannis Comneni ad Honorium, qua ſe ſcripturam de concordia ineunda accepiſſe narrat quae ſane *rerum veritati conſtitit, concurrens & gravitati, & magnitudine tuae ſacrae prudentiae vere perdignum. Quid enim aliud verae Eccleſiae unitate convenit nos chriſtianos majoris pretii facere, vel qua plus alia re ſervire pacis datori Chriſto*, poſſumus ſubintellige, qui ut pacem Mundo daret, ſemetipſum exinanivit, ut ibidem Imperator proſequitur; Atque unam eſſe Eccleſiam, quam *Salvator proprio ſanguine redemit*; nulli ignotum eſſe, ait, quam Eccleſiarum unionem etſi ſaepe auctor malignitatis, perverſique homines violare conati ſint: *Salvatoris invicta virtus* addit, *quae in Petra fidei per Apoſtolos hanc aedificavit, & rurſus & ſaepius maligni argumenta diſſolvere potuit, & conantes divinam illam tunicam diſcerpere convenienter conteret, atque deſtruet hominum conſilia &c.* Atque *hoc tuae ſanctitatis laudabile divinumque vere ſtudium atque conſilium, Imperium quoque noſtrum gratum habens, & veneratione dignum judicans, ad praeſentem reſpexit ſcripturam*, ac ſe mentem ſuam legatis ejus verbis, & ſcriptis aperuiſſe ſubdit; *Modum vero acceptionis*, (ſeu ineundae concordiae) *certius agnoſces per miſſum illuc illuſtriſſimum, & fideliſſimum hominem noſtrae piae manſuetudinis*, reſponſionis tarditatem excuſat, & munera tunc miſſa deſcribit, ut ibidem videre eſt; Cur haec exitum non habuerint, ſubſequta paulopoſt Honorii mors, ac ſchiſma inde in ſucceſſoris electione exortum in cauſa fuit; De aliis ejuſdem Imperatoris Joannis, vel Emmanuelis Comneni epiſtolis ad Alexandrum tertium, ad Corradum, vel ad Fridericum Imperatores, alioſque ſuo loco infra ſermo fiet.

pag. 383.

Rogerius Apuliam, & Calabriam ſibi ſubiicit.

3. Rogerius autem qui anno proximo Apuliae, & Calabriae inveſtituram ab Honorio Papa obtinuerat in Siciliam reverſus, *cum tempus egrediendi in hoſtem opportunum ſucceſſiſſet, collecta rurſus militari expeditione, fretum quod Pharum dici-*

dicitur tranſmeavit; ait Alexander Abbas Teleſinus, quem Beneventum cum Honorio Papa adfuiſſe vidimus; Hanc autem expeditionem Rogerius hoc anno ſuſcepit, ut Apuliæ & Calabriæ Proceres, qui inter ſe eas provincias partiti fuerant, ſibi ſubjiceret, quod multa cum celeritate, & felicitate perfecit; ut pluribus idem Alexander narrat; & ſane Tancredum de Brunduſio, Robertum de Grantimonia ex Montealto, Grimoaldum ex Bari, Rainalphum Troja, Robertum Capuana aliiſque civitatibus, & oppidis ejecit: *Atque ita*, ut ſubdit auctor, *omnis ei Apulia ſine ulla contradictione ſubmittitur*; His geſtis Optimatos omnes congregavit; *Simulque eos jurare compulit*, ait auctor, *ut ab ipſa hora, & in antea juſtitiam, & pacem tenerent &c.* & reverentiam eccleſiaſticis perſonis, & rebus earum, videlicet Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Monachis omnibuſque Clericis exhiberent, juſſit; deinde in Siciliam rediit, ait auctor.

Murat. ut sup. p. 619.

lib. 1. c. 16. ad 24.

Catalaunenſe Conciliū.

4. Dum Matthæus Albanen. Epiſcopus, & Apoſtolicæ ſedis in Gallia legatus, ſuo munere fungeretur, Catalaunenſe concilium eo anno celebravit. *In die Purificat. B. Virginis*, ut Albericus hoc in chronico refert; *Ubi* de conſilio B. Bernardi Abbatis Henricus *Verdunenſis Epiſcopus Epiſcopatum dimiſit, & factus eſt Epiſcopus per biennium quidam Abbas S. Dioniſii Remenſis*. Rem geſtam narrat coævus auctor hiſtoriæ Epiſcoporum Virdunenſium apud Dacherium; ac adnotat, Henricum Virdunenſem Epiſcopum, ab Clero ſuo apud Honorium Papam accuſatum fuiſſe; Pontificem vero eum in urbem evocaſſe. Quare Henricus *fultus muneribus & excuſationibus Romam venit, Cardinales ſibi concilians, ante Papam in jus ſletit* ait auctor, cumque nihil definitum ibidem fuiſſet, cauſa integra ad Matthæum in Galliis legatum remiſſa eſt, a quo ad concilium Catalaunenſe mox celebrandum revocata: antequam concilio ſe Henricus ſiſteret, Bernardum Abbatem conſuluit, quid ſibi agendum eſſet; Is vero ut ſponte Epiſcopatui abrenunciaret conſuluit, ne cum ignominia ejiceretur; Quare Henricus *eo præloquente adſtans concilio dixit ſe nolle invitis præeſſe, inde baculum reddidit, ac recedit anno 13. ex quo ſuſceperat eum de manu Ceſaris*, cui Urſio S. Dioniſii Remenſis Abbas ſucceſſor datus eſt; Concilio præter Trevirenſem, & Remenſem Archiepiſcopos, alii Epiſcopi plures adfuerunt cum

to. 12. p. 310.

Henricus Virdun. Epiſcop. renunciat.

Jesu Chr. an. 1129.

Abbatibus, inter quos eminebat Bernardus; *Cujus conſilio Regna, & Eccleſiæ Galliarum hodieque innituntur*, *ait* is auctor.

Concilium Londinense Clericorum concubinis favet.

Labb. to.10. pag. 942. Vilkins Conc. Britann.to.1. pag. 411.

5. *Anno Domini* 1129. *Rex Anglorum Henricus tenuit concilium magnum ad Kal. Auguſti apud Gaudoniam* ait Huntindonenſiis lib. 7. *de uxoribus Sacerdotum probibendis*; quas Pariſius focarias vocat; Interer̃ant ſiquidem illi concilio Villelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus, & Turſtanus *Archiepiſcopus Eboracenſis*, *Alexander Gincolienſis Epiſcopus*. *Hi columnæ erant regni, & radii ſanctitatis hoc tempore. Verum Rex decepit eos ſimplicitate Villielmi Archiepiſcopi: conceſſerunt namque Regi juſtitiam de uxoribus Sacerdotum, & improvidi babiti ſunt, quod poſtea patuit, cum res summo decore terminata eſt. Accepit enim Rex pecuniam infinitam de Preſbyteris, & redemit eos. Tunc, ſed fruſtra, ſuæ conceſſionis pœnituit Epiſcopos, cum pateret in oculis omnium gentium deceptio Prælatorum, & depreſſio ſubjectorum*. Eadem narrant Matthæus Pariſius, & chronicon Saxonicum, ubi ad feſtum S. Michaelis conveniſſe traditur ac ab die Lunæ uſque ad diem Veneris in ſynodo Epiſcopos perſeveraſſe, ibique ab Epiſcopis cautum, ut Archidiaconi, & Presbyteri uxores ante feſtum S. Andreæ dimitterent, *& qui illud non faceret privaretur ſua Eccleſia, ſuaque domo, nec umquam poſtea ibi ſuo munere fungeretur* . . . . . . *Sed Rex iis omnibus veniam dedit domum redeundi, adeoque domum reverſi ſunt, nec ullam vim habuerunt omnia illa decreta, cuncti retinuerunt ſuas uxores Regis venia ſicuti antea fecerant*; ſicque cum Regis venia in luxuriis ſuis perſeverarunt. Feliciori ſucceſſu adverſus concubinarios clericos Hiſpaniarum Epiſcopi decertarunt; qui hoc anno Palentiæ jussu Alphonſi Regis in prima Quadrageſimæ hebdomada congregati, inter cetera ſtatuerunt, ut concubinæ clericorum ubique ejicerentur.

Paletinum concil. concubinarios Clericos damnat.

Aguirre concil. Hiſpan.

JESU CHRISTI an. 1130. Innocentii Papæ II. an. 1. Lotharii Regis 6. Joannis Comneni Imp. 13.

Honorii II. Papæ obitus.

1. Turbulentiſſimum Chriſti ann. 1130. ingredimur, quo poſt Honorii Papæ obitum, dirum in Romana eccleſia ſchisma exortum eſt; Honorius quippe hoc anno *defunctus eſt Romæ*,

mæ, in eccleſia Sancti Salvatoris, digno cum honore ſepultus decimoſexto Kal. Martii, ait Cardinalis de Aragonia in ejus vita; *feria vero ſexta initio Quadrageſimæ* eum obiiſſe ſcribit Lucenſis Archiepiscopus in epiſtola ad Archiep. Mariemburgenſem apud Eccard. tom. 2. pag. 355. quod hactenus a nemine adnotatum invenio, ait Pagius. Annos quinque, menſem unum, dies 25. si eidem fides eſt, Romanam ſedem tenuit, & pluribus Romæ Presbyterorum, Diaconorum ordinumque minorum ordinationibus factis, uti Pandulphus Aragonius, & Bernardus Guido Litteris prodidere.

Murat. rer. Ital. tom. 3. pag. 422.

Innocentius II. & Anacletus Roman. Pontifices electi.

2. Honorio defuncto, & ſepulturæ tradito, *Dominus Innocentius electus eſt*, ait Fulco in chronico Beneventano. *poſt Innocentium die ipſo ad horam tertiam Petrus Portuenſis Epiſcopus Petrum filium Petri Leonis elegit pro Anacleto. Deinde Innocentii illius electionem damnantes Anacleti Pontificis electionem confirmabant: cumque Leo Frangenſpanem, qui partem Innocentii ſequebatur electionem Anacleti audiviſſet, cœpit Romanos Cives fideles ſuos, & amicos exhortari, ut ejus faverent auxilio. Inde Leo germanus præfati Anacleti, Ærario aperto, totum fere Populum Romanum rogavit, ut juxta vires fratris electionem tueretur, quod & factum eſt. Sicque ab utraque parte graviter civile bellum ſæviſſimum incœptum eſt.* Ait auctor, Sugerius vero in vita Ludovici *Majores, & ſapientiores Rom. eccleſiæ ad removendum eccleſiæ tumultum*, ad Sanctum Marcum convenientes, *timore tumultuantium Romanorum antequam publicaretur domini Papæ deceſſus, perſonam venerabilem Cardinalem de S. Angelo diaconum Gregorium ſummum eligunt Pontificem. Qui autem Petri Leonis parti favebant, ad S. Marcum, pro pacto alios imitantes convenerunt, dominique Papæ morte comperta ipſum eumdem Petrum ſerius Cardinalem presbyterum, multorum, & Epiſcoporum, & Cardinalium, & Clericorum, & Romanorum nobilium conſenſu votive elegerunt*. Feſtinate, & præproperæ electionis cauſam hanc fuiſſe hiſtorici tradunt, ſcilicet; ut Petrum Leonem, qui totis viribus Pontificatum obtinere nitebatur, ab eo excluderent.

Cur feſtinanter Innocentius electus eſt.

3. Cardinales *qui cum Cancellario* (Aymerico ſcilicet S. Mariæ novæ Cardinali) *aderant*, ait chronographus Mauriniacenſis, *& Honorio infirmanti aſſederant, Gregorium quem-*

Jesu Chr. An. 1130. *quemdam ſcientia ac religione præclarum ſibi præficiunt, & nimis feſtinanter, ut a quibuſdam dicitur, Pontificalibus induunt inſignibus. Id illius gratia diſpenſatianis factum dicunt, ut Petrum quemdam, qui ſeculariter ad Papatum videbatur aſpirare, ſpe ſua fruſtraretur.* Paulopoſt: *Mortuo Honorio potentiſſima fratrum ſuorum, familiæque quam maxime numeroſitate fretus, & Portuenſis Epiſcopi cujuſdam litteratiſſimi, & ſicut putabatur religioſiſſimi ſenis impetu animatus, Pontificatus culmen arripit, Cleri populique non parva multitudine ſibi conſentiente. Id in Eccleſia Dei ſeminarium maximi ſchiſmatis erat.* Priorem tamen Innocentii electionem fuiſſe uno ore hiſtorici conſentiunt: præterea ab electorum parte maxima, aut ſaltem digniore factam, ac celebratis jam Honorii exequiis in ſupracitata epiſtola adnotat Lucenſis Archiepiſcopus; *Itaque cum hæc talia præſenſiſſent,* conventicula ſcilicet ab Petro Leone celebrari, ut Pontificatum uſurparet; *ii quorum corda Deus tetigerat, eccleſiæ periculum expaveſcentes, & tempeſtatis procellas jam intumeſcentes, cum Papa Honorius in VI. feria de initio quadragenſimæ ad patres ſuos appoſitus eſſet, celebratis exequiis pro neceſſitate loci & temporis, non tamen ex more ſicut oportebat, cum calamitatis tempeſtas inſtaret, de octo perſonis ad electionem electis Præneſtinus, Sabinenſis B. Rufus, A. Cancellarius, quintum Gregorium Cardinalem Diaconum Sancti Angeli invitum & omnibus modis renitentem, cum religioſis viris Epiſcopis, Cardinalibus, Presbyteris, Diaconibus, & Subdiaconibus, in ſummum Pontificem elegerunt &c.* Eadem fere de Innocentii electione tradunt auctores vitæ ejus Bernardus Guido, Pandulphus Piſanus, Cardinalis de Aragonia, ceteris autem fuſius Arnulphus Sagienſis Archidiaconus, poſtea Epiſcopus Lexovienſis in tractatu de schiſmate tunc exorto; Rem denique geſtam datis ad Lotharium Germaniæ, & Italiæ Regem expoſuerunt tum Cardinales Romani, cum ceteris fratribus, cum idem Innocentius in ſuis litteris ad eum datis, quas ex Uldarico recitat Eccardus.

Eccardi ut ſup. p.355.

Murat. to.3. pag. 433.

to.2. collect. ſcript. pag. 358.

De Innocentio ſecundo quis fuerit.

4. Hic porro electus Pontifex Innocentius ſecundus, natione Romanus fuit, ex regione Tranſtiberina, ſeu *Papiæ natus*, ut ait Oldaricus lib 2. Gregorius dictus, Diaconus Cardinalis S. Vincentii, ut ait Bernardus Guido in ejus vita, vel

vel Sancti Angeli; ut ait Aragonius, monachus ante Lateranenſis; idemque Abbas S. Nicolai, & primitivi ordinis S. Benedicti, ut ex veteri Codice archivii Sanctæ Praxedis refert Baronius; Benedictini tamen ordinis eum non fuiſſe, ait Mabillonius & unum ex Canonicis regularibus, qui eo jam tempore Lateranenſem Baſilicam tenebant, dicit Pagius, idque ex Oldoino, & Raſponio confirmat, ut ibidem nota 3. videre eſt; Hunc itaque; *Virum honeſtum, moribus compoſitum, Deo, Deumque timentibus carum in ſummum Pontificem elegimus* (ajunt Cardinales electores in ſupracitata epiſtola ad Lotharium) *in eccleſiam Lateranenſem conſtipatum catervis fidelium deduximus, & in ſede ſumma poſitum nos & infinita religioſorum turba honoravimus ac inde Palatium deductum, Pontificalibus inſignis exornarunt*; quem corporis habitus, faciei hilaritas, vox blanda, vitæ fideique integritas a primoeva ætate ſervata, Pontificatu dignum reddiderant, ait Arnulphus Sagienſis, quam vero in laudibus Innocentii celebrandis, eo magis in Petri Leonis, ſeu Anacleti vituperatione diffuſus eſt Arnulphus; ſcribit enim infantia vix egreſſum, tantæ eum ſuperbiæ petulantiæque fuiſſe, *ut ejus ortu ambitione, vitaque præcognitis, ipſum eſſe Antichriſtum univerſitas gentium paſſim & publice teſtaretur*, ut pote ex Judæis ortum. Unde etiam Bernardus Imperatorem excitans ad ſchiſmaticos comprimendos, *Judaicam ſobolem* dicit: ut autem ſub ovina pelle ſe obtegeret, ac vitia anteactæ vitæ occuleret Cluniacenſis monachus factus tamdiu delituit, quamdiu Romam reverſus Cardinalis Patre, fratribuſque annitentibus ab Calliſto ſecundo creatus fuit, variis legationibus perfunctum ſcelera plurima utique patraſſe; in luxuriis vero eousque indulſiſſe addit, ut ſexum utrumque foedaret, nec ſorori Tropeæ pepercerit, nepotumque pater, & filiorum avunculus fuerit; *Jam nec Judæus quidem ait, ſed Judæo etiam deterior, nullo ſexuum, nullo loci, vel temporis, nullo profeſſionum &c.* reſpectu habito. Quis autem hic, aut unde fuerit nemo accuratius quam chronographus Mauriacenſis prodidit. *Fuit hic Petrus, Petri filius, filii Leonis*, *Leo vero* Petri junioris, ſeu Anacleti Pſeudopapæ avus, *a Judaiſmo Paſcha*, ſeu tranſitum, *faciens ad Chriſtum a Leone*, Papa nono, *baptizari, & ejus nomine meruit inſigniri*; *Hic vir, qui ſcientiſſi-*

Mabill. l.75. n.82.

De Petro Leone, ſeu Anacleto Antipapa.

epiſt. 119.

Jesu Chr. An. 1130.

tiſſimus erat, in curia Romana magnificus effectus, genuit filium, nomine Petrum, magnæ famæ, magnæque potentiæ poſt futurum. Ejus tempore *inter Regem Teutonicorum & Romanam eccleſiam illa turbulentiſſima orta eſt ſeditio, in qua vir ille tantum armis ſtrenuus, conſilio providus & eccleſiæ Romanæ fidelis extitit, ut ei cum ceteris munitionibus, quæ Romæ ſunt, illum quoque quæ illius urbis videtur obtinere ſimilitudinem, turrim dico Creſcentii, quæ a parte Galliarum in capite Tiberini pontis ſita eſt, Papa committeret, & eum præ ceteris familiarem haberet. Hac occaſione mirabiliter excreſcens, quotidie ſicut melior efficiebatur, & divitiis, poſſeſſionibus, honoribus augmentabatur*. Hæc de Petro, Leonis parente is auctor, qui addit multos utriuſqne ſexus liberos ipſum genuiſſe, in his Petrum Leonis de quo agimus, qui pergit chronographus, *ſtudii gratia Gallias, atque Pariſios adiit, & cum repatriaret, apud Cluniacum ditiſſimum atque ſanctiſſimum cœnobium monachilem habitum induit. Aliquantis per inibi regularibus inſtitutionibus imbutus, a Papa Paſchali II. patris admonitione retrahitur ad curiam, & Cardinalis effectus, tempore Callixti Papæ, cum eodem Gregorio* qui poſtea Innocentius II. *miſſus ad Gallias, Carnoti Belvacique concilia celebravit. Mortuo Honorio, potentiſſima fratrum ſuorum, familiæque quam maximæ numeroſitate fretus, & Portuenſis Epiſcopis cujuſdam litteratiſſimi, & ſicut putabatur, religioſiſſimi ſenis impetu animatus, pontificatus culmen arripit, cleri populique non parva multitudine ſibi conſentiente*.

Anacletus urbis Eccleſias deprædatur.

Innocentius in Gallias tranſit.

5. His itaque de utriuſque electione, vitæque meritis expoſitis, quæ inde ſecuta ſint jam videamus; Itaque cum dirum ſchiſma exortum eſſet, etſi Innocentius a majori, & ſaniori Cardinalium parte electus eſſet, quorum nomina, & titulos Cardinalis de Aragonia recenſet, cui Pandulphus, & Bernardus Guido in vita Innocentii conſentiunt; cum præcipue tres ex iis, qui Anacleti electioni conſenſerant, ad Innocentium converſi ſunt, videlicet *Deſiderius S. Praxedis, Guitifretus S. Vitalis, & Sanctæ Sabinæ; Petrus* tamen *cum ſectatoribus ſuis humilitatem Innocentii parvipendens*, ait Pandulphus hoſtiliter fecit aggredi *Frangipanenſium loca & caſtra, in quibus ſe Innocentius cum Cardinalibus receperat. Sed quia ſit*

ſic nihil profecit, cum manu armata Eccleſiam B. Petri Apoſtoli adiit, & per violentiam habitam aureum crucifixum, pendenteſque coronas auri & argenti lapidibus pretioſis ſpoliavit, Cyborium quoque, quod S. Leo Papa conſtruxerat, deſtruxit. Hoc idem ad S. Mariam Majorem magno theſauro ditatam, & aliis Urbis Eccleſiis fecit, cum quo theſauro poſtquam pene omnes Romanos corrupiſſet, Innocentius Papa nullum ſubſidium in Urbe habens, cum Cardinalibus in duabus galeis tranſivit in Franciam, & a Rege Francorum honorifice receptus eſt; eadem narrat Guido, ac fuſius Cardinalis de Aragonia, qui addit in urbe Corradum Sabinenſem Epiſcopum ab Innocentio relictum fuiſſe, ceteros vero Gallias profectos fuiſſe Cardinales; cum vero Piſis primum cum eo applicuiſſet: *Ibi aliquamdiu moram faciens, de gravi guerra, quæ inter Piſanos, & Januenſes agitabatur, firmam treguam Domino cooperante componit*; ac inde diſcedens, *& per Januam tranſiens, apud S. Ægidium, in Gallias proſpere applicavit.*

JESU CHR. AN. 1130.

Innocentius pacis ſequeſter inter Piſanos, & Januenſes.

De deprædatione Eccleſiarum urbis.

6. Quanto cum Eccleſiæ ſcandalo Anacletus Antipapa, ejuſque factionis aſſeclæ urbis Eccleſias deprædati ſint, in vita Bernardi Clarevallenſis Abbatis, narrat Eraldus, ſive Bernardus Bonæ Vallis, qui poſtquam utriuſque ordinationem, diverſaque utriuſque merita narravit, de pecunia in vulgus ab Anacleto ſparſa, hæc addit. *Nam Petro tam propria generis virtute, quam adhærentium ſibi affinitate multitudo tanta erat, ut fere tota eum civitas ſequeretur, vel pecunia, vel commodis obligata Congregaverat ſane opes innumeras, tam in exactionibus Curiæ, quam in legationum negotiationibus, quas ad expectandas nundinas reſervaverat. Inſuper & paterni cenſus ampla congeries eatenus ſigillata, modo diſtributa in populum, ad fas & nefas venalem plebem armaverat. Quibus erogatis, donaria Regum in ornamentis Eccleſiæ, ab ipſis evulſit altaribus, & cum calices frangere, & crucifixos aureos membratim dividere ipſi profani Chriſtiani vel timerent, vel erubeſcerent, Judæos ajunt eſſe quæſitos, qui ſacra vaſa, & imagines Deo dicatas audacter comminuerunt. Igitur quiſque pro modo ſuo ſecundum majus & minus conducti ad ſcelus, ſacramentis generalibus publice Petro vendiderunt aſſenſum, & in omnem ſanguinem manus expoſuerunt & arma, & quotidianis congreſſibus partem quæ cum Innocentio erat, maledictis inſectabantur*

JESU CHR. AN. 1130. *tur & gladiis &c.* Bernardus etiam in epiſtola ad Romanos cum jam Eugenius tertius Rom. Pontifex eſſet, de eadem Eccleſiarum deprædatione paulo ante peracta, hæc commemorat. *epiſt. 143.* *Recordare qua cauſa, quo fine per quos, & in quos uſus non longe ante hos dies, cunctarum, quæ in te ſunt, eccleſiarum omnis ornatus & cenſus profligatus eſt, quidquid in altaribus, & in altarium vaſis, quidquid in ipſis ſacris imaginibus auri & argenti reperiri tunc potuit, manibus impiorum direptum, & aſportatum eſt. Quod ex his omnibus tu in tuis nunc marſupiis invenis? porro decor domus Domini irrecuperabiliter periit. Et nunc quid tibi viſum eſt, iterare malitiam, innovare denuo ſuper te dies malos?* eo quod infenſi adhuc Eugenio eſſent; atque ex his ſatis patet, Anacletum, qui aliunde in ovile ovium intraverat, furem fuiſſe & latronem, non alia ratione intruſum, niſi ut oves mactaret, & diſperderet, domumque Dei diriperet.

Innocentius Papa ubique fere pro Roman. Pontifice habitus.

7. Sed ad Innocentium in Galliis degentem redeamus. qui cum legatos ſuos præmiſiſſet, ut Matthæo, qui ibidem Apoſtolica legatione fungebatur, ſociati, cauſam ſuam tuerentur, ubique, tamquam Romanus Pontifex cum honore exceptus fuit, probatuſque non ſolum ab Ludovico Galliarum Rege, ſed etiam ab Henrico Anglorum, & Lothario Germanorum, ut ex dicendis conſtabit. *Præmiſſi in Gallias fuerant nuncii*, ait Eraldus Bonæ Vallis in vita Bernardi; *Bernardi op. tom. 6. lib. 2. cap. 1.* *qui Gallicanæ eccleſiæ intimarent negotii veritatem, & hortarentur Epiſcopos, ut in ultionem præſumptionis accigerentur, & damnata parte ſchiſmatica, ſubſcriberent unitati. Necdum vero ad plenum tenor operis innotuerat Epiſcopis, nec privatim quiſquam commodare præſumpſit aſſenſum, donec collecto Stampis generali conventu, in commune decernerent, quid reciperent, quid damnarent. Neque enim Francia, cæteris regionibus proclivibus ad ſchiſmata, aliquando tali factione fœdata eſt, nec malignorum acquievit erroribus, nec fabricata eſt in Eccleſia idolum, nec venerata in Petri cathedra monſtrum: neque enim talibus in cauſis principalia aliquando eos tenuerunt edicta, aut generalibus utilitatibus privata commoda prætulerunt, nec declinantes in partem perſonis detulere, ſed cauſis. Convocato igitur apud Stampas Concilio, Abbas Clarevallenſis Bernardus ſpecialiter ab ipſo Francorum Rege, & præcipuis quibuſque Pontificibus accerſitus, ſicut poſtea fatebatur, non mediocriter pavi-*

pavidus & tremebundus advenit, periculum quippe, & pondus negotii non ignorans. In itinere tamen conſolatus eſt eum Deus, oſtendens ei in viſu noctis Eccleſiam magnam concorditer in Dei laudibus concinentem, unde ſperavit pacem ſine dubio proventuram. Ubi vero ad locum ventum eſt, celebrato prius jejunio, & precibus ad Deum fuſis, cum de eodem verbo tractaturi Rex & Epiſcopi cum principibus conſediſſent: unum omnium conſilium fuit, una ſententia, ut negotium Dei, Dei famulo imponeretur, & ex ore ejus tota cauſa penderet. Quod ille timens licet & tremens, monitis tamen virorum fidelium acquieſcens ſuſcepit, & diligenter proſecutus electionis ordinem, electorum merita, vitam & famam prioris electi, aperuit os ſuum, & Spiritus ſanctus implevit illud. Unus ergo omnium ore locutus, ſuſcipiendum ab omnibus Summum Pontificem Innocentium nominavit, & ratum eſſe, omnes pariter acclamarunt. Hæc Bernardus, eademque Arnulphus Sagienſis Diaconus ad Geraldum Engolimenſem Epiſcopum ſchiſmaticum, ibique narrat Ludovicum Francorum Regem Epiſcopis congregatis ac Clero regnique Majoribus, Concilium apud Stampas, oppidum Lutetiam inter & Aurelianum ſitum congregaſſe ut ibidem utriuſque cauſa, & electio in Romanum Pontificem diſcuteretur; *Cui concilio*, ad Girardum ait Sagienſis Epiſcopus, *Quoniam intereſſe, non poteras, cum litteris tuæ deformitatis imagine conſignatis nuncium deſtinaſti: Utramque te noviſſe perſonam, & electionis ordinem plenius exquiſiſſe, proculdubio cum Innocentio Papa ſtare juſtitiam, eo quod plane vir eſſet honeſtatis egregiæ, & ipſius electio prima tempore, & a præcipuis Romanæ Eccleſiæ fuerat celebrata perſonis*, & iterum, *aderant autem ibidem venerabiles, quæ Romæ fuerant ſub eadem tempeſtate perſonæ, quæ rerum ſeriem plane cognoverant, præſertim quæ oculata fide ſingula percepiſſent. Habebantur quoque ſuper hoc ipſo, & aliarum, quæ non aderant ultro delegata teſtimonia, ſimul & perſuaſiones perſonarum, quas Spiritum Dei habere certa fides eſſet &c.* quare utriuſque electione examinata, *cum in Papam Innocentium inſpirante Domino conveniſſent, ipſi ſtatim de obedientia tua, & debita ſubjectione ſcripſiſti*; ajebat Arnulphus ad Giraldum, & Engolismenſem Epiſcopum, qui Anacleti ſchiſma ſequebatur, quem ideo ſtylo ſuo inſectatus eſt, de quibus infra redibit ſermo.

Stampenſe concilium Innocentii ordinationē confirmat.

8. In-

JESU CHR. AN. 1130.

Occurſus Regis Franc. & Anglorum ad Innocentium Papam.

6. Interea cum in Stampenſi concilio Innocentii Papæ electio legitima agnita fuiſſet, & confirmata, Petri autem Leonis tamquam ſchiſmatica reprobata, Ludovicus Francorum, & Henricus Anglorum Reges, Innocentio occurrentes, eumdem univerſalem eccleſiæ paſtorem venerati ſunt, ut Sugerius S. Dionyſii Abbas teſtis coævus, & oculatus, narrat, cum enim, uti animadvertit, tantæ rei cognitio ad Epiſcopos, & Abbates delegata fuiſſet; iique in Stampenſi concilio Innocentii electionem confirmaſſent: *Tanto exhilarati ſuffragio*, ait, *cum gratia, & benedictione Domino Regi per nos referentes, ad propria remiſerunt. Ut autem ad Sanctum Benedictum ſuper Ligerim deſcendit, dominus Rex cum Regina, cum filiis ei occurrens, & nobilem diademate ſæpius ornatum verticem, tamquam ad ſepulchrum Petri inclinans, pedibus ejus procumbit, & catholicum affectum, & devoti ſervitii effectum ei, & Eccleſiæ promittit. Cujus exemplo, & Rex Angliæ Henricus ei Carnotum occurrens, devotiſſime pedibus ejus proſtratus, votivam ſui, ſuorumque & terræ ſuæ ſuſceptionem, & obedientiæ filialis promittit plenitudinem.* Hæc Sugerius de rebus geſtis ibidem uſque in annum ſequentem.

Bernardus Henricū Angliæ Regem confirmat.

9. De utriuſque Regis ad Innocentium occurſu, deque Bernardi zelo in tuenda Innocentii cauſa hæc etiam Eraldus Bonævallis in ejus vita adnotat. *In provinciam navigio delatus eſt*, Innocentius, *& Burgundiam tranſiens, Aurelianum pervenit. Ubi occurrentibus Epiſcopis, a Rege piiſſimo Francorum Ludovico alacriter, & honorifice ſuſceptus eſt. Inde a Gaufredo Carnotenſi Epiſcopo magnarum virtutum viro Carnotum deducitur, ubi etiam glorioſus Anglorum Rex Henricus ei cum maximo Epiſcoporum, & procerum comitatu occurrit. Hunc quoque Regem venerabilis Abbas* Bernardus *ad eum præmiſſus adduxit, quem vix perſuaſit Innocentium recipere, ab Epiſcopis Angliæ penitus diſſuaſum. Cum enim omnimodis recalcitraret, & detractaret. Quid times, ait? times peccatum incurrere, ſi obedias Innocentio? Cogita, inquit, quomodo de aliis peccatis tuis reſpondeas Deo: iſtud mihi relinque, in me ſit hoc peccatum. Ad quod verbum perſuaſus Rex ille tam potens, extra terram ſuam domino Papæ occurrit Carnotum*, ait Eraldus, Bernardus etiam paſſim dictus.

lib. 2. cap. 1.

10. Hen-

10. Henrici quidem Anglorum Regis animum variis artibus, fraudibuſque ſuis in Anacleti favorem ſollicitaſſe Gerardum, eidem exprobrat Arnulphus. *De circumveniendo Anglorum Rege Henrico præcipue laborabas, & quia cauteriatam conſcientiam habens, Principi catholico, & ſapienti de ſuſcipiendo Petro Leonis manifeſte ſuggerere non audebas, ut neutrum ſuſciperet mirabili ſolertia ſuggerebas (ita tamen ut in Petrum tua aliquanto proclivior oratio videretur): rem ſtare ſub dubio, multos utriuſque partis eſſe fautores, feſtinaſſe quoſdam, qui jam multa pœnitentia ducerentur: Petri Leonis in civitate inexpugnabilem eſſe potentiam, præſertim qui munitionibus maximis, qui pecunia plurima, qui denique parentum multitudine maxima fulciretur &c.* & poſt aliqua, in eamdem rem, ut interea diſſimularet, reique exitum expectaret, ſuggeſſit, at ut ſubdit Arnulphus *Agnovit Rex ſapiens latentem in ſermone ſerpentis aſtutiam, & venenum ſub melle reconditum, quia ſcilicet ipſa non bona fide conſulentis animo mandaveras, ſed fallentis, ut dominus Papa prius qualibet arte fraudulenter excluſo, ad loquendum pro Petro tibi commodior aditus appareret &c.* quem ut audivimus Bernardi zelus, & auctoritas in officio continuit, iisdemque artibus Hiſpanorum quoque Regis animum ab Gerardo ſollicitatum fuiſſe addit is auctor, hæc ſubdens: *Cum autem Girarde Regibus Hiſpanorum, Britannorumque Principibus eadem ſuggerendo mandaſſes, & ſperatos fructus concinnata tibi mendacia non referrent &c.* tunc ad vicinos ſe ſe convertit, & Pictavienſem Comitem ſeduxit, de quibus infra cum de Anacleto ſermonem inſtituemus.

Geraldus Engoli m. Episc. Henrici animum sollicitat.

Murat. to. 3. pag. 430.

Henricus Gerardi a cõsilia respuit.

11. Eamdem reverentiam, qua in Galliis, & in Britannia receptus eſt Innocentius, & pro legitimo Pontifice habitus, in Germania, & ab Lothario Rege obtinuit; ut idem Erardus in vita Bernardi Abbatis narrat: *Reverſi interim de Germania Legati domini Papæ, tam Epiſcoporum, quam Regis aſſenſum, & litteras detulerunt, & deprecationem publicam, ut ad eos tranſiens, ſuam eis deſideratam exhiberet præſentiam: facile enim perſuaſi ſunt recipere eum, quem jam cæteri recepiſſent. Sed detinuit eum dilectio, & devotio Eccleſiæ Gallicanæ, & ſinguli, & omnes viſitationem Apoſtolicam expetebant.* His ſubiicit de celebrato per Innocentium tunc in Gallia Remenſi Concilio anno ſequenti, ut ibidem dictu-

Lotharius Germaniæ Rex Innocentii partes sequitur.

Anacleti Antipapæ epist. ad Lothariũ.

Jasu Chr. an. 1130. diſturi ſumus; quot interea in Innocentii cauſa tuenda labores Bernardus ſuſtinuerit, quotque circumquaque litteras ſcripſerit, longum eſſet exſcribere; prima enim in eam rem ſcripta epiſtola ad Hildebertum Turonenſem Archiep. data eſt, qua eum excitat, ut Innocentium pro legitimo Pontifice recognoſcat; Magiſtrum quoque Gaufredum magni nominis theologum, ut Innocentii partes tueretur, excitavit: *Quid enim! tu tibi quieſcis*, ait, *mater tua eccleſia graviter conturbatur, habuit ſua tempora quies, & ſanctum otium hactenus ſua negotia licenter libenterque exercuit. Tempus faciendi nunc*: & de ſeipſo. *Nos in noſtris partibus una cum aliis Dei ſervis divino igne accenſis, Deo cooperante, laboravimus in conveniendo populos in unum, & Reges, ad diripiendum pravorum conſenſum, ad deſtruendam omnem altitudinem extollentem ſe adverſus ſcientiam Dei, nec infructuoſe. Alemanniæ, Franciæ, Angliæ, Scotiæ, Hiſpaniarum, & Hieroſolymorum Reges cum univerſo Clero, & Populis favent, & adhærent domino Innocentio*: & in fine eum ad converſionem Comitis Pictavienſis, per Gerardum Engoliſmenſem Legatum in tranverſum acti his verbis hortatur. *Nec quietis timeas detrimentum, quod non parvo tuæ gloriæ incremento recompenſabitur, ſi fera illa vicina vobis tuo ſtudio manſueſcat, vel obmuteſcat, & tantam Eccleſiæ prædam, comitem dico Pictavienſem, in manu tua Dei pietas de ore leonis eripiat*. ſicuti & de ceteris ab eodem in hac cauſa ab eo peractis.

epiſt. 124. 125.

Anacletus Antipapa Innocentium excommunicat.

12. Anacletus autem in urbe ſubſiſtens, tamquam urbis, & orbis dominus, vanum ibidem aliquamdiu triumphum egit, ac primo Paſchate inſtante, ſeu in Cœna Domini Innocentium ſolemni ritu excommunicavit, & ei adhærentes Cardinales, dignitateque privavit, & alios plurimos, ſed & novos in veteribus titulis ſubſtituit Cardinales: hæc enim ex ejus litteris inferius recitandis patebunt, in quibus nomina ſiugulorum recenſentur. His tunc Romæ peractis, idem per Archiepiſcopum Bremenſem, quem tunc Romæ adeſſe contigit, cupiens conſociare ſibi Principes Anacletus, miſit ad Lotharium Regem has litteras, quas una cum aliis ejuſdem pſeudopontificis litteris hoc anno ad diverſos datis conſervat codex Caſſinenſis, & ex eo Baronius vulgavit: prima ad Lotharium Germaniæ Regem data eſt; qua hæc de ordinatione ſua præfatur. *Veteris amicitiæ memores, & ejus præcipue*,

pue; quæ inter te, & bonæ memoriæ patrem meum longo tempore ſtabili firmitate duravit, dignum duximus nobilem prudentiam tuam Sedis Apoſtolicæ litteris viſitare, & mutuæ affectionis fœdera dignis allegationibus innovare. Quamobrem quanto te arctius charitatis brachiis cupimus amplexari, tanto diligentius de ſtatu Romanæ Eccleſiæ, ſeu de his quæ penes nos ſunt acta, litterarum noſtrarum ſerie dilectioni tuæ intimare curavimus. Obeunte ſiquidem piæ memoriæ Papa Honorio, fratres noſtri Cardinales Presbyteri, & Diaconi cum omni Clero Romano, expetente populo, & indefeſſis vocibus inſiſtente, conſentientibus etiam, juxta tenorem canonum, honoratis, devotis animis, & affectione unanimi invitum me, & viribus imparem concorditer elegerunt, electumque poſtea frater noſter Petrus Portuenſis, convenientibus diverſarum regionum Epiſcopis, ad altare beati Petri, ſub oculis omnium, in Romanum Pontificem celeberrime conſecravit, at de furtiva Innocentii ordinatione a paucis, & perfidis peracta, nonnulla ſubdens, de rebus ſuis, hoc ſubdit. *Sane Clerus omnis Romanus individua nobis charitate cohæret; Præfectus Urbis Leo Frajapanis cum filio, & Cencio Frajapane, & nobiles omnes, & plebs omnis Romana conſuetam nobis fidelitatem fecerunt. Nos quoque quæ officii noſtri ſunt, in Urbe, intus & extra libere exercemus: ordinationes Cardinalium fecimus, & Epiſcopos largiente Deo, conſecravimus. Rogamus itaque nobilitatem tuam, ut ſicut de te ſpem firmiſſimam poſſidemus: pro Romana Eccleſia conſueta debeas inſtantia laborare, & dilectionis tuæ inſignia manifeſtis nos facias effectibus experiri. Hæc enim agens, & Romanam Eccleſiam ſemper obnoxiam, & nos tibi de cætero facies debitores. Nec te, chariſſime, Haimerici quondam Cancellarii, prædonis improbi, ſimoniæ ſervi, ſeu Joannis de Crema hominis turpiſſimi, & incircumciſi, & vere Nicolaitæ, monſtruoſa mendacia moveant; nec fidei tuæ murum eorum vaniloquia, aut venenoſa mendacia penetrent, qui velut Cain a facie Domini fugientes maledicti a terra, fratricidii ſignum meretricia coguntur fronte geſtare. Datum Romæ apud S. Petrum Kal. Maji*. Hæc pſeudopapa Anacletus ad Lotharium Regem.

Jesu Chr. an. 1130.

13. Quod autem exprobrat Innocentio Papæ fugam, eumque hac de cauſa Cain appellat: audi S. Bernardum in epiſtola ad Hildebertum iſta dicentem. *Fugit ille nimirum a fa-*

Fuga Innocentii glorioſa.

JESU CHR. AN. 1130.

a facie leonis ſicut dicit Propheta: Leo rugiet, quis non timebit? Fugie ſecundum præceptum Domini dicentis: Si vos perſecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam. Fugit, & in hoc vere virum ſe Apoſtolicum probans, quod Apoſtolica ſeſe forma inſignierit. Nec enim Paulus erubuit in ſporta demitti per murum, & ſic effugere manus quærentium animam ſuam. Subfugit autem non parcens vitæ ſuæ, ſed dans locum iræ, non ut mortem evaderet, ſed ut vitam acquireret. Merito Eccleſia Innocentio concedit ipſius vicem, quem per eadem veſtigia gradientem cernit. Nec ſane otioſa fuga Innocentii; laborat quidem, ſed honeſtatur in laboribus ſuis. Pulſus Urbe, ab orbe ſuſcipitur; a finibus terræ occurritur cum panibus fugienti &c. Hæc de his Bernardus.

Epistola Cardin. schism. ad Lothariũ.

14. Anacleti ſententiam litteris quoque ſuis ad Lotharium datis confirmarunt Cardinales ſchiſmatici, quorum ibidem nomina & tituli leguntur, cum omni Clero Romano, & Abbatibus, qui eadem fere, quæ ab Anacleto de ordinatione ſua, deque Innocentii invaſione uti ajebat, repetunt, ac tandem: *Rogamus itaque diſcretionem tuam, & in Domino commonemus, ut ſi Romanam Eccleſiam piis optas ſolatiis, & ſtudiis confovere; ſi Imperii tui moderamina per Sedem cupis Apoſtolicam roborari: cum Romana ſimul Eccleſia ſapias, æqua nobis pietate concordes, & dominum Papam Anacletum, quem unanimi omnes devotione præfecimus, Catholicum Papam feliciter recognoſcas: & debitam ei, prædeceſſorum tuorum more, affectionem reverenter exhibeas &c.*

Altera Anacleti epist. ad Lotharium.

15. Cumque Lotharius Innocentio obedientiam, reverentiamque exhiberet, ac ſchiſmaticorum conatus averſatus, nullum ei reſponſum dedit, alteras paulopoſt ad eum litteras Anacletus miſit: *In ipſo noſtræ promotionis exordio per venerabilem fratrem noſtrum Bremenſem Archiepiſcopum ſerenitati tuæ litteras miſimus, tam de ſtatu Romanæ Eccleſiæ, quam de his quæ circa nos acta fuerant, expreſſius continentes. Sed nos adhuc nulla clementiæ tuæ reſcripta meruimus, nec inter multiplices curas, quibus in Sedis Apoſtolicæ moderatione conſtituti comprimimur, Nuntiorum tuorum ſolatio allevari. Nos quidem perſonam tuam, in minoris ordinis adminiſtratione conſtituti, pro mira tuarum opinione virtutum ample dileximus, & ſuſcepti regni genium pro noſtro tunc poſſe confovimus. Unde proculdubio experientia veſtra cognoſcat, voti noſtri eſſe, ut*

quan-

quanto magis Sedes Apoſtolica regni pietate fulcitur: tanto amplius honorem tuum, & regnum ſtrictis debeamus brachiis amplexari &c. Res ſuas in urbe proſperas eſſe teſtatur, utpote cui non ſolum Cardinales, clerusque Romanus obediebant; ſed & ceteri urbis Primates, & Capitanei Cencii, & Frangipanes ceterique omnes ibidem nominati, ac ſe Corradum Regni Italiæ invaſorem in Baſilica Lateranenſi in die cœnæ Domini, cum omnibus terræ ſuæ ſolemniter excommunicaſſe addit: *Rogamus itaque nobilem prudentiam veſtram, & in Domino commonemus, ut ſicut de te ſpem bonam, & firmam poſſidemus, noſtris debeat ſucceſſibus congaudere, & tam pro nobis, quam pro omni Eccleſia Romana regalem, ac piam ſollicitudinem gerere, & efficacem nobis diligentiam exhibere*, ac data dicitur apud S. Petrum idibus Maii. Ejuſdem argumenti alteram ad Lotharii conjugem dedit, qua rogat, ut induſtria ſua eum ſibi propitium benevolumque redderet.

Rom. Procerum litteræ ad Lotharium.

16. Cum vero Lotharius æque ac ejus uxor ſilentium adhuc ſervaſſent, nec repetitis litteris reſponſum dediſſent, ne quid ad promovendam ſibi Lotharii gratiam, intentatum relinqueret Anacletus, Romanorum Senatum, totamque Curiam excitavit, ut litteris ſuis Lotharium in ſuas partes traheret, cujus votis ut ſatisfacerent, has litteras dederunt. *Domino Lothario glorioſo, & triumphatori Romanorum Regi Hugo Præfectus Urbis, & frater ejus Leo Frajapane, & Cencius frater ejus, Stephanus de Thebaldo, Albertus Joannis de Stephano, Stephanus de Benizo frater ejus, Henricus filius Henrici de S. Euſtachio, Octavianus frater ejus, & reliqui Romanæ Urbis potentes, ſacrique palatii Judices, & noſtri Conſules, & plebs omnis Romana ſalutem & gloriam, & de hoſtibus univerſis victoriam*; ac nonnullis de Anacleti electione, ejusque laudibus, adnotatis: *Suggerimus igitur*, inquiunt, *clementiæ tuæ, & obnixius deprecamur, ut ei in omnibus debeas regali affectione favere, & auxilii tui, & conſilii manum nobili devotione porrigere, & ejus, & Rom. Eccleſiæ hoſtes, ſicut & ipſe tuos, invicta manu refellere. Sane ſi Princeps noſter, & Cleri cupis eſſe, ſi Romani Imperii optas tibi faſces, & gloriam vindicare, neceſſe eſt Romanis te legibus coaptari, nec civium tuorum, & Magiſtratus urbis corda reſcindere &c.* & iterum poſt aliqua, eo quod nullum hactenus litteris Anacleti reſponſum dediſſet, hæc ad-

Jesu Chr. an. 1130.

addunt. *Cæterum mirum valde habemus, & Romanæ Reipub. injuriæ deputamus, cum tibi jam bis dominus Papa litteras miſerit, ſemel per Bremenſem Archiepiſcopum, ſecundo per Argentinenſem quemdam clericum, qui te de ſtatu Urbis, & ejus plenius inſtruxerunt, cur nulla a diſcretione tua adhuc ſcripta meruerit. Inde eſt quod dominus Papa nullam adhuc de latere ſuo perſonam, clericum aut laicum, juxta conſilii noſtri, & totius Eccleſiæ condictum ad excellentiam tuam ſtatuit delegare. Viderit itaque moderatio tua ut domini Papæ litteris ſcriptis, & Nuntio, devotiore moderamine reſpondere, & quem animum circa domini Papæ perſonam, & circa nos omnes, & Romanam Rempub. habeas, certis indiciis declarare non differas: alioquin ſic ſuſpenſi nos diutius ſtare non poſſumus, nec aliquibus in longum volumus*, diſſimulationibus, ſeu *diſſimultatibus protrahi. Acta Romæ feliciter decimoquinto Kal. Junii*: nil tamen tot tantiſque tentatis Anacletus obtinuit.

Anacleti Antipapæ epist. ad Ludovicū Franc. Regi.

17. Iiſdem artibus Ludovici Francorum Regis benevolentiam ſibi promereri Anacletus curavit, Ottone Tudertino Epiſcopo ad eum delegato, cum litteras ad ipſum Regem, & ad Antiſtites Galliarum deferendas dedit, quibus eos in ſuas partes trahere conabatur, ſe maximam pro iis ſollicitudinem gerere benevolentiamque retinere teſtatur: *Quare*, ait, *præſentibus litteris nobilitatem tuam rogamus, ut eum*, ideſt Ottonem legatum ſuum, *& reverenter ſuſcipere, & tamquam noſtras præferentem vices ſtudeas honorare: Nobis enim, quidquid obedientiæ, quidquid ei honoris exhibueris, adſcribemus. Nos profecto plenius te benevolentiæ noſtræ brachiis amplexamur, & tuum, tuique filii glorioſi Regis Philippi honorem, præſtante Domino, cupimus efficaciter exaltare. Porro de promotione, per fratres noſtros Cardinales, & Epiſcopos ſuffraganeos Romanæ Eccleſiæ celebrata, de Cleri, & Populi nobiſcum unanimitate, ſeu etiam ſcandalo a pſeudofratribus celebrato, eidem Legato noſtro injunximus, tibi & regno tuo plenius intimare. Rogamus ergo, ut pro Eccleſia Dei murum te validiſſimum opponas, & aures tuas ab illorum mendaciis, ſeu detractionibus omnino avertas, quatenus inter reliquos Chriſtianæ gentis Principes, præcipuum te Catholicæ Fidei defenſorem, ſicut ſemper, ita & nunc tota nobiſcum*

Ec-

Eccleſia recognoſcat. Chariſſimam filiam B. Petri, dominam Reginam benedictione Apoſtolica ſalutamus &c. Hæc, & alia ibidem Anacletus ad ſollicitandum Ludovici Regis animum, *Kal. Maji apud Sanctum Petrum.* Alias præterea ejuſdem argumenti, epiſtolas addidit, quas qui cupit videre, conſulat apud Baronium, atque Martenium in maxima Monumentorum collectione.

JESU CHR. AN. 1130.

to. 1. p. 698. & seqq.

Anacleti epist. ad Cluniacenses.

18. Præter Ottonem Tudertinum Epiſcopum, alterum eodem tempore, ideſt Gregorium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconum Cardinalem in Aquitaniam legatum miſit; eique litteras officioſiſſimas, Cluniacenſibus, inter quas adoleſcens monaſticam vitam ſuſceperat, inſcriptas dedit, ut eoſdem in ſuam communionem traheret: *Converſionis meæ primordia reducens ad animum, multum me Cluniacenſi monaſterio invenio debitorem: propterea quod in eo & monaſticum habitum, & converſandi ſumpſi, divinæ potentiæ gratia protegente, principium. Cui licet in omnibus, quæ mihi pleno charitatis ubere pia devotione impendit, æqua redhibitione nequeam reſpondere; me ipſum tamen ei, quod poſſum, fideliſſima ſervitute ſubſterno. Et ideo de ſtatu noſtro, ſeu de his quæ penes nos, Dei nos reſpiciente clementia, proſpere acta ſunt, vel aguntur, ſanctæ dilectioni veſtræ dignum duximus, miſſis ad vos litteris, intimare. Decedente ſiquidem de hac vita domino prædeceſſore noſtro piæ memoriæ Papa Honorio &c.* ac ſe communibus ſuffragiis electum, & conſecratum tradit, ſuæque ordinationi paucos reſtitiſſe addit; Aimericum ſcilicet cancellarium, velut alterum Giezi, ſeu ſimoniacum, Joannem de Crema Nicolaitam, ac Petrum S. Anaſtaſiæ Cardinalem, virum tergiversationibus, & direptionibus aſſuetum, quare ut ab eorum inſidiis caverent, hortatur, quos Satanæ ſe tradidiſſe, ac excommunicaſſe monet. Tandem: *Rogamus* inquit, *ſanctitatem veſtram, ut illam, quam circa me dilectionem in minoris ordinis adminiſtratione viſi eſtis exhibere, nunc in Apoſtolicæ Sedis regimine conſtituto ſubtrahere non debeatis*, eorumque orationibus ſe commendat. *Datum Romæ apud S. Petrum Kal. Maji.*

Cluniacenses Innocentii partes sequuntur.

19. Quam vanus fuerit Anacleti conatus indicat epiſtola Petri Cluniacenſis ad Haimericum Cancellarium, in qua hæc occurrunt tamquam iis exprobata: *Ecce Cluniacen-*

Jesu Chr. an. 1130. lib.3. ep.34.

ſes habete Papam veſtrum, Innocentium ſcilicet, *quem vobis, ſpreto monacho veſtro elegiſtis. Talem ſpem talis digne ſequitur merces*. Idemque Petrus de ſtudio ſuo, ſuorumque erga eumdem Innocentium hæc habet in epiſtola ad ipſum data: *Habetis cum tota Eccleſia vobis a Deo commiſſa, & me in membris Chriſti ultimum, veſtrumque pariterque Cluniacum: qui quamdiu fuerit ſpiritus in naribus noſtris, ad obediendum, ad collaborandum, fortaſſis etiam ad commoriendum parati erimus. Nulla certe mutabilium rerum permutatio nos mutare, nulla varietas variare, nihil nos a paſtore, nihil a Petro, nihil a Chriſto (quæ omnia in te uno habemus) ſeparare poterit. Sic ubicumque occurrerit habitatio veſtra. Quoniam & ſecundum Poetam; Vejos habitante Camillo, illic Roma fuit: & Petrus in carcere, Clemens in exilio, Marcellus in catabulo non minus quam Laterani Eccleſiæ præfuerunt: & oves Chriſti eis, ut veris paſtoribus obedierunt. Recordamini Eccleſiam ſemper laboribus creviſſe, paſſionibus multiplicatam eſſe, tolerantia cuncta reſiſtentia eviciſſe &c.* Hæc Petrus de ſe ſuisque Cluniacenſibus, quos ſemper ſtetiſſe pro Innocentio adverſus Anacletum, etiam S. Bernardus affirmat, dum ſic numerat ordines monachorum communicantes cum Innocentio. *Itaque Camaldulenſes, Vallumbroſiani, Carthuſienſes, Cluniacenſes, & qui de majori monaſterio ſunt, mei quoque Ciſtercienſes, Caſtemblenſes, Cadumenſes, Tironenſes, & Saviniacenſes, univerſitas denique, & unanimitas fratrum tam clericorum quam monachorum regularis vitæ, probatæque converſationis, ſequentes Epiſcopos tamquam greges paſtores ſuos, Innocentio firmiter adhærent, ſincere favent, humiliter parent, verum Apoſtolorum ſucceſſorem fideliter recognoſcunt*. Hæc S. Bernardus. Porro judicium Cluniacenſium tamquam præproperum accuſabatur a Reimbaldo eccleſiæ Leodienſis Antiſtite; cum de his concertatio eſſet exorta occaſione funeris Hervei Abbatis, ubi qui favebant Innocentio, propellebant qui ſequebantur Anacletum, & e contra iſti illos procul rejiciebant.

Reimbaldi Leodienſis Canonici epiſt. de vitando ſchiſmate.

20. Hoc exorto ſcandalo, ſeu ſchiſmate Raimbaldus Leodienſis Canonicus, non vero Epiſcopus, ut ſcribit Baronius, is, inquam, cum dubius adhuc hæreret, utrum Innocentii, an Anacleti partes ſequeretur; epiſtolam ad ſuos dedit, eos-

dem

dem exhortans, ne propter Innocentium, vel Anacletum ſchiſma facerent, ac Cluniacenſes, qui totis pro Innocentio viribus certabant, redarguit: *In ſchiſmate*, ajebat, *quo ſub Anacleto, & Innocentio non modo univerſalis, ſed & univerſa laborabat, & nutabat Eccleſia (ut mos eſt Francigenis), a ſuperioribus illis partibus Leodium rotulus allatus eſt, quo ſignificabatur de recenti Abbatis cujuſdam obitu Hervei, & de orationibus quas petebant, quorum intererat, pro eo fieri. Noſtri Leodienſes quiſque quod ſibi videbatur, appoſuerunt ad rotulum. Ego vero Reimbaldus perlecto, ac perſpecto tenore illius, funem illum, ut ajunt, forſan non incongruis, ſed & pernecesſariis produxi non reſtibus, ſed piis admodum his ac fraternis admonitionibus. Quiſquis ille eſt minimus majoris Eccleſiæ, quæ eſt in Leodio, Fidelibus univerſis ad quos rotulus iſte pervenerit, non præcipitare judicium, ſed ſic quaſi neutrum, diligenter judicii ſuſtinere impetum &c.*, ac ut ab judicio ſe abſtineant, admonet, cum lis adhuc ſub judice eſſet, ut ipſe putabat. Hinc cum ſchiſma invalescere cerneret, utriusque partis aſſeclas, quaſi ante tempus judicarent, ac schisma foverent, condemnat: *Hoc quaſi dicere eſt: Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego vero Cephæ. Amplectitur enim hic Anacletum, ille Innocentium, & ante examen negotii dant judicium non minus temerarium, quam præproperum. Fruſtra igitur, ut diximus, in hujuſmodi ſequitur qui non aſſequitur, niſi forte recte ſequi non dicitur, qui rei non adhæret, qui palpat in tenebris, quem opinio fallit, quem rumor decipit, & tamen audi. quomodo mordeant, quomodo ad invicem ſeſe conſumant. Qui Anacletianus eſt, quaſi quodam damnatorum eum inurens cauterio, Innocentianum eum vocat, qui partis eſt contrariæ, & e converſo, qui Innocentianus eſt, Anacletianum eum, qui partis eſt oppoſitæ. Sors miſera! Ecce unius corporis quaſi duæ acies inter ſe dimicantes &c.* Acerbiori vero stylo Cluniacenſes ibidem arguit, unde poſt plurima. *Vide quæſo*, ait, *quantæ ſit hoc præſumptionis, & audaciæ. Qui partis eſt Anacletianæ, Innocentianæ non communicat, & ſimul cum ipſo non orandum, velut cum ſchiſmatico judicat. Econtra Innocentianus Anacletianum inſectatur, & ei ſi poteſt, talionem multiplicat: Hac heu confuſione, hoc errore jam pene tota Eccleſia, quaſi phre-*

JESU CHR. AN. 1130.

Pag. not. 27.

1. ad Corinth. 2.

Jesu Chr. an. 1130. *phreneſi quadam circumfertur ac vertigine , in tantum , ut cum orant , religione , immo religioni finitima ſuperſtitione , nec loco alius alium velit admittere . Hinc eſt , quod , ut videre potes hoc in rotulo , cum forte quiſpiam orat pro patre Herveo , ſi Anacletianus is eſt , Innocentianus , cum eo orandum non judicat : ſi Innocentianus , idem de eo Anacletianus æſtimat , & quicumque orat cum alterutro , alteruter eum orare dicit cum ſchiſmatico &c.* eos itaque hortatur , ut hac prætermiſſa quæſtione , una ſimul in ſpiritu unitatis , & charitatis pro Herveo orarent , nec in eadem cauſa judicium ſuum præcipitarent .

Anacleti epist. ad Gerardũ Engolism. Episc.

21. Inter Anacleti epiſtolas ea etiam memoria digna eſt , quam ad Epiſcopos Aquitaniæ direxit , qua Gerardo Engoliſmenſi Epiſcopo legationem in Aquitania exercendam ſe commiſiſſe , narrat , quare dum ad eos Gregorium Diaconum Cardinalem mitteret , ut de ordinatione sua in ſummum Pontificem , deque ſcandalo , quod a *pauciſſimis* , ut ait , *in Romana Eccleſia factum eſt* , edoceret , cui ut omnimodam fidem haberent , hortatur : *Univerſitati veſtræ ſignificamus , quod pro morum boneſtate , prudentiæque efficacia , ſicut beatæ recordationis Papa Paſchalis nutritor noſter , & poſt eum alii anteceſſores noſtri Romani Pontifices fecerunt , venerabilem fratrem noſtrum Gerardum Engoliſmenſem Epiſcoſcopum per veſtras provincias , ei cooperante Apoſtolicæ Sedis liberalitate , in partem ſollicitudinis veſtræ vocavimus . Per præſentia igitur vobis ſcripta mandamus , ut eidem fratri noſtro tamquam Apoſtolicæ Sædis Legato debitam cunctis reverentiam exhibere . Nos enim ei , & dilecto filio noſtro dedimus in mandatis , ut convocato fratrum collegio , ſanctique Spiritus gratia invocata , corrigenda corrigant , & quæ digna fuerint confirmatione corroborent . Datum Romæ apud Sanctum Petrum Kal. Maji* : ad eumdem vero Gerardum eadem de causa litteras præfatas dedit , quibus , ſe legationem alias eidem delegatam confirmare ſcribit , ac ut conſiliis cum Gregorio Diacono Card. quem illuc aliquamdiu morari juſſerat , communicatis : *Tuæ fraternitati mandamus* , ait , *ut cum eodem filio noſtro Concilium ſtudeas convocare , in quo , charitate media confidentes , communicato fratrum conſilio , ſanctique Spiritus gratia cooperante , corrigenda corrigas , & quæ con-*

confirmatione digna ſunt, confirmes. Per ipſum etiam de promotione noſtra, ſeu de ſcandalo, quod in Romana Eccleſia factum audiſti, te reddimus certiorem; quatenus dilectio tua, & mendacium omne reſpuere, & veritatis teſtimonio indubitanter valeas adhærere. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Kal. Maji.

Qua de cauſa Gerardus Engolism. Episc. in Anacleti partes transierit.

22. Is porro Gerardus Engoliſmenſis Epiſcopus ſolus fere, & ſane præcipuus Anacleti Papæ fautor fuit, qui cum alias ſub Paschali Papa, aliiſque Pontificibus Apoſtolicæ ſedis legationem in Gallias obiiſſet, ea ab Innocentio ſibi negata, in Anacleti schismatici partes tranſiit, ut in epiſtola ad Epiſcopos Aquitaniæ narrat Bernardus Abbas: *Ut enim ſimplicem referam breviter actionem*, ait, *idem*, Gerardus ſcilicet, *ſcribit Papæ Innocentio: legationem poſtulat, non obtinet. Indignatur, reſilit ab illo, tranſit ad alium, ipſius ſe eſſe Legatum gloriatur. Quod ſi ab illo ante non popoſciſſet, aut poſtmodum non accepiſſet ab iſto, credi poterat, alium quemcumque habuiſſe in prævaricatione intuitum, etſi non rectum aliquem: nunc autem excuſationem non habet de ambitione ſua &c.* poſt pauca. *Propter hoc ergo reliquit homo illum ſuum patrem Sanctum Innocentium (ſic enim eum nominabat) & matrem ſuam Sanctam Eccleſiam Catholicam, & adhæret ſchiſmatiarchæ ſuo, & ſunt duo in vanitate una. Percuſſerunt fœdus adinvicem, & ſuper populum Dei malignaverunt conſilium. Squama ſquamæ conjungitur, & ſpiraculum non eſt in eis. Iſte illum Papam; ille hunc viciſſim Legatum ſcriptitat, ut decipiant ipſi de vanitate in idipſum. Invicem ſe conſolantur, tuentur, commendant, quiſque tamen pro ſe, non pro invicem: nimirum homines ſunt ſe ipſos amantes. Pari quidem ſtudio convenerunt in unum adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus &c.* Quanto autem faſtu, & arrogantia abuteretur legatione ſibi ab Antipapa credita, idem Bernardus verbis exponit, & arguit.

epiſt. 126.

Quo fastu Gerardus accepta legatione abuteretur.

23. *Quid niſi ante oculos veſtros conantur, ſi patimini, proſcribere Chriſtum? Jam novos apud vos ſuo Papæ cudit Legatus Epiſcopos, ne ſoli ſit ſibi Papa. Nec mortuis ſucceſſores, ſed vivis invaſores tyrannica fretus potentia ſuperintrudit, nactus ſcilicet de malitia Principum occaſionem, qui ſuarum civitatum Epiſcopos odio perſequuntur iniquo. Sic ſedet in inſidiis* cum

JESU CHR. AN. 1128.

cum divitibus in occultis, ut interficiant innocentes: per tale oſtium intrant in ovile ovium. Numquid autem talia gratis Legatus actitat pro Papa ſuo? En ille totam (ut is glorjatur) Franciam atque Burgundiam legationi ejus antiquæ ſuperaddidit. Poteſt & adjungere ſi velit, Medos, & Perſas, & medios fines Decapoleos. Quare non & ultra Sauromatas, & quemcumque denique locum calcaverit per ſuos, ſuus ſit, quo vel vacuis nominibus glorietur &c. cumque in tanti ſceleris deteſtationem addidiſset, dum Innocentium Sanctum, & catholicum prædicaverat, poſtea ob legationem negatam, Pontificatum eidem auferre præſumpſerat. Unde *heri catholicus, & ſanctus, & ſummus Pontifex: hodie nequam, ſchiſmaticus, & turbator. Heri Papa Innocentius, hodie Gregorius Diaconus Sancti Angeli &c.*

Bernardi invectiva in Gerardum schismaticū.

24. Poſt plurima vero, hæc tandem addit. *Cæterum quænam iſta præceps eſt, & frontoſa libido dominandi, ut pro obtentu vix annuæ (quod certe palam eſt) legationis, primo quidem ſuo nec pareat ſenio, nec deferat ſacerdotio; deinde nec lateri Salvatoris, quod in aqua, & ſanguine colligendi in Fidei unitate populi protulit redemptionem, ut quiſquis tentaret dividere, quos ille colligeret, & inde redimeret: probaret ſe non Chriſtianum, ſed Antichriſtum, reus mortis, & Crucis Chriſti? O impatiens, & effrænis turpis quæſtus cupiditas! o ardor intemperans! o cæca & pudenda ambitio! Aperte prius, fronteſque, ut jam dixi, & ipſe, proh pudor, non diffitetur, adit indigna ſatis petitione tentare Catholicum; dolenſque repulſam, incunctanter ad ſchiſmaticum refugit, & accepta de manu ſacrilega male cupita poteſtate, latus denuo Domini gloriæ crudeliter confodere non veretur:* & inferius. *Audet (quod & flens dico) inimicus crucis Chriſti ſuis ſedibus pellere ſanctos, qui nolunt beſtiam adorare, quæ aperuit os ſuum in blaſphemias, blaſphemare nomen Domini, & tabernaculum ejus. Altare contra altare erigere tentat, confundere faſque nefaſque, non confunditur; Abbates Abbatibus, Epiſcopos Epiſcopis ſuperintrudere nititur; amovere Catholicos, promovere ſchiſmaticos. Miſeri, & miſerandi, qui ita promoverit, & ab iſto conſentiunt. Siquidem circuit mare & aridam, ut faciat unum Epiſcopum, & cum fecerit, facit eum filium gehennæ duplo, quam ſe.* Hæc & alia de homine perditiſ-

ditiſſimo. Inſuper etiam de eo idem Sanctus Bernardus ad Hilderbertum Epiſcopum Turonenſem. *A finibus terræ occurritur cum panibus fugienti*, Innocentio Papæ ſcilicet, *etſi furor Semei, Gerardi Engoliſmenſis, nondum ex toto quieſcat maledicere David. Velit, nolit peccator, qui videt & iraſcitur, magnificatur in conſpectu Regum, portans coronam gloriæ*. Hactenus de his Bernardus, & ſane non ſolum in Galliis, ſed in Germania quoque Epiſcoporum aliquos ab Gerardo in ſchisma pertractos fuiſſe, ſupracitata epiſtola Reimbaldi Leodienſis Canonici indicat, qua de Hervei Abbatis obitu agens, dum Cluniacenſes arguit, eo quod Innocentio famulantes, Anacletum averſarentur, iis Gerardi relationem oppoſuit: Unde. *Audi*, inquit, *quomodo Engoliſmenſis Gerardus Cardinalis Romanus, & ut audivimus Legatus in Aquitaniam, Northmanniam, Britanniam, Hiſpaniam, & uſque in ultimam Celtiberiam, tantæ auctoritatis, tantæ ut opinantur, ſanctitatis vir, hoc in rotulo (qua ratione, qua competentia ipſe viderit) ordinem promotionis, & ordinationis horum duorum Apoſtolicorum diligenter, ut ajunt, digeſſit, & quia per ſeipſum manifeſte non potuit, hoc ſaltem involucro, quid in Romana actum ſit Eccleſia, circumquaque notum fieri voluit: neſcio quid ſenſerint, quid intenderint Cluniacenſes*; & iterum poſt plurima: *Quid erat in cauſa? inſcitia, an invidia? ſi lecto, ac perlecto tenore litterarum Engoliſmenſis, ſimplicitate, ut ita dictum ſit, monachali, non comprehenderunt quid intenderet, nec de re incerta certam potuerunt dare ſententiam, non tamen omnes nos ſic ex ſe judicare debuerant &c.*

Arnulphi Sagienſis in Gerardum invectiva.

25. Graviori adhuc ſtylo, & longiori tractatu Gerardi Engoliſmenſis Epiſcopi ſchiſmatici temeritatem redarguit Arnulphus Sagienſis Archidiaconus, poſtea Epiſcopus Saxovienſis, qui dum pro Innocentio Papa Apologiam texuit, quam Gaufrido Carnotenſi Epiſcopo, & Rom. Eccleſiæ legato inſcripſit, invectivam in eum digeſſit, ubi & totam ejuſdem vitam in vitiis exactam, probriſque fœdatam exagerat, ac ut tandem ab malis operibus ceſſaret, hortatur, eumque Nortmannorum genere fuiſſe addit, ac paternæ domus inopia coactum in Gallias tranſiiſſe, ubi ignotus pene ob diſſidia, tunc in electione Epiſcopi Engolimenſis exorta: *Maluit te ſcienter indignum pars utraque excipere, quam prævaluiſſe pars altera videri . . . . Ea die*, ſubdit, *de Engoli-*

apud Murat. rer. Ital. t. 3. p. 423. ſegg.

Jesu Chr. An. 1130.

Gerardi vitæ series, & scelera.

limenſi Eccleſia veritas, et miſericordia receſſit, dolus impietaſque ſucceſſit, rerum ſtatus in deteriora mutatus eſt, nitorem ſuum ſingula perdiderunt &c. & poſt plurima rapinis deinde, & deprædationibus provinciam vexaſſe, ut nepotes ſuos quos eadem ac ſua inopia de natali ſolo depulerat, ditaret, & dignitatibus exornaret; Ambitione deinde, & avaritia exagitatus Romanæ Eccleſiæ legationem petiit, & obtinuit; *dum fauces tuas unius Epiſcopatus ſpolia non implerent*, obtinuit itaque: *Ut quinque Archiepiſcopalibus ſingulari poteſtate praeſset, & in ipſis vices Rom. Pontificis exerceret....* eaque auctus dignitate Galliarum Eccleſias, & exactionibus vexaſſe, & ad oſtendendam poteſtatis amplitudinem ſynodos ſine cauſa convocaſſe adnotat.

Gerardus Innocentio adhæret; deinde ad Anacletum tranſit. *cap. 5.*

26. Narrat deinde, quod vulgato in Galliis ſchiſmate, cum in concilio Stampenſi Ludovicus Galliarum Rex, Cleruſque Gallicanus Innocentium Papam recepiſſet, & Anacletum rejeciſſet; Innocentio de obedientia ſua, & debita ſubjectione ſcripſit, poſtulans, ut in Legationis munere confirmaretur: *Ibi eſſet legatio tua &c.*

Gerardus Aquitaniæ Epiſc. vexat, eccleſias turbat.

27. Ea accepta legatione poſtea turbavit eccleſias, dum Epiſcopos ſibi reſiſtentes, & Innocentii partibus addictos, ſuis ſedibus ejicere conaretur, monaſteria diriperet, monachos fugaret, quem per annos aliquot in eadem obſtinatione & perfidia perſeveraſſe conſtat; nam protectione Gulielmi Aquitaniæ Ducis fretus, quælibet audere licitum ſibi putabat, in quam rem, uti adnotat Pagius, quamplurimæ extant Epiſcoporum, & monachorum epiſtolæ ex Bituricenſi Archivo erutæ, quibus adverſus Gerardum Engoliſmenſem Vulgrino Bituricenſi Archiepiſcopo, & Metropolitano querelas deferunt, ac adverſus eccleſiæ perturbatorem, infenſumque tyrannum opem auxiliumque implorant, quibus ſane Vulgrinus Aquitaniæ Primas, excitatus officio ſuo non defuit, ac datis litteris ad Epiſcopos Aquitaniæ: *Ut minus Principum, damna poſſeſſionum, vexationes corporum* contemnerent, hortatus eſt, uti pluribus ibidem perſequitur Pagius.

Labb. biblioth. tom. 2.

Pagi not. 20. 21. 22.

Gerardus in carcerem conjicitur, adverſarios ubique patitur.

28. Quantalibet autem poteſtate armatus eſſet Gerardus, Gulielmi ſcilicet Aquitaniæ Ducis præſidio, & Anacleti Antipapæ legatione, vel Burdigalenſis ſedis uſurpatione, in fine capitis ſeptimi eidem exprobrat Arnulphus: adverſarios nihi-

nihilominus ubique invenit; ita ut captus, aliquamdiu carcere detentus fuerit, ut his verbis narrat Arnulphus cap. 7. *Captus es, & menſibus aliquot recluſus in carcere, donec quos gratia prædeſtinaverat, plena veritatis agnitio confirmaſſet, & qui prius de reſcripta tibi Legatione ſperaverant, de Legatione poſtea deſperarent. Reſerato autem carcere proceſſiſti quaſi pardus e cavea, cujus rabie carcere diutius, & catenis inhibita, ſi forte liber evaſerit, inſurgit audacior: nec eum ulla poteſt ſanguinis effuſio ſatiare. Exiſtimabas adhuc auctoritate tua totum poſſe præverti, quod Eccleſia ſancta dictaverat, & penes te rerum pondera, & momenta conſtare, in quo neſcio tuam ne magis cæcitatem, vel arrogantiam mirer &c.* Hæc, & alia ibidem Arnulphus de Gerardi infeſtatione eccleſiarum Aquitaniæ, de cujus nefariis geſtis plurima etiam adnotat Goffridus Vindocinenſis Abbas in epiſtola 21. ad eumdem Gerardum data, cujus verba Pagius recitat nota 24. ad hunc annum. Jesu Chr. an. 1130.

Anacletus Antipapa Orientales Principes sibi sociare satagit.

29. Cum vix, ac ne vix quidem legationibus suis, litteriſque miſſis apud Occidentales Principes Anacletus profeciſſet, & omnes ubique Innocentio obedirent, uti Bernardus Clarevallenſis teſtatur in epiſtola ad Goufredum ſcribens. *Alemanniæ, Franciæ, Angliæ, Scotiæ, Hiſpaniarum, & Hieroſolymorum Reges cum univerſo Clero, & Populis favent, & adhærent Domino Innocentio tamquam filii patri, tamquam capiti membra ſolliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis &c.* Cum inquam Occidentales ad se trahere non poſſet, Orientales Principes tentavit, ac imprimis ad Joannem Comnenum Imp. litteras dediſſe ex epiſtola ad Driveſtinum quemdam in Oriente Epiſcopum ſcripta patet, qua ejuſdem tribulationibus ſe condoluiſse narrat, quas ſi antea perſpectas habuiſſet: *Per legatum noſtrum*, ait, *quem ad cariſſimum filium noſtrum Imperatorem direximus, pro quiete, & ſubrexione ſcripſiſſemus &c.* cumque nondum Lotharius Imperialem coronam promeruiſset, hinc ad Joannem Orientalis Imperii Principem legationem ab Anacleto miſſam fuiſſe patet. *epiſt. 725.*

Anacleti epist. ad Regem Hierosolym.

30. Ad Hieroſolymorum quoque Regem nuncium, cum litteris miſiſſe, fragmentum epiſtolæ quod adhuc ſupereſt, indicat quo hæc leguntur. *Ex quo civitas ſancta Hieruſa-*

JESU CHR. AN. 1130. *ſalem; & glarioſiſſimus Dominicæ ſepulturæ locus, Dei nutu, Chriſtianis eſt redditus, ad ejus defenſionis tutelam Romana Eccleſia omnimodis laborare non deſtitit. Quocirca nos, qui in Apoſtolicæ Sedis ſpecula divina ſumus diſpoſitione promoti, prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigia ſubſequentes, famoſam illam civitatem Hieruſalem, & loca illa ubi ſteterunt pedes ejus, debita reverentia venerantes, quibus modis per Dei omnipotentis gratiam poſſumus exaltare, ac nimium honorare decrevimus &c.* Hucuſque Anacletus, qui etiam in epiſtola adverſus Remensem Archiepiſcopum ſcripta, Orientalis Eccleſias omnes communione ſibi ſociatas fuiſſe gloriatus eſt: *Omnis etiam Orientalis eccleſia*, ajebat, *Hieroſolymitana, Antiochena, Conſtantinopolitana nobiſcum ſunt, & nos viſitant, & frequentant*; quæ falſo tamen ſcripta fuiſſe, dicenda monſtrabunt.

Petri Episc. Portuensis epist. ad Cardinales.

31. Inter Petri Leonis, ſeu Anacleti Antipapæ patrocinatores, Petrus Portuenſis Epiſcopus Cardinalis recenſetur, cujus extat epiſtola ad Cardinales partis Innocentianæ, ut eoſdem ſi fieri potuiſſet, in Anacleti caſtro pertraheret, iiſque quantus fuerit cordis ſui mœror ob ſchisma exortum, in præfatione exagerat, ac Innocentii electionem furtivam, ac illegitimam fuiſse, Anacleti autem canonicam fuiſſe addit, quos ideo hortatur, ut ejuſdem electioni conſenſum præberent. Unde poſt aliqua: *Quia igitur*, ſubdit, *neglecto ordine, contempto canone, ſpreto etiam ipſo a vocis condito anathemate, me incolſulto Priore veſtro, inconſultis etiam fratribus majoribus, & prioribus, nec etiam vocatis aut expectatis; cum eſſetis novitii, & in numero brevi pauciſſimi facere præſumpſiſtis: pro infecto habendum eſſe, & nihil omnino exiſtere, ex ipſa veſtra æſtimatione poteſtis advertere. Cito autem nobis Dominus affuit, & viam, qua errori veſtro contraire poſſemus, oſtendit. Fratres ſiquidem veſtri Cardinales, quorum præcipua in electione poteſtas, cum Clero univerſo, expetente populo, cum honoratorum conſenſu, in luce, in manifeſto, unanimi voto, & deſiderio delegerunt dominum Petrum Cardinalem in Romanum Pontificem Anacletum. Hanc ego electionem canonice celebratam conſpexi, & auctore Deo, confirmavi. Hunc Eccleſia ſuſcipit, & veneratur: hunc per Dei gratiam Epiſcopi, & Abbates, Principes, Capetanei, & Barones, quidam*

per

per ſeipſos, quidam per Nuntios ſuos, videntibus nobis, frequentant &c. Deprædationem illam, & crudelitatem, quam prætenditis non videmus; Quicumque ad eum pro reſponſis, ſeu negotiis ſuis veniunt, benigne ſuſcipiuntur, benignius revertuntur. Redite jam, redite ad cor; nolite ſchiſma in eccleſia facere animarum ſubverſionem &c. Hæc, & alia ibidem Petrus Portuenſis ad Villelmum Præneſtinum, Matthæum Albanensem, Conradum Sabinenſem, & Joannem Oſtienſem Episcopos Cardinales, quorum animos fruſtra ſollicitaſſe ſcimus.

JESU CHR. AN. 1130.

32. In partes fuiſse divisum Romanæ Eccleſiæ Clerum, dum alii Innocentio faverent, alii Anacleto, nonnullos quoque alibi fuiſſe, qui Anacleti partes ſequerentur, mirum nemini eſſe debet. Ex his Anselmus Mediolanenſis Archiepiſcopus fuit, quem Honorius Papa anno proximo, quod Conradi adverſus Lotharium partes ſequeretur, & alia male geſta, excommunicavit, Pallio itidem negato, ut ſupra diximus. Is igitur Anacleti partes toto corde ſecutus eſt, qui ipſi, uti narrat Gandulphus: *Stolas ideſt pallium per ſuos idoneos nuncios*, Joannem Paleſtinæ *Epiſcopum*, ſeu potius Præneſtinæ Eccleſiæ pſeudo Epiſcopum, in locum Gulielmi ab Anacleto damnatum, & depoſitum eo quod Innocentii partes ſequeretur: *& Beltramnum Subdiaconum. Quam ſtolam ipſe Anſelmus Pontifex Clero, & Populo Mediolanenſi circumſtante, & collaudante Anacletum Papam, ejuſque legatos, & legationem reverenter ſuſcepit.* His tamen geſtis, nonnullos reſtitiſse addit, unde iterum rixæ contentioneſque adverſus Anſelmum excitatæ ſunt, ut non multo poſt inde excedere cogeretur, ſed de his infra ſuo loco; Ravennatenſis econtra Archiepiſcopus Gualterius Innocentio Pontifici totis viribus adhœſit, ut in hiſtoria Ravennatenſi adnotat De Rubeis, ejus etiam nomine legationem ad Lotharium Germaniæ Regem ſuſcepit, ut ex ejuſdem epiſtola Ottoni Bambergenſi Epiſcopo data conſtat: *Fraternitati veſtræ notum eſſe credimus, quod dominus noſter Papa Innocentius, cum litteris ſuis miſit nos ad Regem & ad regni Principes, qui cum amore, & honore nos recepit, ſed reſponſionem ſuam ad conſilium principum diſtulit, inter quos fraternitatem veſtram primam, aut inter primos pro ſervitio Eccleſiæ ad curiam feſtinaſſe credimus, quippe quem*

Mediol. Archiepis. Anacleti partes, Ravennatenſis Innocentii ſequitur.

Murat. to. 5. p. 515. Gandulph. hiſtor. Mediol. c. 40.

De Rubeis hiſt. Ravenn.

epiſt. 348. apud Eccard. to. 2. p. 257.

Jesu Chr. An. 1124.

quem inter reliquos Epiſcopos regni Teutonici mater noſtra Romana Eccleſia quadam prærogativa dilexit, & tamquam ſpecialem filium creans propriis manibus benedixit &c.

Innocentii epiſt. ad Lotharium.

33. Extat etiam epiſtola ad Lotharium ab Innocentio dum adhuc in urbe eſset, data *trans Tiberim quinto Idus Maji* qua eum de ordinatione ſua, in Romanum Pontificem, deque ſchiſmate exorto, ob illegitimam Petri Leonis ordinationem certiorem reddit, ac ad eum Gualterium Ravennatenſem Archiepiſcopum S. R. E. Presbyterum Cardinalem miſiſse addit: Quem *tuæ gloriæ attentius commendamus, rogantes, ut pro Sedis Apoſtolicæ reverentia eum benigne recipias, & honeſte pertractes*, legationis autem ſcopus is erat. *Quatenus proxima hyeme*, cum Archiepiscopis, ac Regni Principibus ad noſtram præſentiam venias *Imperialis dignitatis plenitudinem domino cooperante ſuſcepturus*, & ut Romanæ Eccleſiæ tantis in anguſtiis, ob exortum Petri Leonis ſchiſma, poſitæ auxilium ferret, enixe precatur, cui ſane non defuit, &, ut adnotat Pagius ex Magdeburgenſi chronico adhuc inedito, concilium Epiſcoporum 16. Vircenburgi, ſeu Herbipoli menſe Octobri Lotharius congregavit, cui etiam Gualterius Ravenn. Archiepiſcopus, & Rom. Eccleſiæ legatus adfuit, ibique *Gregorius, qui & Innocentius, qui Petro Leoni in electione prævaluit a Lothario Rege, & omnibus, ibi congregatis eligitur, & confirmatur.*

Anacleti geſta in urbe, in Campaniam tranſit.

34. Dum Lotharii Germaniæ Regis auxilium a longe imploraret Innocentius, ab proximo Rogerio Apuliæ, & Calabriæ Duce quin, & Siciliæ Principe Anacletus promeruit, cum enim urbanas res aliquatenus compoſuiſset, nonnullaque ut pius etiam, ſanctorumque cultor videretur, ad eccleſiarum urbis decorem promovendum egiſset, eccleſiam S. Laurentii, ejuſque altare octavo Kal. Junii dedicaſset, plureſque ibidem reliquias repoſuiſset, poſseſſiones, & privilegia ejuſdem eccleſiæ confirmaſset, ut ex inſcriptione tunc poſita, & diplomate dato conſtat, quæ Baronius integra refert, his geſtis in Campaniam tranſiit, ibique a Rogerio summo cum honore exceptus, ut gratiam referret, Regali titulo, & corona illuſtravit.

Bar. n. 49. 50.

Rogerius Dux ab Anacleto Rex dicitur.

35. Rem geſtam his verbis narrat Fulco Beneventanus in chronico ad hunc annum: *Eodem anno predictus Anacletus*

tus venit Beneventum, deinde Abellinam civitatem ivit; & cum prædicto Duce Rogerio ſtabilivit, ut eum Regem coronaret Siciliæ. Et his ſtatutis, Anacletus ille Beneventum revertitur, & Dux ipſe Salernum, deinde Siciliam remeavit. Anno igitur ipſo prædictus Anacletus Cardinalem ſuum, Comitem nomine, ad Ducem illum direxit, quem die Nativitatis Domini in civitate Palermitana in Regem coronavit. Princeps vero Robertus Capuanus coronam in capite ejus poſuit cui non dignam retributionem impendit &c. His alia ibidem ab Anacleto geſta addit; cum præcipue ex Beneventanis Proceribus aliquot, eo quod Honorii Pontificis tempore Rectorem urbis interfeciſſent, ſub anni proximi initium, ſeu poſt Octavam Epiphaniæ, ut ait auctor, opera uſus Roberti Capuani Principis, & Creſcentii Rectoris urbis, qui Beneventum cum Anacleto advenerant, aut ſupplicio affecit, aut captivos detinuit; Unde cum nonnulli, inter eos Perſicus, & Roffridus aufugiſſent, Roſpotus vero eo quod Anacleti juſſu in vinculis detentus fuiſſet, exaſperatus, cum Perſico & Roffrido aliiſque ſociatus, cum inde Anacletus die Kalend. Martiarum Salernum iturus, deinde Romam rediturus, exceſſiſſet, Beneventum ingreſſi, graves ibidem turbas excitarunt, ac Creſcentium Rectorem ibidem ab Anacleto deſtinatum, abire coegerunt, ut pluribus anno ſequenti exponens idem Fulco enarrat.

Jesu Chr. an. 1130. *Murat. to. 5. pag. 106.*

Solemnis Rogerii inauguratio in Regem.

36. Solemnem Rogerii coronationem Panormi factam Alexander Teleſini Coenobii Abbas, ab Mathilde Comitiſſa ſorore Regis Rogerii, Ranulpho Comiti nupta rogatus deſcripſit, qui tamen eam Anacleti juſſu, miſſo ad id Cardinale ſuo de Comitibus, ut narrat Fulco, factam ſilet, quaſi ſua virtute id promeruerit, dum Italiæ partem maximam Imperio ſuo ſubjecerat; Hinc poſtquam adnotavit Alexander Ducatus honorem ab Honorio collatum fuiſſe Rogerio; Unde *Rogerius Apoſtolica roboratione Dux conſtitutus*, ait, cui *cum vexillo Ducale tradidit regimen &c.* de Regali titulo, & corona obtenta, hæc libri ſecundi initio adnotat. *Cum Dux Rogerius per omnia lætis potitus ſucceſſibus totas Bohamundi terras*, qui Hieroſolymam profectus, ibidem ſine liberis obierat, *omnemque Ducatum in integrum potentiſſime obtinere videretur, nec non Capuanorum Princeps, Magiſterque militum Nea-*

Fulc. Benev. Murat. to. 5. pag. 106.

lib. 1. 15.

to. 5. p. 622.

JESU CHR. AN. 1130. *Neapolitanus, omniſque terra, quæ erat uſque pene fines Anconitanæ urbis, bellorum cunctis contrarietatibus ſopitis, ſubderentur, ſæpiſſime ſibi ac familiari quorundam, maxime Henrici Comitis avunculi ſui. a quo plus aliis diligebatur, cœpit ſuggeri, collocutione videlicet, ut ipſe qui tot Provinciis Siciliæ, Calabriæ, Apuliæ, cæteriſque regionibus, quæ pene Romam uſque habentur, dominabatur, nequaquam uti Ducalis, ſed Regis illuſtriſſimi culminis honore deberet.* Quam in rem Salerni Comitia coegit, ubi Magnates *unanimiter concedunt, decernunt, imo magnopere precibus inſiſtunt, ut Rogerius Dux in Regiam dignitatem apud Panormum Siciliæ Metropolim promoveri debeat, &c. Iſtorum itaque Dux conſiliis roboratus Siciliam repetit mandans ſuarum provinciis ubique terrarum, quatenus omnes cujuſcumque dignitatis, vel poteſtatis, ſeu honoris eſſent in die ſuſceptionis ejus coronæ, quem Dominica Natalis primo advenientis ſolemnitas ſuſceptura erat, Panormi omnes convenientes adeſſent, &c.* Quæ ſane ibidem ea die maxima cum pompa peracta est, cum *Rogerius Dux ad Eccleſiam Archiepiſcopalem more regio ductus, ibique unctione ſacra linitus regiam ſumpſiſſet dignitatem*: ab Cardinali Comite, cui Robertus Capuanus Princeps, utpote ceteris illuſtrior, *Coronam in capite ejus poſuit*: ut ait Fulco, Teleſinus etiam Abbas Urbis pompam, Palatii ornatum, & menſarum ſolemnitatem etiam deſcribit, ut ibidem videre eſt, ejuſdemque coronationis præter Fulconem Beneventanum, & Alexandrum coevos, auctor chronici Foſſæ nove ſeu Joannes de Cecano in chronico, Oldericus lib. 13. & auctor chronici Caſaurenſis mentionem habent, ut de ea dubitandi nullus relinquatur locus, quod etſi ægre ferunt Neapolitani ſcriptores, ac Regnum utriusque Siciliæ in feudum ab Romanis Pontificibus continua ſucceſſione ab ſeculo undecimo ad noſtram uſque ætatem conceſſum, fidelitatemque ab Regibus non ſolum exhibitum, ſed Ducalis etiam dignitatis titulum ab Honorio ſecundo iis collatum, deinde ab Anacleto Antipapa regalem etiam dignitatem, poſtmodum vero ab ſubſequentibus Pontificibus confirmatam, hæc inquam, etſi in vulgus feri ægre ſuſtineant Neapolitani ſcriptores, tot tamen tantiſque coevis teſtibus teſtata ſunt, ut luce clarius pateant, ut nulla tergiverſatione in dubium revocari poſſint, ut

lib. 2. c. 3. 4. 5. 6.

Murat. to. 7. pag. 869. & to. 2. par. 2. pag. 888.

ut inviſtis argumentis nuper Eminentiſſimus Borgia eruditiſſimo in eam rem vulgato opere demonſtravit. Tanta autem potentia auctus Rogerius dignitateque exornatus, ſe non ſolum Siciliæ, ſed & Italiæ Regem dixit ut ex ejuſdem diplomatibus conſtat, quorum paſſim hæc eſt inſcriptio. *Ego Rogerius Dei gratia Siciliæ, & Italiæ Rex*: eo quod Italiæ partem maximam, uſque ad Marcam Anconitanam retinebat; fortaſſe etiam totius Italiæ adipiſcendæ ſpe lactatus. JESU CHR. AN. 1230.

37. Anacleti Antipapæ diploma, Rogerio inſcriptum Baronius refert, quo regalem dignitatem contulit, ac antiqua privilegia Calabriæ Apuliæ, & Siciliæ Principibus ab Romanis Pontificibus Urbano ſecundo, & Paſchali data confirmat, noviſque etiam auxit, ita tamen ut ſibi, ſucceſſoribuſque ſuis homagium, & fidelitatem Reges utriuſque Siciliæ facerent, & pro cenſu, ait *Sexcentos Schifatos tu, & hæredes tui Romanæ Eccleſiæ* perſolvant, cui poſt Anacletum ſubſcripſit Matthæus Presbyter Eudoxiæ, & alii ac *Datum dicitur, per manum Saxonis S. R. E. Presbyteri Card. quinto Kal. Octob. Indict. 9. Anno Domin. Incarn.* 113. *Pontificatus Anacleti anno primo.*

Anacleti Papæ diploma Rogerio inſcriptum.

38. Ut pro collato ſibi honore vicem redderet Rogerius, totis viribus Anacleti ſchiſma tutatus eſt: *Præcipiens, ut Epiſcopi, & Abbates, qui in ſuæ ditionis ſolo manebant, ei obtemperarent*, ait Petrus Diaconus in chronico Caſſinenſi, qui ſane aliquandiu in Anacleti obedientia perſeverarunt, cum tamen ſolus pene Rogerius, cum ſuis in Italiæ angulo Epiſcopis, & Abbatibus Anacleti partes ſequeretur, vix in eo gloriari Anacletus poterat. *Habet Ducem Apuliæ* ajebat Bernardus, *ſed ſolum ex Principibus, ipſumque uſurpatæ coronæ mercede ridicula comparatum*, ſed quod non eſſet ſchiſmatici Papæ iſta præſtare: hinc eſt, quod idem S. Bernardus eundem Rogerium non Regem, ſed tyrannum Siculum nominat. Ita in epiſtola ad Piſanos, & pluribus in epiſtola ad Lotharium Imp. in qua Rogerium nominat uſurpatorem coronæ regiæ; & ſcribens ad Januenſes, eundem Rogerium, cum de ipſo agit, non Regem, ſed Ducem appellat, & ab eo non acceptam, ſed invaſam coronam affirmat. Verum quem eo modo male contulit Antipapa, & ſibi ſumpſit Dux Apuliæ titulum, nunquam deſerere voluit: cujus cauſa adverſus Ro-

Rogerius Anacleto Antipapæ favet.

lib.4. c.97.

epiſt. 127.

JESU CHR. AN. 1130. manam Eccleſiam contigit ſæpe bello certare, cogi vero Romanos Pontifices præſtare legitime, quod immerito præſtiterat Antipapa: ſed de Anacleto, ejuſque geſtis hactenus dicta ſufficiant, etſi in urbe aliquandiu tamquam triumphans prævaluit, in toto tamen orbe execrationi ubique fuit, ut iterum Bernardus ad Aquitaniæ Epiſcopos ſcribens his verbis teſtatur: *Taceo multitudinem ceterorum: Tuſciæ, Campaniæ, Longobardiæ, Germaniæ, & Aquitaniæ, Galliarum denique & Hiſpaniarum omnium, necnon & univerſæ Orientalis eccleſiæ tam Archiepiſcoporum, quam Epiſcoporum, quorum nomina ſunt in libro Vitæ, ſed epiſtolæ brevitas non admittit. Hi omnes unanimes non conducti pecunia, non ſeducti fallacia, non illecti privato carnis vel cognationis amore, non timore compulſi potentiæ ſæcularis, ſed Dei proculdubio voluntatem ſicut non ignorantes, ita nec diſſimulantes, Petrum Leonis ingenue refutaverunt, ac ſecure Gregorium in Papam Innocentium ſuſceperunt.* Hæc, & alia S. Bernardus ibidem.

epiſt. 130. 139. 140. & *epiſt.* 129. *epiſt.* 126.

S. Bernardus præcipuus Innocentii Papæ fautor, & Apologista.

39. Inter hæc autem Bernardus Clarevallenſis Abbas, tamquam tuba a Deo parata per annos octo continuos magna voce perſonans, omnes ubique tum ſermone, cum ſcriptis, ut ſchiſma vitarent, ac Innocentio adhærerent hortatus eſt. Inter epiſtolas ea de cauſa ſcriptas, ea extat, quam ad Hildelbertum Turonenſem ſcripſit, cum adhuc ab Gerardo ſeductus, dubius hoereret, utrum Innocentii aut Anacleti partes ſequeretur: *Confidimus autem*, ajebat Bernardus, *quia etſi concutit*, Gerardus ſcilicet, *non dejicit &c.* Gaufridum quoque magni nominis Theologum Bernardus excitavit, ut Eccleſiæ, & Innocentii cauſam tueretur, & præcipue in converſione Comitis Pictavienſis ab Gerardo ſeducti, laboraret; Unde poſt plurima, *Comitem dico Pictavienſem in manu tua Dei pietas de ore Leonis eripiat*, ſeu de ſchiſmate Anacleti, Petrus Leonis antea dictus; de Pictavienſi Comite inferius ſermo fiet, cum ad eum Bernardus legatione functus eſt.

epiſt. 124.

epiſt. 125.

Bernardi epist. 126. ad Episc. Aquitaniæ.

40. Longiores eodem de argumento litteras dedit Bernardus ad Epiſcopos Aquitaniæ, Lemovicenſem, Pictavienſem, Petragoricenſem, & Xantonenſem, & quidem prolixas valde, adverſus præſumptionem & arrogantiam ejuſdem Gerardi Engoliſmenſis Epiſcopi, qui emerat ab Antipapa legationem com-

commercio conſenſionis in pravitatem, de quo nos ſuperius ex iiſdem Bernardi litteris, quibus in eum ferreo ſtylo declamat. Corripit vero omnes ad quos ſcribit, adhuc ſchiſmate ab unitate abſciſſos, cum iidem eo ſe prætextu defenderent ſic manſuros, quouſque univerſali Concilio audita & cognita cauſa, cui inhærendum eſſet prolata ſententia innoteſceret. Quod autem ſatis ſciret S. Bernardus hæc eſſe eorum verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis; hinc variis argumentis hanc eorundem poſtulationem coarguit, nam Dei judicio causam in Innocentii favorem judicatam fuiſſe demonſtrat, indeque probat, quod totus fere orbis, Aquitania excepta, cum Sicilia, & Apulia Innocentii partes ſequeretur, quotquot etiam in orbe viri pietate, doctrinaque præſtantes erant, Innocentio favebant: *Dei eſſe judicium*: ajebat S. Abbas, *ſenſerunt, & conſenſerunt Gualterius Ravennas Hildegarius Terraconenſis, Norbertus Magderburgenſis, Conradus Salsburgenſis Archiepiſcopi, Dei eſſe judicium cognoverunt & acquieverunt Epiſcopi, Equipertus Monaſterienſis, Hildebrandus Piſtorienſis, Bernardus Papienſis, Landulphus Aſtenſis, Hugo Gratianopolitanus, Bernardus Parmenſis. Horum gloria ſpecialis, & præcipua ſanctitas, & auctoritas etiam hoſtibus reverenda, facite nobis, qui minorem & meriti & officii tenemus locum, aut errare ſecum aut ſapere perſuaſit*: ſubjicit poſt hæc de Chriſtianis populis, & monachorum Ordinibus, atque Principibus Innocentio inhærentibus. *Et tamen*, ſubdit, *adhuc iſti, neſcio qua contentioſa importunitate, & importuna contentione reclamant, vocant in cauſam orbem, & cum ſua paucitate univerſitatem flagitant judicari: & qui præjudicaverunt de electione, de confirmatione rejudicare contendunt, tunc præpropere agentes, modo præpoſtere retractantes*. His allatis, quam difficile & quam etiam inutile eſſet & indignum, univerſale Concilium cogere, his declarat verbis.

De non cogendo Concilio suasio.

41. *Quis tantos quæſo in unum cogere queat exercitus utriuſque ordinis Principum, ne dicam plebium, & adducere in examinationem? Quis tot Sanctorum millibus perſuadere ſufficiat, quod prius ædificaverint, iterum deſtruere, & abducere ſemetipſos in prævaricationem? Quis deinde locus omnibus tantus, omnibus tutus? univerſæ quippe Eccleſiæ negotium eſt,*

 non

Jesu Chr. an. 1130.

non unius cauſa perſonæ. Videtis, quod de impoſſibili calumniam ſtruitis matri veſtræ? immo vobis foveam foditis, in quam præcipitemini, & laqueum nectitis, quo teneamini, ne ad gremium revertamini matris veſtræ? Sed ut Roma ipſa ab Anacleto deficiat, cui jam diutius dominetur, quam impoſſibile eſſet, etiam judicio univerſali ipſa cauſa terminaretur, ita ſubjungit primum de tanti difficultate judicii; *Mutet conſilium ſuum Deus (ſecundum hominem dico) revocet ſententiam, convocet a finibus terræ Concilium, judicare bis in idipſum (quod ipſe non facit) patiatur: quoſnam quæſo dabunt judices ſibi? Omnes quippe in parte ſunt, & partibus. De judicio haud facile conveniet: atque ita ad litem magis quam ad pacem tantus conventus fatigabitur. Deinde velim ſcire, cui ille interim vellet credere Romam, quam tanto amore ex longo tempore concupivit, tanto labore & ſumptibus acquiſivit, tanto faſtu poſſidet, tanto pudore timet amittere, ne fruſtra conveniſſe ſeculum omne cernatur, ſi cum ille cadet a cauſa*, Anacletus ſcilicet, *non tamen cadat a Roma? Alioquin quis cauſam ſpoliatus ingreditur? nec leges profecto cogunt, nec canones: Et hæc dicimus non de noſtra juſtitia diffidentes, ſed a veſtra caventes verſutia*. Hæc, & alia ibidem.

Deus signis Schismaticos confundit.

lib. 2. c. 6.

42. Nec immerito Innocentii cauſam a Deo præcognitam fuiſſe ajebat S. Bernardus, nam & prodigia tunc in eam rem edita, & ſigna magna fuiſſe, narrat Bernardus Bonævallis in vita Bernardi Clarævallenſis. Inter cetera, cum Epiſcopo Sveſſionenſi ad Villelmum Pictavienſem Comitem, & Aquitaniæ Ducem Clarævallenſis legatus miſſus fuiſſet: *Ille*, ideſt Gerardus, *jam eodem Principe perſuaſo, impudenter in Eccleſiam catholicam, a qua ſe præcidebat, convicia jaculari, & pollicitam prius Innocentio ſubtrahere obedientiam, Anacletum ſuum electum dignius, & quicunque non obedirent, erroneos, & acephalos prædicare. Unde factum eſt, ut animati & armati in inſaniam clerici, publice ex ea die perſecutionem Catholicis intentarent. Prius tamen quam ſic eorum propalata fuiſſet & obfirmata perfidia, obtulerat Abbas ſanctus in eorum Eccleſia ſacrificium Deo. Poſt cujus diſceſſum Decanus ejuſdem Eccleſiæ altare, in quo divina myſteria celebrarat, impie quidem, ſed non impune confregit. Siquidem poſt breve tempus precuſſus a Deo, cum animam exhalaret, do-*

mum

mum in qua moriebatur, plenam vidit dæmonibus, & ſe a dæmonibus jugulari clamitans, cultellum a circumſtantibus poſtulabat, quem immergeret gutturi ſuo, ut extracto dæmone viveret. Sed diabolus, cui datus erat, eum inter hæc verba extinxit, & peſtilentem animam in infernum demerſit. Archipresbyter quoque, qui Petri invaſoris Pictavienſis Eccleſiæ Synodum denuntiabat coram ipſis, quos ad conventum perfidiæ invitabat, a diabolo correptus eſt. Sed & in alios multos, qui in ſchiſmate illo ferventiores extiterant, manus divina manifeſtam exercuerat ultionem. Propter hæc & alia hujuſmodi ante homines confundi cœperat Gerardus, & timens opponi ſibi, quæ negari non poterant, conventus publicos evitabat &c. quomodo vero poſt quinquennium iterata legatione conventus idem Villelmus, tandem victas manus dederit, ſuo loco dicturi ſumus. Jesu Chr. an. 1130.

43. Præter epiſtolas plures ſingulis annis a Bernardo ſcriptas, ſi quid otii ſupererat, opuſculis pro opportunitate, & occaſione data ſcribendis inſumebat, quorum primum, ut ait Mabillonius, de gradibus humilitatis inſcribitur, Godefridi conſanguinei ſui, & Clarævallis tunc Priori rogatu editum, ſecundum eſt de laudibus Virginis Matris in quatuor diſtinctum homilias ſuper verba Evangelii: *Miſſus eſt Angelus &c.* Hæc duo fuere veluti fundamenta ſubſequentium operum, humilitas ſcilicet, & devotio in Beatiſſimam Virginem, utrumque ejus animo ſemper infixum, cujus judicia in retractatione ejuſdem libri de gradibus humilitatis extant, dum duo ibidem loca, quæ aliqualem pati difficultatem ſibi viſa ſunt, correxit, explicavitque paulopoſt circa annum 1122. Apologiam pro Ciſtercienſibus contra Cluniacenſes ab Gulielmo S. Theodorici Abbate rogatus Bernardus ſcripſit; qua etſi ſuorum vitam non diſſimulaverit, Cluniacenſium tamen corruptelas, & præcipue ſecularem faſtum, ſumptuoſa ædificia, lautas menſas, veſteſque laxas acriori ſtylo deſcripſit, unde inter utrumque ordinem ſimultas & æmulatio aliquandiu excitata eſt, diuque viguit.

Bernardi liber de gradibus humilitatis.

Bernardi op. to. 1. p. 665.

Bernardi Homilia.

De laudibus Virginis Mariæ.

to. 2. p. 534.

44. *Abſit autem*, inquit, *ut credam tantas eos, quantas video in pleriſque monaſteriis, vanitates ac ſuperfluitates præcepiſſe, vel conceſſiſſe. Miror etenim, unde inter monachos tanta intemperantia in comeſſationibus & potationibus, in*

Bernardi Apologia ad Gulielmum Abbatem.

JESU CHR. AN. 1130.

in veſtimentis & lectiſterniis, & equitaturis, & conſtruendis ædificiis inoleſcere potuit: quæ omnia per partes fuſe explicat Bernardus, rejicitque excuſationem afferri ſolitam, ea ſcilicet concedi propter caritatem. Verum *iſta caritas*, ait, *deſtruit caritatem, hæc diſcretio diſcretionem confundit*. Nec immerito immodicos ſumptus ad excipiendos hoſpites arguit, ac his, antiquitus animarum hoſpitum curam magis, quam corporum monachos geſſiſſe adnotat. Nunc vero ſubdit, *panem cæleſtem nemo eſt qui requirat, nemo qui tribuat. Nihil de Scripturis, nihil de ſalute agitur animarum ſed nugæ, & riſus, & verba proferuntur in ventum. Inter prandendum quantum fauces dapibus, tantum aures paſcuntur amoribus: quibus totus intentus, modum neſcias in edendo*. Nimius eſſem, ſi cetera perſequerer, quæ vir ſanctus reprehendit in ciborum delectu, & apparatu, in lectiſterniis, in veſtibus, in baſilicarum ornatu & amplitudine, *Mentior*, addit Bernardus, ſi non vidi Abbatem ſexaginta equos, & eo *amplius in ſuo comitatu ducere. Dicas ſi videas eos tranſeuntes, non patres eſſe monaſteriorum, ſed Dominos Caſtellorum, non rectores animarum, ſed Principes provinciarum*, hæc & alia ibidem in deteſtationem, & deriſionem immodici monachorum luxus. His alia Cluniacenſibus objiciebant Ciſtercienſes, quæ Petrus Abbas refert, & refellit in prolixa & prima ad Bernardum epiſtola, quæ referre non juvat, de opuſculo ad milites Templi jam ſupra, cum de Remenſi concilio actum eſt, mentionem fecimus; ad hæc tempora pertinet liber de præcepto, & diſpenſatione Udoni Abbati inſcripto, a quo Bernardus, quænam S. Benedicti regula eſſet, quantave eamdem ſervandi obligatio, ſæpe interpellatus, epiſtolam, ſeu librum eidem reddidit, quo multas de monaſtica diſciplina quæſtiones pertractat, ſcilicet, quando, a quibus quibuſve de cauſis, præcepta regulæ diſpenſari poſſint, aut debeant, ut ibidem videre eſt.

Apol. c. 11. pag. 544.

De libro de præcepto, & diſpenſatione.

45. Ad hæc etiam tempora ad Henricum Senonenſem Epiſcopum epiſtolam, ſeu librum de officio Epiſcoporum ſcripſit, quo de eorum dignitate, moribus, & officio pluribus diſſerit, quæ in compendium redigi vix poſſunt, dignus quidem, ut cum paſtorali libro S. Gregorii Epiſcopis continuo

Bernardus libros de diligendo Deo, & de gratia, & libero arbitrio ſcribit.

nuo meditetur, & legatur, quo etiam capite ultimo Abbates monaſteriorum arguit, eo quod ab Epiſcoporum jurisdictione, & poteſtate ſe ſubducere conarentur, eadem ſtyli copia, & gravitate clericos cujuſcumque ordinis docet, & arguit in ſermone, ſeu libro de converſione ad clericos. Præceteris vero inter opera ab Bernardo hoc tempore edita, liber de diligendo Deo recenſetur. Quid etenim chriſtiano viro dignius, aut utilius eſſe poteſt, quam ut Deum omni tempore, & ſine modo diligat, quod primum, maximumque mandatum eſt: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua &c.* quod ſane argumentum toto eo libro capitibus quindecim diſtinctum vir ſanctus perſequitur, ac Heimerico Eccleſiæ Romanæ diacono Cardinali inſcripſit, idemque argumentum vir Dei charitate fervens aliis locis ſæpe inculcat, ut in prologo ad hunc librum adnotat Mabillonius. Hoc etiam tempore ſeu anno 1128. alterum de gratia & libero arbitrio opuſculum edidit Bernardus, Gulielmo S. Theodorici Abbati inſcriptum, occaſione inde accepta, quod quidam crederent ſanctum Abbatem Gratiæ Chriſti nimium tribuiſſe, vireſque humani arbitrii ultra modum extenuaſſe, eoque libro Auguſtini doctrinam ita exponit, & explicat, ut non tam Bernardus in Auguſtinum, quam Auguſtinus in Bernardum transfusus videatur, ait Mabillonius.

JESU CHR. AN. 1130.

tom. 2. op. pag. 587.

Annal. l. 75. n. 60.

Bernardus Epiſcopatum ſæpe recuſat.

46. Humilitatem quam ſcriptis ſuis paſſim, & præcipue in libro de gradibus humilitatis docuerat Bernardus, inſignioribus adhuc exemplis confirmavit, dum honores ſponte ſibi oblatos, & Epiſcopalem dignitatem recuſavit; Januam paulopoſt ab Innocentio Papa miſſus, ut pacem inter Piſanos, & Januenſes componeret, poſtquam voti ſui compos factus eſt, cum ibidem Sigifridus Epiſcopus obiiſſet Bernardum ſibi in Epiſcopum Januenſes elegerunt, ut in ejus vita Erardus bonæ vallis, & Gulielmus narrant, quod alibi etiam accidiſſe adnotant: *Quot Eccleſiæ*, ait Gulielmus, *deſtitutæ paſtoribus, eum ſibi in Epiſcopum elegerunt? elegit eum domeſtica Lingonienſis Eccleſia, elegit Catalaunenſis. Intra Italiam civitas Januenſis, & Mediolanenſis Metropolis Ligurum. Hunc optaverunt magiſtrum, & paſtorem Remiis nobiliſſima Franciæ civitas ſecundæ Belgicæ provinciæ caput, ejus dominationem ambivit &c.*

Bernardi op. to. 6. p. 1214.

Ec-

JESU CHR. AN. 1130. Eccleſiaſticos autem honores, aut Principum favores, *non jactanter reſpuendo, ſed religioſe, & rationabiliter declinando &c.* recuſavit, ait Gulielmus, ac eum in Epiſcopum Mediolani, Remis, Catalauni, & Singonis, expoſtulatum fuiſſe addit. Januenſem porro Epiſcopatum hoc labente anno 1130. ab eo recuſatum fuiſſe in tabula chronologica geſtorum, & operum Bernardi adnotat Mabillonius tomo primo præfixa.

pag. 1200.

Honorius Augustodun. floret, & ejus scripta. *tom.* 20. *pag.* 1027.

47. Honorius Auguſtodunenſis Presbyter, librum de ſcriptoribus Eccleſiaſticis ſcripſit, variaque alia opuſcula bibliothecæ Patrum inſerta, seriem Romanorum Pontificum hoc tempore digeſſit, ac in Innocentio ſecundo his verbis clauſit. *Innocentius ſecundus, qui fuit Pontifex ordine centum ſexagintaquinque Chriſti anno milletrigeſimo*, librum de ſcriptoribus eccleſiaſticis Miræus in ſua bibliotheca Eccleſiaſtica uſque ad annum 1640. continuavit. Inter Honorii opera inſcriptum *Gemma animæ* quatuor libris diſtinctum recenſetur: ubi de Eccleſiarum, & Altarium pſalmodia, Miſſarum ornatu, deque ſacrificii, vel Miniſtrorum officiis, habitu, aliiſque agit, ac quo ritu in Eccleſiis tunc divina officia, Miſſarumque ſacrificia privata, vel publica celebrarentur, ſingulatim exponit, myſticaſque, utplurimum, cur hæc ita fierent, rationes reddit, quas unde hauſerit, perſepe ignoratur, alia plurima opuſcula Honorius ediderat, philoſophica, moralia, & in ſacram ſcripturam, quorum plurima extant, alia deperdita ſunt. Catalogum dabunt Dupinius, Caveus, aliique.

Dupin. ſeculi 12. *t.* 2. *p.* 517. *ſeqq. Caveus to.* 2. *pag.* 213.

InteritusThomæ de Marla, seu Marna. *Dacheri ſpicil. tom.* 2. *apud Varton. Angl. sacra tom.* 2.

48. Hoc eodem anno 1130. *Thomas de Marla Dominus de Conciaco perſecutor Eccleſiæ peſſimus interficitur*, ait auctor chronici S.Medardi. De ejuſdem obitu cum Robertus de Monte in chronico, tum Sugerius in vita Ludovici ſexti pluribus agunt; de ſceleratiſſimo virorum, ejuſque obitu hæc adnotat Henricus Huntindonenſis in epiſtola ad Valterum de Mundi contemptu: *Thomas*, inquit, *Princeps magnus juxta Laudunum in Gallia principans, magnus erat nomine, quia ſummus erat ſcelere. Eccleſiis igitur circumjacentibus hoſtilis, omnes in fiſcum ſuum redegerat: Si aliquam, vi vel dolo in captione ſua tenebat, non falſo dicere poterat:* dolores inferni circumdederunt me (Pſalmo 116.): *Cædes humana, voluptas ejus & glo-*

& gloria. Comitiſſam contra ſolitum in carcere poſuit, cui crudelis & ſpurcus, compedes & ſupplicia diebus, ut pecuniam extorqueret, ſtuprum noctibus inferebat, ut eam derideret. A carcere in lectum (Thomæ) homines crudeliſſimi *quaque nocte ferebant, a lecto quaqua die in carcerem referebant. Pacifice loquens proximum, in corde non ſine riſu gladio tranſpungebat. Unde gladium ſæpius ſub clamyde nudum ferebat, aut vaginatum: Hunc igitur homines timebant, venerabantur, adorabant. Fama omnis Galliæ circa illum. Creſcebat in dies ejus poſſeſſio, creſcebat ſervitus. Audire finem ſcelerati deſideras? Gladio lethaliter percuſſus, pœnitentiam recuſans, & a Corpore Domini collum retorquens, ſic periit, ut bene dici poſſet: conveniens vita mors fuit iſta tuæ &c.*

Chriſtianorum res in Oriente afflictæ.

49. Pauca nunc de geſtis in Oriente, ſeu Syria hoc anno addimus, quo Balduinus ſecundus Hieroſolymæ Rex, & Bohamundus Antiochiæ Princeps, Comites Tripolitanus, & Edeſſenus, cum magno chriſtianorum exercitu, in ſua virtute confidentes, Damaſcenorum fines ingreſſi, ut Damaſcum obtinerent, paulopoſt, exercitus parte maxima amiſſa, menſe Decembri re infecta, ad ſua redierunt, ut pluribus narrat Gulielmus Tyrius. Inter cetera *Igitur octavo idus Decembris, anno ab Incarnat. Domini* 1130. *Regni domini Balduini duodecimo, accidit hoc in eodem fere loco, ubi quadriennio prius inſignem & cunctis memorabilem de iiſdem hoſtibus idem Rex obtinuerat palmam. Mirabile eſt, & vere mirabile eſt ſupra opiniones hominum, quod de ſua virtute præſumentes humilias, æterne Salvator, & qui in homine confidunt, & carnem ponunt brachium ſuum, jaculo tuæ maledictionis, meritis exigentibus confodis &c.* quos temporis intemperie divinitus immiſſa, & cœlis contra eos pugnantibus, ſubdit *nec de ſuis, qui hoſtium gladiis ceciderant ſumpta eſt ultio, nec propoſitum effectui mancipare potuerunt.*

lib. 13. 26. *ſeqq.*

Stefani Patriarchæ Hieroſol. obitus cui Villelmus ſuccedit.

50. His ſubdit. *Mortuus eſt interim piæ memoriæ Stephanus Patriarcha Hieroſolymorum, cui ſucceſſit Dominus Villelmus prior Eccleſiæ Dominici Sepulchri, vir ſimplex modice litteratus, forma decorus, moralitate,* (ſive moribus) *commendabilis Flamingus natione*: patria Meclinenſis: Bohamundus vero Antiochiæ Princeps, ab infauſta expeditione Damaſcena vix reverſus, cum obviam Halapiæ Turcorum Principi

Bohamundi Antiochiæ Principis obitus.

JESU CHR. AN. 1131. in Ciliciam deſcendiſſet, & in loco, qui *Pratum palliorum* dicitur caſtrametatus *hoſtium irruente ſubito multitudine ſuis eum deſtituentibus gladiis confoſſus interiit*, ait Villelmus. Magnus revera Princeps, niſi immatura mors eum præripuiſſet. Eo mortuo uxor ejus Balduini filia, Principatum ſibi uſurpare præſumpſit. At Balduinus adveniens, Principatus Antiochiæ adminiſtrationem accepit, ut illum Conſtantiæ Bohamundi filiæ pupillæ poſtmodum ſervaret, ac inde Hieroſolymam reverſus, anno ſequenti obiit, ut ibidem dicturi ſumus. Hic porro Bohamundus, utpote filius Bohamundi ſenioris, nepos Rogerii Siciliæ Regis, Calabriæ, & Apuliæ Principis erat, qui cum abſque liberis obiiſſet, nullam ulterius de provinciis Calabriæ, & Apuliæ cum eo dividendis queſtionem Rogerius habuit.

JESU CHRISTI AN. 1131. INNOCENTII PAPÆ II. AN. 2.
LOTHARII REGIS GERM. ET ITALIÆ 7.
JOANNIS COMNENI IMP. 13.

Innocentius Papa Mauriniaci Altare conſecrat.

1. Ludovico Francorum, & Henrico Anglorum Regibus Bernardi præſertim opera ſibi conciliatis, ut anno proximo diximus, ad Lotarium Innocentius Papa hoc anno perrexit, & Carnuto ineunte Januario egreſſus, Mauriniacum primo hoſpitatus eſt. Cui Abbas, & Prior monaſterii Mauriacenſis: *Accurrunt velociter*, ut ait chronographus Mauriacenſis, *& jam pene ingredientem Mauriniacum Dominum Papam ſuſcipiunt gaudenter*, ubi cum biduo manſiſſet, Pontificem Abbas rogavit, ut Altare, *quod erat ante Crucifixum*, conſecraret, quod ſolemniter factum eſt 13. Kal. Febr. Conſecrationi ad fuere inter ceteros, *Epiſcopi Cardinales Gulielmus Præneſtinus, Matthæus Albanenſis, Joannes Oſtienſis, Guido Tiburtinus*, cum pluribus aliis, quos ibidem auctor recenſet, ex his etiam Bernardus Clarevallenſis Abbas, Petrus Abailardus monachus, & Abbas Ryenſis in minori Brittania.

Innocentius Leodii Lotharium adit, ab eoque excipitur.

2. His geſtis proſequitur auctor. *Luce tertia* ſeu tertia die, *Domnus Papa cum ſuo comitatu lætus diſceſſit, ac maximas gratias pro hoſpitalitate reddens, ad ſuum colloquium, quod apud Leodium fuit profectus eſt, ubi Lotharius Rex Aleman-*

mannorum, Patricius ac Imperator (futurus ſcilicet) *Romanorum cum omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Proceribus Regni ſui Innocentium Papam, patremque recognoſcit, & ſe cum eo Romam iturum, & in ſedem propriam reſtituturum ſacramento ſpopondit &c.* rogatus ibidem Innocentius a Bernardo Hildeſeimenſi Epiſcopo, ejuſque clero, ut Godehardum Hildeſeimensem olim Epiſcopum ſanctitate præclarum, qui anno 1038. obierat, Sanctorum faſis adſcriberet, *Cum conſuetudo ſit Romanæ Eccleſiæ*, ait auctor anonymus de miraculis S. Godehardi apud Bollandum, *in generali concilio ſanctos Dei canonizare, quod tunc temporis in Remenſem civitatem in feſto S. Lucæ indictum fuerat, accepto conſilio petitionem Eccleſiæ noſtræ uſque in prædictum locum diſtulit, ibique definiturum certiſſime promiſit &c.* extat Innocentii bulla, ſeu diploma, quod in concilio Remenſi, idem Pontifex vulgavit, eoque narrat ſe atteſtatione Epiſcoporum, & Abbatum cognoviſſe Godehardum vitæ ſanctitate, & miraculis in vita, & poſt mortem floruiſſe, quem ideo, *inter ſanctos honorari præcipimus*, ait. *Data Remis quarto Kal. Novemb.*: totam rem geſtam ſupracitatus auctor anonymus fuſiori ſtylo deſcribit.

JESU CHR. AN. 1131.

die 4. Maii.

Fontanini Codex Canoniz. pag. 1.

Innocentius Godehardum Hildeseimensem Episcop. Sanctis adscribit.

2. Quanto cum honore Innocentium Lotharius Leodii exceperit, narrat Sugerius in vita Lodovici ſexti ac ibi advenientem Lotharius *In platea ante Epiſcopalem Eccleſiam humillime ſe ipſum ſtratorem offerens, pedes per medium ſanctæ proceſſionis ad eum feſtinat, alia manu virgam ad defendendum, alia frænum albi equi accipiens, tamquam Dominum deducebat*: eumdemque, cum ex equo deſcendit, ſuſtentavit, ſic undecimo Kal. Aprilis Innocentium Lotharius in conventu Epiſcoporum trigintaſex, ut in chronico Saxonico legitur, excepit; Cum Pontifice aderat Bernardus Abbas individuus Comes, & quidem opportune, ait Mabillonius, ut Lotharium inveſtituras repetentem Pontifici conciliaret, quod feliciter præſtitit, ut narrat Eraldus in vita Bernardi: ex his aperti mendacii redarguitur Petrus Diconus dum in chronico Caſſin. lib 4. cap. 99. ſcripſit ab Innocentio inveſtituras in concilio Leodienſi Lothario conceſſas fuiſſe. *Innocentius igitur*, ait, *Germaniam ingreſſus, a Lothario Rege juxta Leodium excipitur, virgam ei & annulum antiquo ex more confirmans, &* ter-

Quo honore Innocentius ab Lothario exceptus sit.

Jesu Chr. An. 1131.

terram Comitiſſæ Mathildæ condonans. Hæc ipſe.

Lotharium cum uxore in Reges coronat.

3. Ægidius vero aureæ vallis Ciſtercenſis monachus, qui anno 1251. hiſtoriam Epiſcoporum Leodienſium ſcripſit, de adventu Innocentii Leodium hæc addit. *Anno Domini 1131. Gregorius, qui Innocentius dictus eſt ſecundus, multo comitatu Epiſcoporum, & Abbatum a Francia in Lotharingiam tranſit, & Dominica IV. Quadrageſimæ* (legendum Dominica III. ut ſequentia indicant) *quæ eſt XI. Kalend. Aprilis, Leodium venit. Ibi a Lothario Rege Alemanniæ, & a Domino Alexandro Leodienſi Epiſcopo, & aliis multis Epiſcopis, & Abbatibus tam Lotharingis quam Tranſrhenenſis, muneribus honoratur, tota civitas in obſequio fervet, & Dominica in medio Quadrageſimæ* (quarta ſcilicet) *ab Eccleſia S. Martini in publico monte uſque ad Eccleſiam S. Lamberti publicam, & ſolemnem exhibuit proceſſionem, Miſſam celebravit, ibi Regem & Reginam coronavit. Æſtimati ſunt a quibuſdam XXXII. Epiſcopi & Abbates affuiſſe, inter quos fuit unus Sanctus Abbas Bernardus Claravallis. Rediens Papa a Leodio Claram vallem divertit.* In eodem Leodienſi concilio Epiſcopos quinquaginta adfuiſſe in Annalibus Boſovienſibus legitur, ibique Hattonem Halberſtadenſem Epiſcopum jamdiu ab Honorio Papa depoſitum, reſtitutum fuiſſe additur, cautumque ibidem ut Presbyteri Parochiani caſte, & ſine uxoribus viverent, & ut nemo Miſſam Presbyteri uxorati audiret.

Innocentius quo modo Claravallis a Bernardo exceptus sit. *Bernardi vita lib. 2. c. 1. to. 5. p. 1206.*

4. De Innocentii adventu in Claram Vallem agens Ernaldus in vita Bernardi, eum feſtive quidem ibidem admodum, ſed moderato apparatu exceptum fuiſſe narrat. *Non purpura, & biſſo ornatis, nec cum deauratis evangeliis, ſed pannoſis agminibus ſcopeloſam ſeu ligneam bajulantibus Crucem. Flebant Epiſcopi, flebat ipſe ſummus Pontifex, mirantes congregationis illius gravitatem, quod in tam ſolemni gaudio oculis omnium humi defixis, comploſis palpebris, ipſi neminem viderent, & ab omnibus viderentur. Nihil in Eccleſia illa vidit Romanus quod cuperet, nulla ibi ſupellex eorum ſollicitavit affectum. Nihil in oratorio niſi nudas viderunt parietes, Solis moribus poterat inhiare ambitio. Ubi ventum eſt ad menſam, panis furfuraceus, olera, & legumina pro deliciis, potus ex ſucco herbarum pro vino appoſita, uni Pontifici piſcis oblatus.* Potuiſſet haud dubie Bernardus amicorum

corum ſubſidio exquiſitum tam illuſtribus hoſpitibus epulum exhibere: at hoc exemplo nos docere voluit, nec quærendas in monaſteriis, nec exhibendas hoſpitibus delicias, ait Mabillonius.

JESU CHR. AN. 1131.

Innocentii peregrinationes per Galliam.

5. Dum tempus concilii Remenſis in feſto S.Lucæ indicti adveniret, varias per Gallias peregrinationes Innocentius Papa peregit, ac Clarevalle relicta *Pariſios præſentia ſua illuſtravit*, ait chronographus Mauriacenſis, & Paſcha celebraturus ad monaſterium S. Dionyſii prope Pariſios divertit, ubi cum eſſet Dominicam ibidem cœnam *more Romano, & ſumptuoſo donativo, quod Presbyterium nominatur*, celebravit, ait Sugerius in vita Ludovici: *Venerandam Domini Crucifixionem*, die Veneris, *venerando proſequutus ſanctiſſimæ Reſurrectionis vigilias honore debito pernoctavit*. Summo mane cum multa pompa ad Eccleſiam martyrum perrexit, ibique Pontificalibus indutus veſtibus, *& mirabili ornatu circumdantes capiti ejus Trigium, ornamentum Imperiale*, & Pontificium, *inſtar galeæ circulo aureo circinnatum imponunt albo, & palliato equo, inſidentem adducunt, ipſi etiam palliati, equos variis operturis variatos equitantes, odas perſonando feſtive geminati procedunt. Barones vero Eccleſiæ noſtræ feodati, & Caſtellani nobiles, stratores humillimi pedites dum æquitantem fræno deducebant. Quidam etiam prævii copioſam monetam, ut turbam impedientem removerent, jactitabant. Via autem Regia, & ſalicibus & fixis ſtipitibus pretioſis palliis rutilabat. Cum autem & militiæ cunei & populi multi concurſus ei honoratiſſime occurreret, nec etiam ipſa Judæorum Pariſienſium excæcata defuit Synagoga, quæ legis litteram, rotulam ſcilicet velatam offerens, ab ore ejus hanc miſericordiæ & pietatis obtinet ſupplicationem. Auferat Deus omnipotens velamen a cordibus veſtris*. Hæc & alia ibidem Sugerius, qui addit. Finita Miſſa, ſumptuoſam in clauſtris menſam paratam fuiſſe, die ſequenti ab Eccleſia S. Remigii, eodem apparatu ad principalem proceſſiſſe, & tranſactis poſt Paſcha diebus tribus *Pariſium tranſmeavit, exinde* Galliarum Eccleſias viſitando pergens, *Compendii demorari elegit*; uſque ad tempus futuri concilii, ait Sugerius, ac ſeptimo idus Maji Rothomagi verſabatur Pontifex, ubi privilegia monaſterii Sancti Dionyſii, poſſeſſionis Pariſienſis confirmavit, litteris ad Sugerium Abba-

Jesu Chr. an. 1131.

Olderic. hiſt. lib. 13.

Abbatem ea de re datis, quarum partem exhibet Mabillonius, in eadem peregrinatione Eccleſiam S. Medardi Sveſſionis dedicavit, Innocentius tertio idus Octobris. Unde Oldericus, ait. *Sequenti Dominica Papa Sveſſionis Baſilicam S. Medardi Epiſcopi dedicavit, & inde Remis ad concilium properavit &c.*

Remense concilium celebratur. Labb. to. 10. p. 980. seqq.

6. Inſtante itaque feſto S. Lucæ Evangeliſtæ Remos Innocentius Papa adveniens, indictum celebravit concilium, cui tercentum circiter Epiſcopi, & Abbates ad fuiſſe traditur. Nam *Dominum Papam Remis proficiſcentem, Epiſcoporum, Abbatum, Litteratorum Nobiliumque clericorum grandis numerus ſequebatur*, ait Chronographus Mauriniacenſis, ac *illic adfuerunt tredecim Archiepiſcopi, & biſcentum ſexaginta tres Epiſcopi*, & Abbatum, & Clericorum magna multitudo. Illuc Rex, & Regina, & tota nobilitas *Franciæ confluxerunt*, ait Ordericus lib. 13. decimo autem quarto Kal. Novembris celebratum fuiſſe narrat Dodechinus in chronico.

Synodi celebritas, & Episc. aliorumque numerus.

Lotharius, aliique Reges obedientiam Innocentio offerunt.

7. In eodem concilio reſidente Innocentio, *per quemdam Magdeburgenſem Archiepiſcopum*, Norbertum ſcilicet, *præſentatæ ſunt litteræ a Lothario Rege Alemannorum*, ait ſupracitatus chronographus Mauriniacenſis, *in quibus rurſus & obedientia promittitur, & quod ſe ad expeditionem*, Italicam ſcilicet, *cum viribus omnibus Regni ſui præpararet, intimatur. Similiter etiam Rex Anglorum Henricus per Hugonem Archiepiſcopum Rotomagenſem, & ornatiſſimas litteras miſit, & fidelem obedientiam promiſit. Reges quoque citerioris Hiſpaniæ, ſenior Idelfonſus* (nempe Alphonſus VI. Aragoniæ & Navarræ Rex), *& interioris junior Idelfonſus* (Alphonſus VII. Caſtellæ Rex) *miſſis per Epiſcopos ſuarum provinciarum Epiſtolis Papam ſalutant, ſe ſe filios & obedientes denunciant, auxilium contra Chriſtiani nominis inimicos, & regionum illarum invaſores Morabites ſuppliciter efflagitant. Fuerunt ſiquidem & lætitiæ, & admirationi ad id negotium pertinentes excellentiſſimorum Heremitarum Cartuſienſium litteræ, quæ per quemdam venerabilem Abbatem de Ordine Ciſtellenſi* (ideſt Ciſtercenſi) *delatæ, & in Concilio per Gaufridum Carnotenſem Epiſcopum recitatæ ſunt*. Refert poſtea Cartuſianorum litteras, quas dicunt, ſe mittere per *Abbatem Pontiniacenſem*, qui erat *Hugo* primus hujus Monaſterii Abbas,

bas, poſtea Epiſcopus Antiſſiodorenſis, vir magnæ ſanctitatis.

8. De Norberti adventu ad Remenſe concilium agens auctor vitæ ejus, addit, illuc ab Norberto Eccleſiæ ſuæ privilegia ſeu diplomata vetuſtiſſima, & fere a vermibus conſumpta attuliſſe. Eademque fecit *Romano munimine renovari & corrigi, addit præterea aliud privilegium ſecreto, ut cum daretur opportunitas, Romana fultus auctoritate, ordinem ſuæ religionis in Epiſcopali propagaret Eccleſia.*

Norbertus in ordinis sui, &privilegiorum ecclesiis confirmationem obtinet. *Bolland. die 6. Junii.*

9. Regis Francorum, & Reginæ præſentia Remenſi concilio ſolemnitatem addiderat, in luctum repente mutata eſt, ob Philippi filiorum Ludovici natu maximi & in Regem evecti interitum, qui paulo ante, ut narrat Odericus: *Dum in civitate Pariſiis equo vehitur, porcus equi pedibus ſe forte ſubmittens equum ſuper ipſum præcipitem dedit, & de ejus ſubita, & miſeranda morte Francis luctum induxit tertio idus octobris.* Tanto infortunio commotus Innocentius ad conſolandum patrem miſit a latere ſuo venerabiles Epiſcopos Gaufridum Catalaunenſem, & Matthæum Albanenſem Cardinalem, & Apoſtolicæ ſedis in Gallia jamdiu legatum; Interea ut ait Sugerius Abbas in vita Ludovici. *Qui ergo intimi ejus, & familiares eramus formidantes ob jugem debilitati corporis,* Ludovici patris, *moleſtiam ejus ſubitum defectum, conſuluimus ei, quatenus filium Ludovicum, pulcherrimum puerum regio diademate coronatum, ſacri liquoris unctione Regem ſecum ad refellendum æmulorum tumultum conſtitueret. Qui conſiliis noſtris acquieſcens, Rhemos cum conjuge, & filio, & regni proceribus devenit, ubi in pleno & celeberrimo, quod dominus Papa Innocentius convocaverat, Concilio, ſacri olei unctione & coronæ regni deportatione in Regem ſublimatum, felicem providit regno ſucceſſorem. Unde multis quaſi quodam præſagio videbatur, ejus debere amplificari potentiam, qui tot & tantorum & tam diverſorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Francorum, Teutonicorum, Aquitanorum, Anglorum, Hiſpanorum ſuſcepit benedictionem copioſam. Cumque pater vivi gaudio defuncti dolorem allevians Pariſium rediret, dominus Papa, ſoluto Concilio, Antiſiodori delegit demorari.* Hæc Sugerius præſens cuncta ſpectans, & ſcribens, ac ſolemnitatem conſecrationis Ludovici ſingulatim deſcribit chronographus Maurinia-

Innocentius Ludovicum Ludovici filium Regem consecrat.

cen-

Jesu Chr. an. 1131. cenſis, qui addit, quod cum Ludovicus adveniens, filii ſui triſtem caſum narraſſet, Regem oratione ſua Pontifex conſolatus eſt, tum ſurgens, *& Oratione Dominica, ut mos chriſtianorum exigit, dicta ſub ſilentio, pueri defuncti animam abſolvit*: ſeu ut dici ſolet, ac in exequiis ſolemnibus obſervatur, abſolutionem fecit: dein Epiſcopi, & Abbates, ut cum feſtivis ſacriſque veſtibus Dominica proxima, ad pueri Regis coronationem adeſſent, admoniti ſunt.

S. Bernardi Abbatis apud Innocentium auctoritas.

10. Sicuti Ludovico Regi Francorum Sugerius Abbas S. Dionyſii familiaris, & conſiliarius erat, ita Innocentio S. Bernardus Clarevallenſis, quem, ut in vita ejus narrat Eraldus Bonævallis: *A ſe ſeparari non patiebatur ſed cum Cardinalibus in rebus publicis aſſidebat, ſed & privatim quotquot habebant negotia, virum Dei ſecretius conſulebant, ipſe vero audita referebat ad Curiam, & oppreſſis patrocinia exhibebebat &c.* Inter Bernardi opera duo ſermones extant, tamquam ab eodem in Remenſi ſynodo recitati, primus ad Clerum, alter ad paſtores in ſynodo congregatos, qui etſi Bernardi non ſint, inelegantes tamen nec Bernardo indigni omnino ſunt, & certe ex Bernardi centonibus conſarcinati, nec mirum ſi Bernardo inſcripti fuerint, primus ad clerum coram Pontifice, cujus juſſu habitum fuiſſe in ipſo exordio auctor indicat, ubi inter cetera hæc ſunt. *Grave eſt quod mihi injungitur, videlicet ut doceam doctores, inſtruam Patres, præſertim cum ſcriptum ſit: Interroga patres tuos, & annuntiabunt tibi. Sed præcipit mihi Moyſes iſte, cujus manus graves ſunt, cui obediendum eſt non ſolum a me, ſed etiam ab omnibus. Et pluſquam Moyſes hic. Moyſi commiſſa fuit una plebs Iſraelitica, iſti autem univerſa Eccleſia. Et pluſquam Angelus hic. Cui enim Angelorum dixit aliquando Deus: Quæcunque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis? ſecundum officium dico, non ſecundum meritum. Præter Deum non eſt ſimilis ei, nec in cœlo, nec in terra. Hic eſt Petrus, qui miſit ſe in mare, cum alii Diſcipuli navigarent ad* Jesum. *Unuſquiſque veſtrum contentus eſt navicula ſua, hoc eſt Archiepiſcopatu ſuo, Abbatia ſua, præpoſitura &c.* At in progreſſu quædam duriora occurrunt, quæ Bernardi ſtylum, nec humilitatem ſapiunt, dum ſcilicet Epiſcopos fratres nominat, dum acerbiori ſtylo Epiſcopos arguens, diabolos non ſemel appellat,

Bernardi op. to. 5. p. 819. seqq.

ſat; quæ ſane ab Bernardi humilitate, & erga Epiſcopos reverentia aliena omnino ſunt.

Concilii Remen. canon.

11. Sed ad Remenſem ſynodum redimus, cujus etſi acta perierint, plurima tamen hinc inde collecta exhibet conciliorum collectio, ac multa ibidem geſta jam ſupra adnotavimus: extant etiam canones decem & ſeptem ibidem ad Eccleſiaſticam diſciplinam inſtaurandam vulgati, ac primum Simonia vetatur. 2. Ut Epiſcopi, & clerici vita, moribus, & habitu Deo placere ſtudeant, decernitur. 3. Morientium clericorum bona invadi prohibetur. 4. Subdiaconi uxorati, vel concubinarii officio, & beneficio privantur. 5. Ne Miſſas Presbyterorum incontinentium fideles audiant, jubetur. 6. Monachis, canoniciſque regularibus leges profiteri, aut medicinam exercere prohibetur. Alia præterea ad Clericorum, aut Laicorum vitam ſancte erudiendam ſtatuta ibidem ſunt, & conſanguineorum nuptiæ vetitæ. His nonnulla addit Uldaricus Bambergenſis lib. 2. inter cetera, ut *Ne ad lectionem divinitatis*, ſeu ad docendas ſacras litteras; *niſi litterati admittantur. In fine*, ſubdit, *damnati ſunt ſententia excommunicationis invaſores Regni, & Eccleſiæ, Petrus Leonis, & Conradus cum omnibus ſuis fautoribus, inclinatis cereis ardentibus, ad extinguendam memoriam illorum, ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus totius concilii, depoſiti ſunt etiam Cardinales, qui diſceſſerunt ab unitate Sanctæ Matris Eccleſiæ.* Atque hæc ſunt, *quæ a Domino Innocentio Eccleſiæ catholicæ Apoſtolico decreta, & a tota ſynodo Remenſi unanimiter ſunt recepta*, quæ etiam, ut ad hunc annum adnotat Manſius, Claromontano concilio anno elapſo ab eodem Innocentio celebrato, inſcripta ſunt, cum eadem utrobique vulgata, & recepta fortaſſe fuerint: atque his in concilio Remenſi geſtis, Innocentius Papa, *Antiſſodoro elegit demorari*, ubi & hyemem tranſegit, uſque dum vere adveniente in Italiam rediit, de quibus anno ſequenti.

to. 10. p. 989. seqq.

apud Eccard. to. 2. p. 15.

Sententia excommunicationis in Anacletum, & Conradum.

De geſtis Anacleti Antipapæ, ejuſque epiſtola.

12. Dum hæc Innocentius in Galliis ageret cujus partes totus fere orbis ſequebatur, Anacletus, cui Italiæ pars maxima ab Sicilia ad Ligures uſque, utplurimum cum Caſſinatibus monachis adhœrebat, his non contentus, ut quos adhuc ſibi conjunctos in Galliis habebat, & inter eos Gulielmum Aquitaniæ Ducem, alioſque hinc inde in obedientia ſua retineret, omni conatu nixus eſt; extat ejus epiſtola ad

JESU CHR. AN. 1131.

ad quemdam, fortaſſe ad Gerardum Engoliſmenſem, ſuæ factionis præcipuum patrocinatorem, qua Remenſem Archiepiſcopum, geſtaque Remis cum Innocentio Pontifice excommunicavit, diriſque devovit; *Dilectionis tuæ fervorem*, ait Antipapa, *quem penes nos, & Romanam Eccleſiam geſtare videris, niſi litterarum tuarum ſeries minime teſtarentur, in corde tamen noſtro legimus, quid debeamus de devotione ſentire. Proinde quod idiota Rhemenſis, truncus inutilis, in te, & in Eccleſiam tuam nequiter & impudenter egiſſe dignoſcitur, nequaquam te mœror aliquis ſeu dolor afficit, præſertim cum in nos, & in Romanam Eccleſiam, cui ſe juramento aſtrinxit, quaſi ebrius & vino æſtuans, hiſtrionum more, multa inſolenter vomuerit, ponens quidem in cælum os ſuum, ut lingua ejus tranſeat ſuper terram. Tanquam alter Dioſcorus Sedem niſus eſt Apoſtolicam judicare, dum iniquitatis zelo quod plantarium in Dei Eccleſia fovere molitur, & ſtatuam in campo Dura velut alter Babylonius, furioſorum more, quibusque ſimplicibus ſuggerit adorare*. Sic ipſe ſchiſmaticus Innocentium Pontificem Idolo Babilonis comparans, in quam rem multa ibidem addit, apud Baronium videnda, deinde de rebus ſuis veluti triumphans addit. *Ut tibi omnia breviter perſtringamus, glorioſus filius noſter Rogerius Dux Apuliæ ad pedes noſtros humiliter veniens, nos Papam Catholicum & legitimum dominum ſuum, prædeceſſorum ſuorum more, recognovit. Archiepiſcopi, Abbates omnes Apuliæ, Calabriæ, ſicut omnis etiam Orientalis eccleſia, Hieroſolymitana, Antiochena, & Conſtantinopolitana nobiſcum ſunt, & nos viſitant, & frequentant. Noveritis etiam, nos, ſoluto Concilio, quod apud Barum quinto Idus Novembris, præſtante Domino, celebraturi ſumus, Mediolanum properanter aſcenſuros: Tu itaque fili mi in Chriſto chariſſime, confortare in Domino, & officium tuum viriliter age, & virulenta verba, ſeu minas Rhemenſis nullatenus formides*. Hucuſque Anacletus: Campaniæ, ac Capuæ hoc anno diu ſubſtitiſſe, ac de turbis Benevento excitatis ſopiendis ſollicitum fuiſſe narrat Fulco Beneventanus, cum inter ſe Boptonius Beneventorum præcipuus, & Creſcentius ibidem rector ab Anacleto deſtinatus diſſiderent, quæ longum eſſet exponere. An autem ſynodum, ſicuti in ſupracitata epiſtola, promiſerat, Barii celebraverit, ignoramus.

Murat. to. 5. pag. 108.

13. Al-

13. Alteram quoque ex eodem Caſſinenſi Codice Anacleti epiſtolam hoc anno datam refert Baronius ad S. Norbertum Magdeburgenſem Epiſcopum datam, qua cum eo conqueritur, quod ad proſequendam cauſam cum Archidiacono ſuo, qui ad ſedem Apoſtolicam, ab ejuſdem ſententia appellaverat, ad urbem non adveniſſet, ac ut in proximis S. Martini octavis, ibidem adeſſet, præcipit: *Eapropter fraternitati tuæ mandamus*, ait, poſtquam tota epiſtola rem geſtam expoſuiſſet, *& Apoſtolicæ ſedis auctoritate præcipimus, ut eidem Archidiacono quæ abſtuliſti, cum integritate reſtituas & quiete deinceps omnia tenere permittas: proximis autem B. Martini octavis noſtro te conſpectui repræſentes, plenam de eo juſtitiam in noſtra & fratrum præſentia recepturus. Per præſentia etiam tibi ſcripta mandamus (quemadmodum anteceſſor noſter beatæ recordationis tibi mandavit) ut filios noſtros eccleſiæ Magdeburgenſis Canonicos ad nos venire volentes, prohibere ulterius non præſumas, ſi beati Petri gratiam & dilectionem volueris. Nos enim tibi aut honori tuo nihil detrahimus: ſed ſi in te non remanſerit, pleno totius charitatis affectu, tam te quam eccleſiam tibi commiſſam diligere, ac præſtante Domino, cupimus honorare. Datum Romæ apud ſanctum Petrum XV. Kalend. Julii.* Hæc ad ſanctum Norbertum, qui interea temporis ſequens Innocentium, in Concilio Rhemenſi (ut audiſti) & alibi adverſus ipſum Antipapam ſtrenue certabat.

Anacleti epiſtol. ad S. Norbertum.

14. Grave interea in Galliis ſcandalum hoc anno vel proxime elapſo exortum eſt, immaneque facinus perpetratum. Dum Thomas prior monaſterii S. Victoris Pariſienſis, vir vitæ integerrimæ, eo quod injuſtis Archidiaconi Pariſienſis exationibus reſiſteret, crudeliter interfectus eſt, ac paulopoſt eadem de cauſa Archembaldus idem mortis genus ſubiit. Quare ne tantum ſcelus impunitum remaneret, Stephanus Pariſienſis Epiſcopus quotquot mortis Thomæ participes fuerant, anathemati ſubjecit; ac litteris, Clero Diœceſis ſuæ vulgatis præcepit, ut cum eis nemo nec in divinis, ſed nec in humanis niſi neceſſitate cogente communicaret, nec eos, quamlibet emendationem præferrent ab eo crimine abſolveret: *Mandamus enim vobis*, ait, *quatenus unuſquiſque veſtrum in ſuo Archipreſbyteratu prohibeat, ut nullus omnino preſbyter,*

Thomas S. Victoris Prior a Sicariis occiſus.

Labb. to. 10. pag. 974.

Stephanus Paris. Epiſc. interfectores excommunicat, peccatum ſibi reſervat.

 nec

Jesu Chr. an. 1131.

nec de ſeculo, nec de religione, nec Abbas, nec Canonicus, nec Monachus incluſus, nec Eremita, nec etiam Abbas Sancti Victoris, bujus excommunicationis reum, ad ſe pro confeſſione venientem ſuſcipiat, neque abſolutionem bujus culpæ tribuat, aut pœnitentiam injungat: quia ego de toto reatu mibi ſoli abſolutionem, & pœnitentiam reſervavi &c.

Stephani Paris. Episc. epist. ad Gaufridum Senon. Episc.

15. His geſtis, ut animi mœrorem, ob facti atrocitatem, conceptum leniret, Claram vallem adiit, & Gaufrido Carnotenſi Epiſcopo, & Apoſtolicæ sedis legato litteras dedit, quibus eum ad crimen ulciſcendum excitavit, iiſque luctuoſam cladem, cui præſens fuerat, narravit, ubi poſt plurima addit, quod cum ab monaſterio Chelis reformando, cum eodem Thoma, & aliis reverteretur. *Juxta Domini Stephani Caſtrum, quod Gorniacum dicitur, ſubito ab ejus hominibus, ſcilicet nepotibus Theobaldi Archidiaconi, inſidias mibi in via præſtruentibus, aſſaltum paſſus ſum. Cumque nos inermes, ut pote die Dominico, & pacem ferentes incederemus, ſubito evaginatis gladiis irruunt ſuper nos, & nec Deo, nec diei ſacræ, nec mibi, nec bis qui mecum erant religioſis viris, bonorem dantes, inter manus noſtras, & innocentem trucidaverunt, mibique mortem comminati ſunt, niſi abſcederem a conſpectu eorum celeriter. Nos autem fiducialius agentes, in medios gladios nos conjecimus, & jam ſemivivum, direque laniatum a manibus eorum abſtraximus, atque undique circumdantes eum, de ſua confeſſione, & de ejus quam paſſus fuerat inimicorum impietate dimittenda, allocuti ſumus. Tunc ille libenti animo omnibus qui in ſe peccaverant dimittens, & ſuorum peccatorum intime remiſſionem petens, percepta tandem communione corporis & ſanguinis Chriſti, libera voce ſe coram omnibus pro juſtitia mori conteſtatus eſt, et ſic reddidit ſpiritum &c.* Quare poſt alia Gaufridum enixe rogavit, ut ad Claram Vallem ad ſe tranſiret, qui ſtatim illuc convolans, ac caſus atrocitatem audiens, Apoſtolica auctoritate præcepit, ut Epiſcopi Remenſis, Rothomagenſis, & Turonenſis Diœceſeon ad ſynodum Sotri in Remenſi Diœceſi indictam convenirent: ejuſdem argumenti eſt epiſtola altera Stephani ad Innocentium Papam, ſicuti & de Archembaldi Aurelianenſis Subdecani eodem modo, eademque de cauſa interfecti, quæ inter Bernardi epiſtolas

epiſt. 159. & 161.

ſtolas inſertæ ſunt. Gravior etiam extat ejusdem Bernardi epiſtola ad eumdem Innocentium data, quarum omnium ſcopus eſt, ut ad vindiςtam tanti criminis excitaret. *epiſt.* 158.

Sotrense concilium interfectores excommunicat, dirisque devovet.

Petri Cluniacen. epiſt. pag. 91.

16. Petrus etiam Venerabilis Cluniacenſis Abbas eadem Innocentio ſcribens: *Execrabile facinus ait, puniendum flagitium, inauditum noſtris ſeculis ſcelus: de nece eorum qui pro juſtitia uſque ad ſanguinem reſtiterunt, ad aures pietatis veſtræ credimus perveniſſe*, & nece narrata Thomæ, de ſynodo adverſus interfeςtores congregata hæc ſubdit. *Hac de cauſa nuper in partibus noſtris, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, ac multorum religioſorum, & ſapientum perſonæ congregatæ ſunt, & conſilio habito in hujuſmodi ſacrilegos ſeveritatis ſententiam protulerunt &c.* Quam ut confirmare dignetur, enixe rogat. *Confirmet ergo ſi placet Apoſtolica auςtoritas, quod ab eis bene geſtum eſt ſuppleat, ſi quid minus ſevere decretum eſt, ut & impii debita ultione puniantur, & ab eorum imitatione ceteri deterreantur &c.*

Innocentius synodi sententiam confirmat.

[1] *apud Labb. to.* 10. *p.* 977.

17. His litteris excitatus Innocentius, zeloque juſtitiæ accenſus, non ſolum Sotrenſis ſynodi ſententiam in interfeςtores Thomæ, & Archembaldi confirmavit, ſed inſuper addidit, ut ubicumque locorum ii fuerint locus ille interdiςto ſubjiciatur. Unde poſt plurima in deteſtationem ſceleris[1], ſubdit. *Quod ergo a veſtra dileςtione ſuper hoc apud Sotrum nuper judicatum eſt, Apoſtolica auςtoritate ſtatuimus eſſe firmatum. Sed quia nimis remiſſa videtur eſſe veſtra ſententia, addendo cenſemus, ut in quibuſcumque locis præfati ſanguinarii præſentes fuerint, divina ibi non celebrentur officia, & ſi quis illos ſacrilegos Clericidas, ac cæleſtis collegii perturbatores & effuſores Dominici ſanguinis in ſeculo remanentes manutenere; & confovere tentaverit, Anathematis ſententia percellatur &c.* Hæc, & alia in eam rem Innocentius Papa, adverſus interfeςtores Clericorum Apoſtolicam exercens cenſuram.

Stephanus Paris. Episc. Sanctorum ope ignem sacrum extinguit.

18. Interea cum morbus igneus, ſacer etiam diςtus, hoc tempore Pariſios invaſiſſet, idem Stephanus Pariſienſis Epiſcopus, cum in eo curando medicorum artem nil proficere animadvertiſſet, ſanςtorum opem imploravit, & proceſſione indiςta, ex cathedrali Eccleſia, ad Eccleſiam Beatiſſimæ Virginis

JESU CHR. AN. 1131. ginis reliquias S. Genovefæ Pariſiorum patronæ detulit, qua peracta morbus omnino ceſſavit, ut auctor coævus apud Bollandum die 3. Januarii pluribus narrat, atque hæc hoc tempore accidiſſe his verbis indicat. *Venit ſequenti anno ad partes iſtas felicis memoriæ Innocentius ſecundus, qui audito miraculo Virgini gratias egit &c.* Eaque occaſione altera Eccleſia in honorem S.Genovefæ Pariſiis ædificata eſt; *De miraculo ardentium* dicta. Jam alias eodem morbo Galliarum provinciæ vexatæ fuerant. Unde ſeculo elapſo deſinente hujus morbi occaſione Congregatio S. Antonii in Delphinatu inſtituta fuerat ac paſſim eadem labe & morbo Galliarum provincias hoc ſeculo afflictas fuiſſe auctores adnotant, inter eos Anſelmus Gemblacenſis in chronico anno 1129. non ſolum Pariſios, ſed etiam Carnutum, Sveſſionem, Cameracum, Atrebatum, aliaque oppida.

Ayberti monachi elogium.

19. Dum in Galliis hoc anno moraretur Innocentius Papa, innotuit ei ſanctus Aibertus, ordinis S. Benedicti monachus, ſeu recluſus per plurimos annos, qui Presbyter poſtea ordinatus; *ut populis ad ſe venientibus melius conſuleret, & familiarius ſecreta confeſſionum audiret*, ampliſſimam ab Innocentio facultatem obtinuit; cui miniſterio intentus, quamplurimos peccatores ad bonam frugem reduxit. Qui etiam *Duas in die celebrabat Miſſas, unam pro vivis, alteram pro defunctis*, ait auctor vitæ ejus Robertus, ac annos quinquaginta circiter in monachatu tranſactis, boniſque operibus intentus, *ipſo ſacratiſſimo die S. Paſchæ quod tunc ſeptimo idus Aprilis accidit celebrandum*, ſancto fine quievit, anno ſcilicet 1135. vel 1140. cum ea die Paſchatis feſtum incidit. Henſchenius ad diem ſeptimam Aprilis in notis ad ejus vitam reſcriptum Innocentii ſecundi refert Aiberto monacho, & recluſo Remis Kal. Novemb. datum, quo facultatem eidem ab Paſchali, & Honorio ſecundo Pontificibus factam audiendi confeſſiones, & Miſſas *oſtiis apertis* celebrandi confirmat, quo etiam loco ſanctorum virorum exempla occurrunt, qui plures in die Miſſas celebrarunt.

apud Bolland. die 7. April.

Leopoldus Auſtriæ Marchio floret.

20. Florebat hoc etiam tempore Leopoldus Auſtriæ Marchio, qui etſi in ſeculo vixerit, multoſque filios genuerit, ſcilicet decem & octo, quorum ſeptem, *in infantia ſublati ſunt, undecim vero ſupervixerunt, ſcilicet ſex filii, & quin-*

que

que filiæ: ut narrat auctor chronici Auſtriaci Floriacenſis ac ſubdit. Decimoſeptimo Kal. Decemb. ſancto fine obiiſſe quem Innocentius octavus, utpote miraculis clarum, inter ſanctos retulit, cujus canonizationis diploma exhibet Fontanini, vitam vero Surius, aliique die 15. Novemb.

Jesu Chr. an. 1131. *apud Lambecium bibliot. Caſ. tom. 2. Fontan. Codex Canoniz. pag. 195.*

21. Innocentius autem ſecundus in Gallias hoc anno peregrinatus, ut diximus, cum Antiſſiodori eſſet, ad petitionem celebris Æloisæ tunc Prioriſſæ Monaſterii Paracletenſis in Diœceſi Trecenſi ſiti, ejuſdem Monaſterii poſſeſſiones, in præſentiarum adeptas, aut in futurum eidem concedendas, ſub Apoſtolicæ Sedis protectione ſuſcipit, idque ut videtur, Petri Abaelardi rogatu & meritis. Refert eas litteras Bulæus Tom. II. Hiſt. Univerſit. Paris. pag. 127. quarum hæc clauſula eſt: *Datum Antiſſiodori per manum Aldierici* (legendum Aymerici) *S. R. E. Diaconi Cardinalis, & Cancellarii, IV. Kal. Decemb. Indict. X. Incarnat. Domini an. MCXXXI. Pontificatus vero D. Innocentii Papæ ſecundi, anno ſecundo.*

Innocentii diploma pro monaſterio Paracliti. *Pagi 2. 24.*

22. Hoc quoque anno, ut narrat Dodechinus, *Præſente Lothario Rege, præſidente Matthæo Albanenſi cum Moguntinenſi Archiepiſcopo* Moguntiæ concilium celebratum fuit, quo Argentinenſis Archiepiſcopus de ſua intruſione accuſatus, *In manus Archiepiſcopi, & Cardinalis Argentinenſem reconſignavit Epiſcopatum*. Mentionem hujus Concilii facit etiam Trithemius in Chron. Hirſaug. ad hunc Chriſti annum, aitque Innocentium II. qui in Concilio Leodienſi verus Papa declaratus fuerat, iterum in Concilio Moguntino verum Pontificem agnitum eſſe, ac Matthæum Albanenſem Epiſcopum Card. Apoſtolicæ Sedis in Germania Legatum huic Concilio præſediſſe. Nominat præter duos Archiepiſcopos Moguntinenſem, & Trevirenſem, Epiſcopos octo Germaniæ, qui eidem interfuere, inter quos S. Otto Epiſcopus Bambergenſis, additque ſe aliorum nomina ignorare.

Concilium Moguntinū. *Labb. to. 10. pag. 988.*

23. Brunone Argentinenſi Archiepiſcopo celebrior fuit Bruno alter Colonienſis Archiepiſcopus hoc anno ab Villelmo Præneſtino Apoſtolicæ ſedis legato ordinatus, in locum Friderici e vivis ſublati, uti narrat Dodechinus in chronico. In Colonienſem Epiſcopum ab Clero electus Bruno, S. Bernardum Abbatem Clarevallenſem, amicitia ſibi conjunctum,

Bruno Colonienſis Epiſc. ordinatur.

Jesu Chr. an. 1131. ctum, conſuluerat, an electioni ſuæ conſenſum præbere deberet, cui reſpondens Bernardus, ſententiam ſuam ita temperavit, ut eum magis terreret quam ad Epiſcopale officium exercendum incitaret: *Quæris a me conſilium*, ait, *vir illuſtris Bruno, an volentibus te promovere ad Epiſcopatum acquieſcere debeas. Quis hoc mortalium definire præſumat? Deus forſitan vocat: quis audeat diſſuadere? Forte non vocat: quis appropinquare conſulat? Utrum vero vocatio Dei ſit, an non ſit, quis ſcire poſſit, excepto Spiritu qui ſcrutatur etiam alta Dei, vel ſi cui forte revelaverit ipſe &c.* tandem poſt multa, ad Norbertum Magdeburgenſem tunc Archiepiſcopum remittit. *Habetis Dominum Norbertum*, ſubdit, *quem melius præſentem præſens de talibus interrogare poteſtis, nam tanto vir ille in divinis aperiendis myſteriis nobis promptior, quanto & Deo propior eſſe cognoſcitur*. Cum vero Colonienſis Epiſcopus jam ordinatus eſſet Bruno, duabus epiſtolis S. Bernardus ut injuncto miniſterio ſollicite, ſancteque ſatisfaceret, excitavit.

Bernardi epiſt. 8. & 9. ep. 9. & 10.

Obitus Balduini Hieroſolym. Regis, cui Fulco ſuccedit.

24. Mortuus eſt etiam hoc anno die 21. menſis Auguſti Balduinus ſecundus Hieroſolymorum Rex, cui ſucceſſit *Fulco gener ejus, Comes Turonenſium, Cenomanenſium, & Andegavenſium, cui prædictus Dominus Rex filiam ſuam primogenitam Miliſendem nomine dederat uxorem*, inquit Tyrius lib. XIII. cap. ult., & lib. XIV. cap. I. *Fulco*, ut ſubdit Tyrius, uxore defuncta Hieroſolymam venerat, & Balduini II. gratiam, & univerſorum Principum familiaritatem acquiſierat,. cumque ad propria regreſſus fuiſſet, Hieroſolymam vocatus fuit a Rege, qui ei primogenitam ſuam matrimonio copulavit, & ad Regni Hieroſolymitani ſucceſſionem eum deſtinavit.

Stephani II. Hungar. Regis obitus cui Bela ſuccedit.

25. *Stephanus* Hungariæ Rex hujus nominis II. filius Colomani Regis, cum eſſet in articulo mortis, *Monachalem habitum relicto regno ſuſcepit, anno regni ſui XVIII., & ſepultus eſt Vvaradini. Migravit autem ab humanis anno Domini* 1131. inquit Joannes de Thwrocz in Chron. Hungarorum cap. 73. Regnavit poſt eum *Bela* cæcus, filius Ducis *Almi* cæci, qui fuit Princeps optimus.

JESU CHRISTI AN. 1132. INNOCENTII SECUNDI PAPÆ AN. 3.
JOANNIS COMNENI IMP. AN. 15.
LOTHARII GERMANIÆ, ET ITALIÆ REGIS AN. 8.

1. Anno elapſo *Franciam peragravit* Innocentius Papa; *& immenſam gravedinem eccleſiis Galliarum ingeſſit*, ait Oldericus, *utpote qui Romanos Officiales, cum multis clientibus ſecum habuit, & de redditibus Apoſtolicæ ſedis in Italia nihil adipiſci potuit*. Inde hoc anno excedens Cluniacum Kal. Februarii rediit, ubi litteras ad Ludovicum Francorum Regem *Cluniaci quarto nonas Februarii* dedit, quibus ſe ſoſpitem eo perveniſſe, ibique cum Epiſcopis, & Abbatibus, feſtum Purificationis B. Mariæ Virginis ſolemniter ſe celebraturum admonet, pro xeniis ab Adelaide Regina acceptis gratias agit, multamque ſalutem Regi, Reginæ filiisque eorum dicit. Ibidem quoque litteras Stephano Ciſtercienſi Abbati *quarto idus Febr.* seu die decima Februarii dedit, a Maurico in Annalibus Cluniacenſibus relatas, quibus prohibet, ne aliquis Episcopus, vel Archiepiscopus Cluniacenſem Abbatem niſi pro fide ad concilium, vel synodum venire compellat; inſuper petente Stephano Ciſtercienſi Abbate, Ciſtercienſibus inſigne privilegium conceſſit, quo eos ab ſolvendis decimis exemit, quod ſane privilegium Cluniacenses, qui ob hanc Innocentii liberalitatem, rei familiaris jacturam paſſi fuerant, eousque offendit, ut inter Cluniacenſes, & Ciſtercienſes ſopita fere diſſidia in immenſum excreverint: totam hujus tragediæ hiſtoriam exhibent, tum epiſtola Petri Venerabilis, cum altera Bernardi Abbatis, inter Bernardinas num. 228., & 282. His alias tum ad ipſos Ciſtercienses, cum ad Aimericum Cancellarium Pontificis, ac ubique injuriam acceptam deplorat, ut apud Mabillonium hoc anno, alibique videre eſt. Cluniaco digreſſus Lugdunum Innocentius tranſiit Valentiam poſtea ac Viennam digreſſus, ubique pro Eccleſiarum, monaſteriorumque Cluniacenſium, & Ciſtercienſium incolumitate privilegia conceſſit; inter cetera cum Viennæ eſſet, privilegium Cluniacenſi monaſterio conceſſit a Baronio relatum, in quo ait dignum esse, ut qui Beato Petro, & S. Rom. Eccleſiæ humili devotione famulantur, ma-

Innocentii Papæ gesta.

lib. 13.

Labb. to. 13. *pag.* 955.

Jesu Chr. an. 1132.

jorem familiaritatis prærogativam, & digniora beneficia ſortiantur.

Innocentii in Italiam reditus, concilium Placentiæ celebrat.

2. Gallia itaque recedens Innocentius *Venturus Romam,* ait Anonymus auctor, *tranſiens per Sanctum Ægidium, & per montem Genuæ, ſeu* Genevæ, *fines Longobardiæ intravit, & apud Aſtam ſolemnitate Reſurrectionis Dominicæ celebrata, Placentiam venit: Ibi conventis Epiſcopis, & aliis eccleſiarum Prelatis, tam de Longobardia, quam de Ravennatenſi Provincia, & Marchia inferioris partis tertium concilium celebravit*. Placentiæ nonis Novembris adhuc erat, ubi litteras Gaufredo Carnotenſi Epiſcopo Apoſtolicæ ſedis in Galliis legato dedit, quibus jubet ut Aurelianenſi ſubdecano ejuſque ſociis, honores, & bona ablata reſtitui jubeat. Placentini autem concilii acta perierunt, at ibi diu Innocentium ſubſtitiſſe patet, ut tot Epiſcopos ibidem congregaret, cum præſertim ex Subalpinis, & Longobardiæ Epiſcopis plurimi, inter Innocentium, & Anacletum dubii hoererent, ibique etiam Lotharii in Italiam adventum diu expectavit.

Labb. to. 10. pag. 956.

Lotharius in Italiam tranſit.

3. Lento itaque itinere in Italiam hoc anno cum exercitu Lotharius tranſiit, qui ut adnotat Hildeſeimenſis chronographus: *Circa aſſumptionem Sanctæ Mariæ profectio Regis in Italiam pro conſecratione ſua ab Apoſtolico, apud Romam in Cæſarem, in quo itinere* cum Auguſtam adveniſſet, ibi inter cives, & milites ſeditio exorta eſt, qua tum gladiis, cum igne plurimi perierunt, deinde *Rex Natalem Domini in Longobardia, apud villam Medicinam dictam celebrat*. Oppidum autem Medicinæ in Bononienſi extat agro, de eodem Lotharii adventu in Italiam agens Annaliſta Saxo. *In Roncaliis* Placentino, *cum eodem Papa, & Longobardis generale colloquium de ſtatu eccleſiæ, atque Imperii habuit.*

Innocentius Papa Genuenſes, & Piſanos reconciliat.

4. His cum Lothario ab Innocentio geſtis; *Pontifex per montem Bordonis in Thuſciam tranſiens, reverſus eſt Piſas; ibique convocatis Genuenſibus, & receptis ab utraque civitate ſufficientibus juramentis, quod de guerra, quæ inter ipſas civitates excitabatur, ſuo deberent ſine contradictione ſtare mandato; præcepit ut de cetero pacem inter ſe firmam tenerent, & cuſtodirent &c.* ait Cardinalis de Aragonia in vita Innocentii, ac ſubdit: *Attendens Beatus Pontifex filialem devotionem, & plurima opportuna obſequia, quæ in multis Eccleſiæ*

cleſiæ neceſſitatibus prædictæ Eccleſiæ Romanis Pontificibus grata exhibuerant, eas honorare dignum duxit, & ſpeciali prærogativa exaltare de conſuetudine Apoſtolicæ Sedis. Igitur Præſulatum Eccleſiæ Piſanæ conceſſit ſuper Sardiniæ inſulam, ſubjiciens ei, & Populonii Epiſcopum, & tres alios Epiſcopos inſulæ Corſicæ, Alerienſem, Antenſem .... Genuenſem vero Epiſcopum a ſubjectione Mediolanenſis Archiepiſcopi emancipavit, et ſpecialem de novo Metropolitanum .... Sedis Apoſtolicæ Epiſcopum conſtituit, cui Bobienſem Epiſcopum, et Pontiniacenſem Abbatem, quem creavit Epiſcopum, obedire præcepit. In eadem quoque Corſicæ Inſula tres Epiſcopos eidem nihilominus conceſſit, ut ea partitione, diſſidia jamdiu ob Corſicæ primatum, & juriſdictionem inter Piſanum, & Januenſem Epiſcopum excitata, ſopiret. Piſas autem uſque ad annum proximum ſubſtitit Innocentius, ad quem cum adveniſſet Lotharius, *apud Calcinariam in territorio Piſano, cum eodem Papa colloquium* habuit; ibique de reditu ad urbem faciendo convenerunt, de quo anno ſequenti acturi ſumus.

JESU CHR. AN. 1132. Innocentius Piſanam, & Januensem ſedem privilegiis auget.

5. Cum Innocentio in Italiam Bernardum Clarevallenſem Abbatem tranſiiſſe geſta ab eo teſtantur; nam Januam ab Innocentio miſſus, ineundæ concordiæ inter Piſanos, & Januenſes ipse mediator fuit, qui impenſum ſibi obſequium, litteris ſuis, ſe perpetuo memoraturum teſtatur, plurimaſque gratias agit: *Quod adventus noſter*, ait, *ad vos anno præterito non fuit otioſus, eccleſia paulopoſt in ſua neceſſitate probavit a qua & miſſi fueramus. Honorifice nos, & ſuſcepiſtis, & tenuiſtis exiguum quod apud vos fuimus, & quidem digne vobis, ſed ſupra noſtræ humilitatis modum. Profecto ut non immemores, ſic non ingrati ſimus. Rependat vicem qui poteſt, & qui in cauſa fuit Deus &c.* atque ut firmiter datam pacem ſervarent, hortatur, unde poſt plurima: *Servate proinde vos pacem fratribus veſtris Piſanis, fidem Domino Papæ; fidelitatem Regi, vobis honorem &c.*, & epiſtola ſequenti Piſanos impenſe laudat, eo quod omnibus honoris, & benevolentiæ indiciis Innocentium exceperant, totiſque viribus adjuvare curabant, ſed de his hactenus.

Bernardus pacis mediator inter Piſanos, & Januenses.

epiſt. 129.

epiſt. 130.

6. Hoc autem anno magnum Gallicanæ eccleſiæ lumen extinctum eſt; Hugo ſcilicet Gratianopolitanus Epiſcopus, ut in ejus Vita Guigo Carthuſiæ quintus Prior his verbis ad notat;

S. Hugo Gratianopolitanus Epis. obiit.

Jasu Chr. An. 1132.

notat: *Anno ab Incarnat. Domini 1132., ætatis ſuæ ad minus octogeſimo*, menſe quarto, *conſecrationis autem*, ſeu Epiſcopatus, *ad minus quinquageſimo ſecundo*, *Kal. Aprilis*, *ſexta ante Palmarum Dominicam feria*, *circa gallicinium Beatus Hugo migravit ad Dominum*. Succeſſorem in ea ſede alterum Hugonem Carthuſianum monachum habuit. Cum Hugonis Epiſcopi ſenioris vitam Guigo ſcripſiſſet, ac ad Innocentium Pontificem Piſis tunc degentem miſiſſet, hic libro vitæ Hugonis lecto, auditaque relatione miraculorum, quæ per ejus merita fiebant, eumdem ſanctorum catalogo inscripſit; Litteras ea de cauſa Guigoni Carthuſiæ priori, auctorique vitæ Hugonis inſcriptas biennio poſt, ſeu anno 1134. *Piſis decimo Kal. Maji*, exhibent Fontanini, & Labbæus.

Bolland. die 1. April. — *Fontan. Codex Canoniz. pag. 12. Labb. to. 10. pag. 971.*

Concilium Creisanum pro eccleſiæ dedicatione. *Labb. to. 10. pag. 989. Pagi not. 16.*

7. Hac eadem Indict. II. quinto nonas Decemb. Conventus apud Villam Cryſanam factus eſt *Epiſcoporum*, *Clericorum quoque*, *& Laicorum non minus multitudinis nobilium, quam ignobilium ſub poteſtate Domini Arnaldi Narbonæ Archiepiſcopi*, *& ſedis Apoſtolicæ Legati*, *ad celebrandam ejuſdem loci Eccleſiæ dedicationem in honorem B. Martini*, ut legitur in iſtrumento dedicationis ibidem relato, ejusdemque eccleſiæ incolumitati conſultum eſt, ac ſub anathematis pœna prohibitum, ne quis eamdem prædaret, aut violaret, cui Arnaldus primum ſubſcripſit, deinde tres alii Epiſcopi, indeque conſtat Arnaldum in Narbonenſi provincia, aliiſque locis Apoſtolicæ ſedis legatum fuiſſe.

Goffridus Vindocinenſis Abbas moritur.

8. Hoc quoque anno Goffridus Vindocinenſis Abbas, patria Andegavenſis, & tituli S. Priſcæ Cardinalis, ſeptimo Kal. Aprilis vivere deſiit, ut diserte habet chronicon Andegavenſe, quod & Vindocinense appellatur, a Labbeo Tom. I. Biblioth. promulgatum. Pergratus fuit Urbano II., & Paschali II. quos in Francia hoſpitio excepit, & Calliſto II. intimus, ut epiſtolæ mutuo datæ fidem faciunt; aliquot opuſcula, ſermoneſque compoſuit, variaſque epiſtolas ab Sirmondo editas, & in ſacris ſtudiis, & canonibus valde exercitatum fuiſse conſtat: de ipſius ſcriptis non ſemel Mabillonius agit.

Mabill. ann. li. 75. n. 161.

Hugo Metellus Canonicus Regul. ejus epist.

9. Eodemque tempore floruit Hugo Metellus canonicus Regularis S. Auguſtini in Abbatia S. Leonis Diœceſis Tullenſis, ut oſtendit Epiſtola ejus XVIII. *ad Guillelmum* Abbatem:

batem. Natus apud Tullum Leucorum auditor fuit Anſelmi Laudunenſis, variasque litteras ſcripſit adhuc ineditas, nempe ad Innocentium Papam II. *Alberonem* Trevirorum, *Stephanum* Metenſium, *Guillencum* Ligonum, Henricum *Leucorum*, *Embriconem* Herbipolenſem Epiſcopos, ac ad Petrum *Abaelardum*, & *Helvidem* ſeu Heloissam Paracliti Abbatiſsam. Hæc refert Mabillonius Tom. III. Analet. occaſione Epiſtolæ Hugonis Metelli ad *Geraldum*, qui de Euchariſtiæ Sacramento non bene ſentiebat, additque LV. ejus Epiſtolas adhuc Mss. aſservari Pariſiis in Bibliotheca Claromontana, quod etiam Dupinius adnotat; epiſtolarum vero argumenta præcipua exhibet Mabillonius. *Mabill. Annal. lib. 76. n. 14. p. 230.*

Algeri Scholastici, & monaci Cluniac. scripta contra Berengarium.

10. Inter celebres Berengarianæ hæreſis oppugnatores Algerus primum Scholaſticus, Leodienſis Eccleſiæ theologiæ preceptor, poſtea Cluniacenſis monachus merito recenſetur, qui tribus de Sacramento Corporis, & Sanguinis Domini libris adverſus Berengarium editis, Lantfrancum, Guitmundum, alioſque qui in ea quæſtione præiverant, facile ſuperavit, ut ait Petrus Venerabilis ſub initio libri de ſacrificio. Scripſit etiam varias epiſtolas ad diverſas perſonas, vel Eccleſias datas quæ perierunt, ac præter tractatum de Corpore Chriſti &c. ſupereſt ſolum liber ejus *de Miſericordia, & juſtitia*, quem dum Clericus adhuc eſſet, ab eo ſcriptum fuiſſe adnotat Nicolaus coœvus, & auctor elogii Algeri, addens *Annis viginti* fuiſſe in Eccleſia S. Lamberti *usque ad obitum Felicis memoriæ Friderici Epiſcopi* Leodienſis, qui anno 1122. pro juſtitia decertans martyr occubuit, ut ibidem diximus, quouſque autem poſt annum 1122. ſupervixerit, incompertum eſt.

Petrus Venerab. Cluniacensium statuta reformat.

11. Quo tempore pro Cluniacenſium indemnitate, quam graviter, data Ciſtercienſibus immunitate ab decimis ſolvendis læſerat Innocentius Papa ſecundus, certabat Petrus Cluniacenſium Abbas, & totius Congregationis præpoſitus, ac pro monaſtica ibidem reſtituenda diſciplina ſollicitus fuit. Quare ut narrat Oldericus miſſis quacumque litteris *omnes cellarum priores de Anglia, & Italia regniſque aliis accerſiit, jubens ut Dominico Quadrageſimæ tertio Cluniaci adeſſent. Ut præcepta monaſticæ converſationis auſteriora, quam antea tenuerant, audirent*: imo ut relaxationes, quæ tempore Pontii irre- *Order. li. 13. pag. 896.*

Jesu Chr. An. 1132.

irrepſerant, emendarentur. Hoc mandato accepto, ad præfinitum tempus ducenti priores Cluniacum convenere, & cum illis mille ducenti duodecim adfuere fratres, ſe quoque adfuiſſe Oldericus monet & cum eis die Dominica a Baſilica S. Petri in ædem Virginis proceſſiſſe. Ibi itaque tot monachis in unum congregatis, venerabilis Petrus: *Auxit jejunia, abſtulit colloquia, & infirmi corporis quædam ſubſidia, quæ illis moderata patrum hactenus permiſerat reverendorum clementia*: nonnulli tamen reſponderunt ſufficere, ut monachi per veſtigia eorum currerent, quorum ſanctitas declarata fuerat miraculorum frequentia, ideſt Hugonis, Majoli, & Odilonis. Quare horum monitis commotus Petrus, *invalidiſque compatiens ſubvenit, per plura de gravibus* inſtitutis, *quæ propoſuerat, intermiſit*, ait idem Oldericus his geſtis præſens; atque ex Cluniacenſi bibliotheca ſeptuaginta, & ultra capitula tunc edita refert Mabillonius, eorumque ſummam exhibet, ut ibidem videre eſt.

l. 75. n. 157. & 158.

Alphonſus Hisp. Rex monaſterium Cluniacenſibus donat.

Dacheri ſpicil. tom. 8.

12. Ad Cluniacenſium gloriam augendam pertinet diploma Alphonſi Caſtellæ & Leonis Regis, quo ſocietatem Cluniacenſium fratrum habere cupiens, Deo & Eccleſiæ S. Petri, Petro Abbati, ejuſque congregationi Abbatiam ſanctorum Facundi & Primitivi, ſitam in Legionenſi Epiſcopatu ad flumen Cejam cum ſuis adjunctis pro anima patris ſui Raimundi Burgundiæ comitis, matriſque ſuæ Urrachæ, & avi ſui Aldefonſi omniumque propinquorum ſuorum, & quidem conſilio, & ſuggeſtione Domini Stephani Abbatis prædicti monaſterii, & Hugonis camerarii; atque monaſterium Cluniacenſi congregationi ſubjecit, cui in annos ſingulos quatuor marcas argenti perſolvere debebat. Litteris æra 1170. datis ſubſcripſit Raymundus Archiepiſcopus Toletanus, Didacus Compoſtellanus, Arias Epiſcopus Legionenſis, Petrus Palentinus, & Robertus Aſturicenſis, dein Sancia regis ſoror, quatuor comites, aliique nobiles, ac tandem: *Ego rex Aldefonſus cum uxore mea Regina Berengaria, & Sancia mea germana dono abbatiam Sancti Facundi & Primitivi cum ſuis honoribus Deo & S. Petro Cluniaci, & hanc cartam fieri juſſi, quam propria confirmavi & corroboravi manu*. Innocentius II. id anno ſequenti confirmavit diplomate dato Bononiæ idibus Decembris, cum inſigni elogio familiæ Cluniacenſis, ait Mabil-

billonius, hæc ex Cluniacenſinm bibliotheca adnotans.

13. Magni interea in Apulia, Campania, totoque, quod nunc dicimus Neapolitano Regno belli apparatus hoc tempore fuerunt, cum etenim Rogerius Dux, Regali titulo ab Anacleto auctus, Apuliæ, & Campaniæ partem maximam obtineret, totamque ſibi regionem ſubjicere conaretur, earum civitatum Principes Barenſem ſcilicet, Salernitanum, Capuanum, alioſque excitavit, ut conjunctis armis ſua tutarentur. Rem fuſiori ſtylo narrat Teleſinus Abbas toto fere libro ſecundo: Fulco etiam Beneventanus in chronico ad hunc annum totam Campaniam ſibi ſubjeciſſe Rogerium adnotat, ac milites ducentos Romam ad Anacletum Antipapam miſiſſe addit, quorum Dux Rainulphus Comes erat, cui *uxorem, & filium, & civitatem Abellinum Rogerius abſtulerat*. Quare uxorem ſibi, & filium ablatos fuiſſe ægerrime ferens Rainulphus, Anacletum rogavit, *ut a Rege Rogerio impetraret reddi filium, & uxorem. Anacletus igitur Regem per nuncios precatur, ut uxorem Comiti redderet, & filium, quod obtinere non potuit. Unde Comes ille dolore accenſus, ultionis tempora rogabat. Quid multa? cum prædicto Principe & Magiſtro militum Neapolitanorum, & aliis amicis alligatus, cum duobus millibus equitum, & pedeſtrium mulitudine populatus exivit*: Dum autem ad arma undique concurreretur, ac Rogerius in finibus Beneventanorum *tertiodecimo menſis Julii caſtrametatus eſſet, legatos Roberto Principi Capuano, & Comiti Rainulpho mandavit, ut juſtitiam ſibi ex multis variiſque querimoniis conſequatur*. At, ut addit Fulco, Robertus reſpondit. *Sciat Rex veſter, quoniam nullo modo* ei juſtitiam faciemus, donec *Comiti Rainulpho uxorem, & filium reſtaurabit*, & civitatem Avellinum illi reddet. Interea exercitum trium millium equitum, & quadraginta millia peditum eduxerunt, quem ſane numerum exageratum fuiſſe adnotat Muratorius; variæ hinc inde pugnæ initæ ſunt quarum præcipua apud Nuceriam ad flumen Sarnum fuit, qua etſi in prima acie Rogerius victor evaſiſſet, converſa tamen repente ſorte, victus inde, receſſit, ac paulopoſt in Siciliam, arma iterum in Apuliam illaturus, rediit, ut fuſiori ſtylo Teleſinus Abbas, & Fulco Beneventanus narrant, qui etiam addit, quod Beneventanus Populus audita victoria Apuliæ

Jesu Chr. an. 1132.

Rogerius Siciliæ Rex Apuliam, & Campaniam ſibi ſubjicere tentat.

apud Murat. tom. 5.

Falco Benevent. tom. 5. pag. 109.

AN. 1132. JESU CHR.

liæ Principum, *gaudio magno repletus ad Epiſcopium & monaſterium S. Sophiæ jubilando convenit ibique gratias Deo, & Petro Apoſtolo lacrymis manantibus egit, præterea letitiæ ſignis datis. Dies vero quo Bellum illud factum eſt in vigiliis B. Jacobi Apoſtoli habebatur, octavo videlicet Kal. Auguſti*, ait is auctor.

Beneventani relicto schismate Innocentio adhoerent.

Murat. ut sup. p. 111.

14. Cur vero tanta Beneventanorum mutatio acciderit, ut qui prius Anacleto Antipapæ, & Rogerio Regi mutuis officiis conjuncti fuerant, repente Anacleti ſchiſmati renunciaverint, hoſteſque Rogerii effecti ſint, hanc rationem idem Fulco affert: ſcilicet cum Creſcentius Cardinalis ab Anacleto Antipapa eo miſſus, & Landulphus Beneventi Archiepiſcopus Rogerio opem, auxiliumque suum contra Capuanum Principem, & Comitem Rainulphum promiſiſſent, Beneventum reverſi, Beneventanornm Primores congregarunt, eisque inter Regem Rogerium, & eos tranſacta fuerunt, expoſuerunt, eoſque, ut Rogerio fidem jurarent, hortati ſunt: *Continuo in ipſo Sacro Palatio cives illi qui convenerant, judices primum Joannes, Perſicus, Dauferius, Benedictus, Roffridus &c.* juramento ſe obligarunt Regis Rogerii partes totis viribus ſecuturos. At vix hæc geſta fuerant, cum *Fama terribilis civitatem Beneventanam perculſit*, quaſi Cardinalis ab Archiepiſcopo & judicibus, *civitatem Beneventanam Regi Rogerio dare voluiſſet*: Quare tota repente commota civitas, in unum coacervatus populus armis eductis, Cardinalem, & Archiepiſcopum in Palatium confugere coegerunt, *vociferabantur palam, quod ſacramenta Regi Rogerio noviter facta non obſerventur*, ſicque initam cum Rogerio ſocietatem fregerunt, ac *B. Petro*, ut ſubdit auctor, *juraverunt fidelitatem, & in ſcripto ſigillato ordinem convenientiæ, & ſacramentorum firmitatem adnotari juſſerunt, ac per omnes civitatis portas ſcriptum ſignatum de convenientia illa ad poſteritatis memoriam diligenti cura poſuerunt*. Unde factum eſt, ut Rogerius ira æſtuans eos variis modis affligaretur, Beneventani vero audita Rogeriani exercitus ſtrage in maximam ut diximus letitiam effuſi ſunt.

De clade exercitus Rogerii.

15. Rem geſtam, & Rogeriani exercitus cladem Agathenſis Epiſcopus præſens, narrat in epiſtola Cardinalibus, conſulibus urbis, & Frangipano Præfecto inſcripta, qua

hæc

hæc habet. *Poſt Barii captionem, ceterarumque rerum quæ Rogerius Siciliæ Dux nequiter, & crudeliter egit, in fortitudine ſui exercitus Beneventum venit, ibique tentoria fixit, ſperans intrare civitatem, & eam cum deceptione habere. Cui Dominus Princeps, & Comes regionis obviam ivit in manu armata uſque ad montem, qui dicitur Sancti Felicis, ibique interfuimus, & nos, & multis argumentis, & diverſis ingeniis cum fidelibus tamdiu laboravimus, quo ad uſque tota civitas illum execrando Principi, & Comiti juravit. Quod dum Dux vere cognovit, quantocius nocte inde receſſit, Nuceriamque ivit, nobis ignorantibus, ad quoddam caſtrum, quod Principis eſt. Cognita vero fraude a Principe, & comite, illuc quantocius ire feſtinavimus. Quod dum prope caſtrum ſederemus, expectando noſtras, & ut ipſe recederet, duos Epiſcopos ex noſtris illi miſimus, ut a terra Principis, quæ ſpecialiter Beati Petri eſt, recederet. Ille ſuperbo faſtu, ut ipſius mos eſt, illis reſpondit: terram ſuam totam uſque Romam eſſe ſibi a S. Petro collatam, ad quem defendendum ipſe ire volebat, niſi reſipiſcerent*: cum enim Anacleti Antipapæ partes totis viribus tueretur, Ducatus quoque Romani tutelam eidem ab Anacleto commiſſam fuiſſe certum eſt; qua habita reſponſione, cum Paſchalis inſtaret feſtivitas: *Ex improviſo ab eo invaſi ſumus*, ait auctor. *Nos vero cum talia videremus, noſtros majores, & minores publice, & privatim allocuti ſumus, eis imponendo pro pœnitentia, ut in honore Beati Petri ſe defenderent, & Romanæ Eccleſiæ terram conſervarent, & neque propria vindicta, neque pro ſolidis vel ſpoliis, ſed pro Eccleſiæ defenſione, & communi libertate pugnarent. Taliter namque illos a peccatis, quæ fuerant confeſſi, ex auctoritate Beati Petri, & Domini noſtri Papæ Innocentii, totiuſque Eccleſiæ abſolvimus, ſi in bello illo morerentur. Deinde inito bello ibi Deus operatus eſt ineffabiliter. Nam pro certo unus noſtrum perſecutus eſt mille, & duo fugerunt decem millia*. Salernum vero primum, deinde in Siciliam Rogerium rediiſſe addit.

JESU CHR. AN. 1132.

apud Eccard. to. 2. p. 366.

JASU CHR. AN. 1133.

JESU CHRISTI AN. 1133. INNOCENTII II. PAPÆ AN. 4. LOTHARII IMP. AN. 1. JOANNIS COMNENI IMP. AN. 16.

Innocentius Papa cum Lothario in urbem redit.

1. Innocentium Papam cum Lothario Rege Piſis, ſeu in agro Piſano anno proximo reliquimus, hoc autem adveniente anno, *Tandem II. Kal. Martias*, ait Hildeſeimenſis chronographus, ſeu potius Maji, ut ex Annaliſta Saxone adnotat Manſius, *Romam cum multo favore ingreditur, ibique II. Nonas Junii, quo tunc dies Dominica extitit, Lateranis in Baſilica S. Joannis Baptiſtæ a Domino Apoſtolico Innocentio in Imperatorem conſecratur. Bernardus Patherbonenſis Epiſcopus, qui tunc cum Rege aderat, uſum Rationalis in celebrationibus Miſſarum conſtitutis temporibus, & dedicationibus Eccleſiarum, ſeu ordinationibus Eccleſiaſticorum graduum in proprio tantum Epiſcopatu, ſibi ſuiſque ſucceſſoribus a prædicto Papa Innocentio promeruit.* Ubi Chronographus *Rationalis* nomine Pallium intelligit, ut ex Gloſſario Ducangii in voce *rationalis* eruitur: his Lotharii reditum in Germaniam addit, de Innocentii, & Lotharii in urbem adventu, & de coronatione Lotharii in Imperatorem, Bernardus Guido hæc adnotat anno 1132. Lotharius expeditionem in Italiam parat: *Et cum Epiſcopis, & Archiepiſcopis Innocentium Papam Romam deducens contra Petrum Leonis, qui monaſterium S. Petri munierat, in Epompio Lateranenſi in ſede Pontificali potenter collocaret; Ipſe ſiquidem Lotharius in Imperatorem ab ipſo Innocentio coronatur &c.* Cardinalis autem de Aragonia in ejuſdem Innocentii vita, hæc addit: *Concordantes igitur*, Innocentius, & Lotharius in agro Piſano apud Calcinariam, *ut ad urbem feſtinare deberent Rex per ſtratam publicam tranſivit. Pontifex per maritima uſque Viterbium: proceſſerunt poſtea ſimul per Hortam, & Sabinenſe, & Farfenſe territorium, & apud Eccleſiam S. Agnetis caſtramentati ſunt. Occurentibus autem ei Theobaldo Urbis Præfecto, ac Petro Leonis cum aliis nobilibus Romanis, & tranſtyberinis, intraverunt Romam anno milleſimo centeſimo trigeſimo tertio. Et Pontifex quidem in palatio Lateranenſi hoſpitatus eſt, & Rex Lotharius in monte Aventino tentoria fixit Tunc Piſani, & Genuenſes in auxilium Papæ Innocentii cum navali exercitu* Ro-

Pagi not. 1.

Murat. rer. Ital. tom. 3.

Lotharius ab Innocentio Imperialem coronam accipit.

Romam venientes, civitatem veterem, turrim Pulverem, & totam Marmoratam eidem Pontifici ſubjugarunt. Hæc ibi. JESU CHR. AN. 1133.

2. His de geſtis in urbe, & Lotharii Imp. reditu in Germaniam hæc auctor addit. *Coronatus eſt autem idem Rex in Imperatorem Auguſtum ab eodem Pontifice in Eccleſia Lateranenſi II. Nonas Junii, & exinde ad Montem Aventinum utrinque cum gaudio pariter redierunt. Eo autem tempore maxima pars Romanæ Urbis converſa eſt ad Innocentium Papam, & vires Petri Leonis valde ſunt minutæ. Quia vero æſtivum chauma tunc imminebat, & romani aeris intemperiem Theutonici non modice formidabunt, diſpoſitis in Urbe iis, quæ neceſſaria videbantur fidelibus ejuſdem Pontificis, Imperator ad propria rediit, & Pontifex iterum ad civitatem Piſanam auctore Domino remeavit*; septembri ineunte, ut Pagius, & Muratorius adnotat; nam cum in urbe, & extra urbem Anacletus loca munita retineret, ab Anacleti fautoribus vexatus longiorem in urbe moram facere Innocentius non potuit: non eum quippe ad urbem exercitum duxerat Lotharius, ut tot adverſarios inde ejicere poſſet: *Audivimus revera*, ait Fulco Beneventanus, *duo tantum millia militum ſecum duxiſſe*, & ſane imparem ad urbem retinendam exercitum fuiſſe indicat S. Bernardus in epiſtola ad Lotharium, qua de ejuſdem inauguratione in Imperatorem gratulatur, ubi inter cetera *Romæ ſiquidem imperialis culminis plenitudinem glorioſiſſime aſſecutus, idque quod majus fuit, in manu non magna, ut animi, fideique magnitudo clarius emineret. Quod ſi ante tantillum exercitum terra tremuit, & quievit, quantus putamus horror hoſtium corda invadere habeat, cum cœperit Rex procedere in magnitudine brachii ſui &c.* eumque ad ejiciendum ex urbe penitus Anacletum, & Rogerii ambitionem comprimendam his verbis excitat. *Non eſt meum hortari ad pugnam, eſt tamen (ſecurus dico) advocati Eccleſiæ arcere ab Eccleſiæ infeſtatione ſchiſmaticorum rabiem. Eſt Cæſaris propriam vindicare coronam ab uſurpatore Siculo*, Rogerio ſcilicet, *Ut enim conſtat judaicam ſobolem* (ideſt Anacletum) *ſedem Petri in Chriſti occupaſſe injuriam, ſic procul dubio omnis, qui in Sicilia Regem ſe facit, contradicit Cæſari.* Hactenus de his Bernardus.

Lotharius in Germaniam redit.

Murat. to. 5. pag. 115.

epiſt. 139.

3. Dum Romæ eſset Lotharius *miſit, ſicut audivimus,* ait

Geſta inter Lotharium,

Jesu Chr. An. 1133.

& Anacletum Antipapam.

Murat. ut ſup. p. 115.

ait Fulco Beneventanus, *ad Anacletum, ut conſilio religioſorum virorum communicato adeſſet, & Spiritu Sancto mediante tanti erroris, & homicidiorum magnitudini finem poneret, quod Anacletus ille, ſicut accepimus, facere contempſit*; quo etiam tempore, cum in urbe Innocentius cum Lothario adeſſet, Robertus Capuanus Princeps, & Rainulphus Comes, una cum Domino Girardo Cardinale, tunc Beneventanæ civitatis Rectore, cum tercentum militum caterva ad Innocentium profecti ſunt, ac quot quantaſque injurias, depredationeſque ab Rogerio ſuſtinerent, eidem expoſuerunt, humillime, inſtanterque precantes, ut iis opem ferret, eoque tempore quo Girardus ad urbem perrexit: *Fulconem notarium ſcribam ſacri palatii, iſtius opuſculi factorem*, ideſt chronici ſcriptorem, *judicem civitatis Romam repedavit &c.* additque electionem ſuam a Girardo factam, ab Innocentio Papa confirmatam fuiſſe.

Beneventani ab Lothario, & Innocentio auxilium implorant.

Innocentii epist. ad Petrum Cluniac. de reditu in urbem.

4. Dum in urbe eſſet Innocentius *decimo Kal. Junii Laterani* ad Petrum Cluniacenſem Abbatem litteras dedit, quibus de fauſto ſuo in urbem adventu certiorem reddidit, ejuſdemque orationibus ſe commendat; *Olim debacchante Judaica rabie*, ait, Anacletum indicans, ex Judaica ſtirpe genitum, *nos & fratres noſtros de urbe eduxit, . . . modo vero nos ſanos, & incolumes ad propriam ſedem revocavit*; & iterum poſt alia. *Nos autem in urbe cum cariſſimo filio noſtro Romanorum Rege Lothario conſtituti ſuper ſollicitudine ac ſtudio, quod ſuper Sanctam Romanam Eccleſiam geritis, devotionis veſtræ multimodas gratias exhibemus, & quæ ad liberationem Eccleſiæ pertinent, Deo gratias ſalubriter operamur &c.* Spes tamen concepta non omnem exitum ſortita eſt, nam paulopoſt iterum urbe excedere coactus eſt, diuque ab ſede ſua exulare.

LothariiImp. epist. de gestis in urbe.

Dacherj spicil. tom. 2. pag. 480.

5. De adventu ſuo, geſtiſque in urbe extat Lotharii epiſtola, *Regibus, Archiepiſcopis, Principibus, & univerſis Dei fidelibus* inſcripta, qua narrat, ſe utpote divino conſilio patronum, defenſoremque Romanæ Eccleſiæ electum pro ipsius liberatione propenſius laboraſſe; quare advocatis Epiſcopis, Proceribuſque Italiæ ad urbem profectum nuncios Petri Leonis frequenter admiſiſſe. *Qui ex parte illius juſtitiam prætendentes, ipſis in jus ire paratis non debere audientiam denegari,*

nec

nec hoſtilibus impugnationibus moleſtari, publicis clamoribus aſſerebant. Diutinis ergo eorum interpellationibus provocati, id ipſum Epiſcopis, & Cardinalibus, qui cum domno Papa Innocentio erant, ſignificare coacti ſumus. Ipſi vero tanquam canonicarum ſanctionum, & Eccleſiaſticarum inſtitutionum non ignari, univerſam Dei Eccleſiam jam ſuper hoc promulgaſſe ſententiam, & Petrum Leonis, ac complices ſuos damnaſſe aſſerentes, quorum ſententiæ ſubſcribens Lotharium ſectatores Anacleti regiæ Majeſtatis reos declarat. *Patrem noſtrum Papam Innocentium ad Urbem cum gloria duximus, & Lateranenſi cathedræ reſtituimus, atque in monte Aventino caſtrametati fuimus*. Ibique ſe iterum Innocentii, & Petri Leonis, ſeu Anacleti legatos, pro sua quisque causa certantes audiviſſe addit. *Pacem igitur ſine effuſione ſanguinis reformare in Dei Eccleſia cupientes, quæ nobis illi dixerant, Fratribus, qui cum Domno Papa Innocentio erant, per nos ipsos ſignificavimus. Cæterum, ipſi, ut pacis amatores, de juſtitia confidentes, tam perſonas ſuas, quam Leonis, & filiorum ſuorum, nec non Cenci Petri Frajapanis nobis libere obtulerunt. Adverſa vero pars dies redimere cupiens, ſub velamine fraudulentarum promiſſionum nos aliquanto tempore a noſtra intentione retraxit. Tandem quia ipſi ſæpe commoniti implere quod promiſerant, noluerunt, tamquam fallaces & perfidi, & tam Divinæ, quam Regiæ majeſtatis rei, cum Petro Leonis, ejuſque complicibus damnati, & hoſtes a Principibus noſtræ curiæ judicati*: quorum primi fuerunt Norbertus Magdeburgenſis Archiepiſcopus, & Cancellarius, Adalbero Bremenſis, cum aliis plurimis Epiſcopis & Proceribus ut ibidem videre eſt.

6. Ex adſtantibus ibidem cum Innocentio, & Lothario Norbertus Magdeburgenſis Archiepiſcopus, & Imperii cancellarius recenſetur, de quo hæc adnotat chronographus Magdeburgenſis a Meibornio editus: *Octavo ordinationis ſuæ anno cum Rege Lothario, reliquiſque Principibus in Italiam profectus, & officio Cancellarii in illa expeditione functus, utpote vir magnæ auctoritatis, conſilio providus apud Romanorum quoque primos clarus, cum plurima illic de ordinatione ipſius Imperatoris, & cæteris regni negotiis compoſuiſſet, de Polonorum quoque Epiſcopis ex primitivis Privilegiorum Eccleſiæ hujus ſcilicet Magdeburgenſis ſcriptis ſubiectionem illi debentibus*

S. Norberti geſta in urbe.

Bolland. 6. Junii.

tibus

JESU CHR. AN. 1133. *tibus juſtitiam expoſcens, iterato ſuſcepiſſet, altero anno in reverſione paulatim infirmari cœpit, & nihilominus circiter ſex menſes cum eodem Imperatore pro utilitate Eccleſiæ per diverſas Curias in Germania commoratus. Tandem languore prevalente Magdeburgum devectus ibidem magnifice ab omnibus in Quadrageſima eſt ſuſceptus &c.* ubi paulopoſt obiit, ut anno ſequenti dicturi ſumus.

Bernardi adventus in urbe, & gesta.

8. Norberto in ea peregrinatione ſocius fuit S Bernardus Clarevallenſis Abbas, quem ter Romam profectum fuiſſe idem teſtatur in epiſtola ad ſuos Clarevallenſes monachos

epiſt. 140.

data ubi, *Ecce hoc tertio*, ait, *niſi fallor avulſa ſunt a me viſcera mea*; deinde *Inſtantiſſima poſtulatione Imperatoris, Apoſtolicoque mandato, nec non Eccleſiæ, ac Principum precibus flexi, dolentes & nolentes, debiles atque infirmi, trahimur in Apuliam &c.* ut Rogerium cum Innocentio reconciliaret, & de ſua cum Innocentio manſione, *Orate pro Domino Papa*, ait, *qui me pariter, atque univerſitatem veſtram paterno fovet affectu*, & epiſtola altera *dum*, *ſumus* inquit, *Viterbii, & demorari in urbe audivimus*: Hæc ad Philippum, qui

epiſt. 151.

indebitis modis Turonenſem ſedem invaſerat, ſeque ab Anacleto Antipapa in eadem ſede confirmari curaverat: Unde Romam ea de cauſa perrexerat, & epiſtola altera S. Abbas, ut his conatibus omnino reſiſteret, Innocentium excitat, de ſuo in urbem adventu in epiſtola ad Henricum Anglorum Regem his verbis meminit. *In ingreſſu urbis ſumus, ſalus eſt in januis, juſtitia nobiſcum eſt, ſed Romanis militibus cibus iſte non ſapit. Itaque juſtitia placamus Deum, militia terremus hoſtes*, ideſt Lotharii militibus hoſtes terremus. Cumque deſinente anno, urbe relicta Innocentius Papa rediiſſet Piſas, quos Rogerius Siciliæ Princeps miſſa legatione rogaverat, ut Innocentio relicto in Anacleti partes tranſirent, iique in Innocentii obedientia ſe perſeveraturos ſpopondiſſent, gratulatorias deſinente hoc anno litteras Bernardus dedit, ac multa inde ad eos bona proventura denunciat. *Digna plane retributio celeri jam compenſatur effectu. Jam pro meritis tecum actitat, Deus, populus quem elegit in hæreditatem ſibi, omnino populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. Aſſumitur Piſa in locum Romæ, & de cunctis urbibus terræ ad Apoſtolicæ Sedis culmen eligitur. Nec fortuito, ſive humano contigit iſtud conſilio,*

epiſt. 150.

epiſt. 138.

Bernardi epist. 130. ad Pisanos gratulatoria.

ſilio, ſed cœleſti providentia, & Dei benigno favore ſit, qui diligentes ſe diligit, qui dixit Chriſto ſuo Innocentio: Piſam inhabita, & ego benedicens benedicam ei: Hic habitabo, quoniam elegi eam. Me auctore, tyranni Siculi malitiæ Piſana conſtantia non cedit; nec minis concutitur, nec donis corrumpitur, nec circumvenitur dolis. O Piſani, Piſani, magnificavit Dominus facere nobiſcum: facti ſumus lætantes &c. Hæc & alia ibidem Bernardus, quem pro Innocentii cauſa tuenda ſollicitum quammaxime ubique fuiſſe ſcripta & geſta ab eo ſingulis annis ſatis aperte teſtantur, ut plura addere ſuperfluum ſit.

Innocentius Lothario Imper. Mathildis Comitisſæ patrimonia in Allodium concedit.

9. Innocentius interea, in Romanam ſedem Lotharii opera reſtitutus, ut eum impenſius ſibi devinciret, patrimonia, & bona Romanæ Eccleſiæ relicta ab Comitiſſa Mathilde, quæ jamdiu, vel ab Germaniæ Imperatoribus occupata fuerant, vel Tuſciæ Marchionibus in Allodium, ſeu Emphyteuſim data eadem, inquam, Lothario Imp. conceſſit, ut etiam poſt eum, eadem Henrico Bavariæ Duci, & Lotharii genero iiſdem ſub conditionibus tranſirent. Integrum Innocentii diploma refert Baronius, quo poſt longam præfationem, qua ob præclara geſta Lotharium laudat, hæc ad rem adnotat. *Horum intuitu Allodium bonæ memoriæ Comitiſſæ Mathildæ, quod utique ab ea Beato Petro conſtat collatum, vobis committimus, & ex Apoſtolicæ Sedis diſpenſatione concedimus, atque in præſentia fratrum noſtrorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, nec non Principum, & Baronum per annulum inveſtimus: ita videlicet, ut centum libras argenti ſingulis annis nobis, & ſucceſſoribus noſtris exolvas, & poſt tuum obitum proprietas ad jus & dominium S.R E. cum integritate abſque diminutione & moleſtia revertatur. Quod ſi nos vel ſucceſſores noſtros in eamdem terram venire, manere, tranſire oportuerit; tam in ſuſceptione, quam in procuratione, atque ſecuro conductu, prout Apoſtolica Sedes decreverit, honoremur. Qui vero arces tenuerit, vel rector terræ fuerit. B Petro, & nobis, noſtriſque ſucceſſoribus fidelitatem faciant. Cæterum pro charitate veſtra nobili viro Henrico Bavariæ Duci genero veſtro, & filiæ veſtræ uxori ejus, eamdem terram cum præfato cenſu, & ſupradictis conditionibus Apoſtolica benignitate concedimus; ita tamen, ut idem Dux hominium faciat & fidelitatem, B. Petro, ac nobis, noſtriſque ſucceſſoribus ju-*

JESU CHR. AN. 1133.

juret. Poſt quorum obitum prædictum Comitiſſæ Mathildæ Allodium & jus & dominium S.R.E. ſicut ſupradictum eſt, integrum, & abſque diminutione atque difficultate aliqua reducatur: ſalvo tamen ſemper in omnibus ejuſdem S. R. E. jure ac proprietate. Datum Laterani ſexto Idus Junii. Hactenus Innocentii Papæ conceſſio allodii Lothario facta.

Rogerius Siciliæ, & Apuliæ Rex Apuliam undique vastat.

apud Murat. rer. Ital. to. 5. p. 114. seqq.

10. Quot interea Rogerius Siciliæ Rex, & Apuliæ deprædationes incendia vel cædes in agro Beneventano, & per totam Apuliam egerit, lugubri ſtylo perſequitur Fulco Beneventanus; inter cetera *Audiens*, ait, *Robertus Princeps Capuanus, & Rainulphus Comes Apoſtolici Innocentii, & Imp. Lotharii adventum longe lateque optatum, trecentorum fere militum caterva ſtipati, ſimul cum domino Gerardo Cardinale, qui tunc Beneventanis rector præfuerat, & civibus quibuſdam ſapientibus Beneventanis Romam feſtinarunt. Qui vero euntes, omnem ordinem afflictionis, quam civitas Beneventana dudum perpeſſa eſt, e veſtigio intimavere lacrymis, orantes, ut civitatem Beneventanam a Comite Siculorum Rogerio iugiter oppreſſam liberaret, &c.* Annuit Pontifex ipſorum petitioni de his quæ ſpectabant ad regimen civitatis: cætera bellica tractare haud ſibi opportunum, qui licet eſſet in Urbe, teneri quodammodo videretur obsessus, dum munitiones & turres omnes, in poteſtate eſſent adverſariorum in Urbe potentium, ac propemodum dominantium. Hæc ibi pluribus, quæ exscribere longum eſſet; eademque fere Teleſinus Abbas, qui in gratiam Rogerii hoc eodem tempore, seu anno 1135. vel 36. ſcribebat, quique obviam Regi factus eſt, cum ad ſuum monaſterium aliquamdiu Rogerius adveniſſet, librum ſuum obtulit, eaque de causa res ab eo ibidem geſtas, excuſare pro viribus curavit, ac in aliquibus etiam ab Fulcone diſſidet, cum tamen rerum ſummam utrique attingant, & vix intereſt, an in nonnullis, levioris ut plurimum momenti, diſſideant; hæc itaque toto fere libro ſecundo idem Abbas perſequitur, & in allocutione, ad finem libri quarti inſerta, qua eum egregio elogio exornat, ut ibidem videre eſt: quem sane Saracenorum auxiliis armatus multa nefarie ibidem geſſiſſe narrat Romualdus Salernitanus in chronico, & ſacra æque ac prophana violata fuiſſe, cœdeſque indiſcriminatim virorum mulierum, & puerorum peractas adnotat.

lib. 3. c. 28. Mur. ut sup. pag. 644.

11. Hoc

11. Hoc quoque deſinente anno, cum Piſis eſſet Innocentius Papa, diploma Attoni Vallumbroſano Abbati, & in Episcopum Piſtorienſem electo dedit, quo ejuſdem eccleſiæ immunitatem, & privilegia confirmavit, ac datum dicitur *Piſis per manus Aimerici S. R. E. Diaconi Card. & Cancellarii XII. Kal. Januarii, Indict. 12., Incarnat. Domini 1133. Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ ſecundi anno quarto*. De eodem diplomate, deque S. Attonis præclare geſtis plura adnotat Papebrochius, ac uſque ad annum 1155. ſuperſtitem fuiſſe tradit; cujus nomen anno 1673. Romano martyrologio inſertum fuit. Præceſſor Attonis in Abbatia, ſeu præfectura generali congregationis Vallis Umbroſæ ſeptimus Abbas fuerat Bernardus, qui anno 1097. ab Urbano II. factus Cardinalis deinde anno 1106. Parmenſis Epiſcopus ordinatus. Is porro menſe Junio hujus anni Romæ, adfuit, cujus nomen in epiſtola ad omnes Principes, & Episcopos ab Lothario Imp. hoc anno ſcripta, cujus supra mentionem fecimus, inſertum eſt, in ſuam deinde eccleſiam reverſus, hoc eodem anno in Cœlum abiit, ut inscriptio ab arcæ plumbeæ ejus tumulo appoſita indicat, quam Lantfrancus in ſede ſucceſſor ponendam curavit, his verbis appoſitis.

Jesu Chr. An. 1133.

Innocentii diploma Attoni Pistor. Epist. datum. *Labb. to. 10. pag. 497. Bolland. die 22. Maii*.

S. Bernardi Parmensis Episc. obitus.

Venerabilis Pater d. Lantfrancus Parmen. Epiſcopus
In Arca iſta plumbea poſuit corpus
S. Bernardi Parmenſis Epiſcopi anno 1133. *die* 3. *Decemb.*

12. Adalbero Hamburgenſis Archiepiſcopus apud Calliſtum ſecundum, & Honorium ſecundum queſtus fuerat, quod Acerus, ſeu Acetus Lundenſis Epiſcopus, aliique Daniæ Epiſcopi ſibi obedientiam, tamquam Metropolitano negarent, contra privilegia ſibi a pluribus Pontificibus Romanis conceſſa. Calliſtus vero, & Honorius, ac etiam Innocentius II. juſſerant, ut aut ad Hamburgenſis Eccleſiæ obedientiam redirent, *aut, ſi quam ſuper hoc ſe confiderent juſtitiam habere, ad Sedem Apoſtolicam venirent præparati*. Sed cum ipſi Apoſtolici mandatis non obedirent, idem Innocentius II. precibus Lotharii Imp., eidem Archiepiſcopo reſtituit Lundenſem, cæteroſque *Epiſcopatus Daciæ, Svediæ, Norvegiæ, Farriæ Gronlandiæ, Halſingaldiæ, Iſlandiæ, Scridevingiæ, & Sclavorum*. Innocentii autem litteræ datæ sunt *Romæ apud montem Aventinum per manum*

Episcopi Daniæ, & Svetiæ Hamburgensi Archiepisc. subjiciuntur.

Jesu Chr. an. 1133. *Aimerici S. R. E. Diac. Cardinalis, & Cancellarii ſexto Kal. Junii indict. undecima, Incarnat. Domini anno 1133., Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ ſecundi an. 4.*; His alteras litteras ad Danorum, & Svedorum Reges addidit, quibus jubet, ut Epiſcopos Regnorum ſuorum ad obedientiam Hamburgenſi Archiepiſcopo præſtandam hortarentur, & cogerent. Hic porro Adalbero Bremenſis Archiepiſcopus ab Lothario in ſuis litteris dicitur, ab Innocentio autem Pontifice Hamburgenſis eo quod jamdiu Bremenſis ſedes cum Hamburgenſi unita fuerat.

Labb. to. 10. pag. 913.

JESU CHRISTI AN. 1134. INNOCENTII II. PAPÆ AN. 5. LOTHARII IMP. AN. 2. JOANNIS COMNENI IMP. AN. 17.

Innocentius Papa concilium Piſis celebrat. *lib. 2. cap. 2.*

1. Piſis commorans Innocentius ſecundus concilium ibidem hoc anno celebravit, cui Epiſcoporum plurimi ex Italia, Gallia, & Germania adfuerunt, de quo Enrardus, ſive Bernardus in vita S. Bernardi Clarevallenſis hæc ſcripſit. *Innocentius rurſus Piſas revertitur, ibique aggregatis totius Occidentis Epiſcopis, aliiſque religioſiis viris magnæ gloriæ ſynodus celebratur. Aſſuit per omnia & conſiliis & judiciis, & definitionibus omnibus Sanctus Bernardus Abbas &c.* Quem in maxima apud omnes æſtimatione fuiſſe addit, de geſtis vero ibidem ſubdit. *Actiones concilii longum eſt proſequi, ſumma tantum in excommunicatione Petri, & irregreſſibili fautorum ejus dejectione conſtitit, & uſque hodie hæc ſententia perſeverat*: Acta quidem ſynodi perierunt, ac nonnulla tantum hinc inde collecta exhibent conciliorum editores, quorum præcipua exhibemus, atque in primis ex epiſtola Innocentii ad Dolenſem Archiepiſcopum, ejuſque ſuffraganeos ſcimus hanc ſynodum in ſolemnitate Pentecoſtes indictam fuiſſe; *Deo gratias*, ait Pontifex, *& incolumes Piſis moramur, & ut novis morbis nova medicamenta poſſint commodius adhiberi ordinante Domino, proxima Pentecoſtes ſolemnitate generale ibidem concilium celebrare decrevimus &c.* ac ut eidem adeſſe curaret, hortatur, ac jubet, eique Joannem monachum litterarum ſuarum portitorem commendat, ac Tertio nonas Junii, quæ dies Pentecoſtes erat, non vero tertio Kal. ut ait Pagius incoeptum fuiſſe patet.

Labb. to. 10. pag. 990. edit. Noviss. tom. 21.

apud Martene Anecdot. to. 3. p. 886.

2. Cum

2. Cum Synodi celebrationi Ludovicus Francorum Rex adverſaretur, ac nimios Italiæ calores Epiſcoporum plurimi, ne adeſſent pro excuſatione adducerent, ne iis ultra obſtaret, S. Bernardus Regem rogavit, ubi poſt aliqua. *Alias autem quam ſit hoc tempore neceſſarius conventus Epiſcoporum nullus ignorat, niſi qui durus corde matris Eccleſiæ anguſtias non attendit. At calor inquiunt nimius eſt, quaſi nos glacialia corpora habeamus &c.* Ac ſi in aliquo eum fortaſſe Innocentius Papa offenderat, ſe mediatorem futurum exhibet. *Si quid ex Apoſtolicæ auctoritatis rigore proceſſit, unde ſe merito eſſe turbatam celſitudinis veſtræ ſerenitas arbitretur, qualiter hoc ipſum revocetur, aut temperetur, prout oportet ad honorem veſtrum fideles veſtri, qui aderunt totis viribus enitentur, inter quos nos quoque ſi quid poſſumus non diſſimulabimus &c.*

Bernardi epist. pro necessitate synodi. *epist. 225.*

3. Cum Petro Leone Antipapa fautores ejus in eodem concilio anathemate percuſſos fuiſſe, ſupra ex Erardo in vita S. Bernardi vidimus: inter eos; *Depoſiti fuerunt*, ait Cardinalis de Aragonia in vita Innocentii, *Euſtachius Valentinus, Araſicenſis, Petrus Terdonenſis, Hubertus Lucanus Bergomenſis, & Bojanus Aretinus*: Piſana etiam chronica de geſtis ibidem hæc adnotant, *Tertio Kal. Junii Piſis eſt celebratum concilium per Papam Innocentium, & alios Prælatos, in quo concilio Ingilbertus de Marchio Thuſciæ inveſtitus eſt, qui poſtea defenſus a Piſanis, & a Lucenſibus ubique offenſus, & victus apud Ficecchium in campo, Piſas cum lacrymis fugiens a Piſanis vindicatus eſt.* Quis fuerit hic Ingilbertus, aut quænam Thuſciæ pars conceſſa ei ab Piſano concilio fuerit, vix conſtat, cum præcipue Comitiſſæ Mathildis patrimónia, quæ Tuſciæ partem maximam continebant, anno proximo elapso Lothario Imp. ejuſque genero Henrico in allodium Innocentius dediſſet.

Alii Episcopi in concilio Pisano excommunicati. *Murat. to.3. pag. 435. Murat. to.6. pag. 170.*

4. Dum Piſis eſſet Innocentius Papa, conſilio cum Archiepiſcopis, & Epiſcopis, qui ibidem aderant, habito Hugonem Gratianopolitanum Epiſcopum, qui biennio ante e vivis exceſſerat, ſanctorum catalogo inſcripſit, epiſtolam in eam rem Guigoni Priori Carthuſianorum datam exhibent Baronius, & Fontanini, ac data eſt. *Piſis Decimo Kal. Maji*, aliquot ſcilicet dies antequam in ſynodo convenirent Patres.

Hugo Gratianop. Episc. inter Sanctos relatus. *Fontan. Cod. Canon. p. 12. Baron. n. 2. hoc ann.*

Jasu Chr. an. 1134.

Henricus hæreticus in synodo Pisana damnatus.

5. In Piſana ſynodo, Henricus hæreticus, qui jamdiu Gallicanam Eccleſiam turbaverat, iterum damnatus eſt, ut docent acta Epiſcoporum Cenomanenſium a Mabillonio tom. 3. Analectorum recitata, ubi pagina 341. inter cetera hæc leguntur. *Eo tempore pſeudoeremita de quo ſcripſimus ſuperius, denuo in remotis partibus virus ſuæ hæreſis cœpit propagare, & Eccleſiam Dei nequitiæ ſuæ atramento corrumpere..... Sed miſericordia Dei, qui ſemper reſpicit in orationem humilium, & non ſprevit precem eorum, ille Henricus ab Arelatenſi Archiepiſcopo captus eſt, & Domino Papæ Innocentio Piſis in Authentico Concilio præſentatus, ibique iterum convictus, & generaliter hæreticus appellatus, ac poſtremum carcere mancipatur, cui poſtquam permiſſio conceſſa eſt abeundi ad aliam Provinciam nova ſecta, novo curſu, novum iter aſſumpſit delinquendi, quam protinus ita turbavit, quod minime Chriſtiani Eccleſiarum adirent limina, ſed Divinum contemnentes myſterium Sacerdotibus oblationes, primitias, decimas, infirmorum viſitationes, & ſolitam denegabant reverentiam*, ſed de eodem hæretico iterum ſermo fiet.

Episcopi, & Abbates a grassatoribus vexati, & spoliati.

6. Dimiſſo concilio dum in Gallias Epiſcoporum plurimi, & Abbates redirent, in eadem Thuſciæ provincia apud urbem Lunam in Latrones, graſſatoresque inciderunt, qui eos non ſolum ſarcinis exonerarunt, ſed etiam plagis impoſitis ex iis plurimos captivos detinuerunt: lugubrem caſum lamentabili ſtylo Petrus Venerabilis Cluniacenſis, eadem paſſus, in epiſtola ad Innocentium Papam deſcribit, ab eo auxilium, vindictamque tanti ſceleris poſtulans, *Dies tribulationis, & anguſtiæ dies* ait ... *Lamentabilem hiſtoriam cogor retexere, quam præcordiorum dolore interrumpente, lacrymis, velim, nolim, interfluentibus, vix (ut arbitror) potero explicare. Sed quia (proh dolor) hoc a Martyrum temporibus tam inauditum ſcelus me vidiſſe contigit: ſilere cum maluiſſem, loqui invitum oportuit. Regreſſi ab uberibus vocantis Eccleſiæ, a Concilio pietatis veſtræ, & grex Dominicus ſimpliciter ambulans, luporum morſus incurrimus, & noſtris ſæculis inſolita rabie diſperſi, captivati, vulnerati, & rebus omnibus pene expoliati ſumus. Aderat in comitatu noſtro non ignobilis, neque ultima pars Eccleſiæ Dei, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, legio monachorum, non parvus numerus*

Petr. Vener. li. 3. ep. 27.

merus Archidiaconorum, nobiliam clericorum & religioſarum perſonarum populus. Horribile ſpectaculum, tantas, tamque neceſſarias Eccleſiæ Dei perſonas videre diſtrahi, diſſipari, vulnerari, atque gladiis inſequentibus, ubi ubi per diverſa fugari. Epiſcoporum & Abbatum plurimi ad proxima caſtra violenter abducti, & quidam eorum poſt verbera, & vulnera, barbarica immunitate incarcerati ſunt. Inter quos dominus Rhemenſis, cui nec ætas, nec dignitas adeſſe potuerunt, poſt multas injurias & vulnera turri concluſus tenetur, Dominus Petragoricenſis ſimilia expertus eſt. Sed quid ego de ſingulis quaſi ſolis loquor? Cum Cituricenſis & Senonenſis, ſuis pene omnibus ammiſſis, vix ad Pontem Tremulum tremuli & anheli pervenerint. & ibi cum Ebredunenſi, Trecenſi ictu haſtæ de equo dejecto, & inde graviter infirmato, cum Lemovicenſi, Atrebatenſi, Balicenſi, Redonenſi, atque aliis Epiſcopis, Abbatibus etiam Lemovicenſi, Vizeliacenſi, S. Michaelis de Cluſa, S. Germani Pariſienſis, Corbjenſi, Noviomenſi, Burgulienſi, Sancti Sulpitii, S. Remigii, Craſſenſi, S. Joannis de Prato, de Monaſterio Hender, Melundenſi, Salmurenſi. & aliis quam plurimis ſecundo carcere incluſi teneantur? Refertus eſt burgus ille & conſtipatus multitudine Sanctorum, quæ vel ut Hieruſalem obſeſſa a Babyloniis, pedem ultra protendere non audet. Nulli tutus ingreſſus, omnibus negatur egreſſus. Nec multa ſpes in aliquo, niſi in illo, qui educit vinctum de domo carceris, & in vobis, ſanctiſſime Pater qui ejus vices in terra geritis.

Quæ Petrus Abbas cum sociis pertulerit.

7. *Clamat igitur ad vos, ſicut ad ſingulare præſidium nobilis illa Eccleſiæ Dei portio, & ſibi citiſſime ſubveniri, ſicut filiis a patre, precatur. Poſtulo & ego ſocius periculorum, per quem vobis iſta ſcribi elegerunt: ut quia tanta pro Deo, & vobis eos contigit pericula ſubire; feſtinet veſtra pietas eorum cito periculis ſubvenire. Poſtulo, inquam, quia poſtulandum mihi eſt, ne ſanctos ſocios, qui itineri noſtro quadam charitatis confidentia adhæſerant, contempſiſſe videar. Nam de meis injuriis plura dicere ſuperſedeo. Qui dum cum domino Vizeliacenſi Abbate armatis hoſtibus pro pace ſociorum obvius occurriſſem; primo impetu mula noſtra ictu lanceæ confoſſa, in partem cedere coacta eſt. Fratres noſtri fugati, famuli capti, res pene omnes ablatæ. Ego ad proximam villam*

me

JESU CHR. AN. 1134.

me conferens, tamdiu delitui, donec conductu hoſpitis noſtri ad Pontem Tremulum, quo alii præceſſerant, veſpertinis horis & ipſe perveni. Inde ergo cum ſociis vocem querulæ lamentationis emittens, rogo pariter, & conſulo, ne rem tantam parvipendendam putetis, ſi nomini Chriſti, ſi honori veſtro, ſi utilitati Eccleſiæ aliquando conſulendum eſſe judicatis. Si enim hoc negligitur: quis curabitur? ſi rigor juſtitiæ, ſi ſeveritas Eccleſiæ in damnis publicis dormit: quando in privatis evigilabit? Precatur nobiſcum & conſulit ſacer captivitatis conventus, ut non ſolum in auctores nequitiæ hujus, ſed & in toto Lunenſi Epiſcopatu Apoſtolicæ vindictæ mucro reſplendeat; quatenus eo ſublimiter renitente, non ſolum prope poſiti, ſed etiam in extremis Chriſtianitatis finibus conſtituti terreantur. Lunenſis Epiſcopus nobis in brevi apparens, lunarem eclipſim nimis immature paſſus eſt; quem dum per totam diætam nobis lucere credidimus: vix per integram leucam ſocium habere potuimus. Longus fui; ſed ut audacter loquar in tanta re longior eſſe debui. Jam ſi quid minus dictum eſt, ſapientia veſtra ſuppleat & diſponat. Hucuſque Petrus Cluniacenſis Abbas. Quæ autem hæc ſecuta ſint, nobis hactenus incompertum.

Italiæ itinera Graſſatoribus undique plena.

Pet. Clun. lib. 1. miracul. cap. 8. ep. 33. lib. 4.

8. Ex his autem quæ tunc acciderunt, aliiſque etiam ab eodem Venerabili Abbate alibi relatis, infeliciſſima tunc tempora fuiſſe patet, ac in Italia vias undique latronibus, graſſatoribusque infeſtas fuiſſe ſcimus, unde alibi ſe alias quoque hujuſmodi graſſatores vix evaſiſſe narrat, ſed incidiſſe in eos comitem itineris ſui, & in alia epiſtola ad Attonem Trecenſem Epiſcopum in eamdem rem de Priore quodam in Italiam miſſo, ut Cluniacenſia monaſteria viſitaret, *Romam*, inquit, *pro injunctis negotiis ſummo ſtudio contendere voluiſſe, nec potuiſſe, eo quod audiſſet, quod ait, capi monachos, ſpoliatos Epiſcopos, interfici clericos, nec illis religionem, nec iſtis dignitatem adeſſe vel in modico poſse. Itinera obſtructa latronibus, raptoribus campos, gladiatoribus ſilvas oppletas, ipſumque Latium ſingularem olim Romanæ gloriæ ſedem, non civibus, ſed barbaris & hoſtibus ſæviſſimis ſubſtratum gemere*, cum etenim in varias factiones tota exarderet Italia, & de Italico Regno hactenus inter ſe Corradus cum Lothario diſſideret, Italiæ etiam Eccleſiæ funeſto schismate divi-

Jesu Chr. an. 1134.

diviſæ eſſent, dum Innocentio plurimi, alii Anacleto faverent, accidebat facile, ut quilibet in alterius factionis homines incideret, tamquam hoſtis expoliaretur, aut captivus detineretur.

Bernardus Mediolanum legatus mittitur.

9. Forte tamen fortuna accidit, ut cum Gallicanis Epiſcopis, & Abbatibus tunc Bernardus, qui cum iis ad concilium venerat, non eſſet; opportuna quippe occaſio ſe obtulerat, ut ab Innocentio Papa, ad ſopiendas lites, quæ inter Mediolanenſes exarſerant, mitteretur. Cum enim Clerus, populuſque Mediolanenſis Anſelmi Epiſcopi exemplo Corradi partibus, & Anacleti ſchiſmati inhoeſiſſent, eaque de cauſa ſacrorum communione privati, eorumque Epiſcopus Metropolitica dignitate ab Innocentio Papa exauctoratus fuiſſet, ſupplices tandem ad Bernardum litteras dederunt, quibus eum rogabant, ut cum Innocentio Papa, & Lothario Imp. eos reconciliaret, quorum votis ſe, poſt concilium Piſanum, ſatisfacturum promiſit, ſic quippe eoſdem alloquitur, *Benedicti vos a Domino*, quorum ſtudia & induſtria civitas veſtra, *liberata eſt ab errore, & relicto ſchiſmate, ad Catholicam rediit unitatem. Exiit ſermo iſte inter Catholicos: audivit, & lætata eſt Sion, & eſt vobis gloria coram Deo & omni populo. Quam lætis amplexibus mater Eccleſia colligit tot & tantorum multitudinem filiorum, quos ſe amiſiſſe dolebat? Quam læto & ſereno vultu Deus Pater recipit hoc ſacrificium de manibus veſtris? Quod autem & paci terræ intenditis: facitis quod filii pacis. Et ego, fratres, particeps & ſocius gaudii veſtri fieri cupiens: juxta petitionem veſtram ad vos cum dilectis fratribus noſtris, nuntiis veſtris veniebam, de quibus mihi ſcripſiſtis, plenius ſecundum rationem in beneplacito Dei ſatisfacturus. Sed quia tempus breve eſt, quo ad Concilium feſtinamus: non gravet vos uſque ad reditum noſtrum ſuſtinere.* Hæc tunc ad Clerum Mediolanenſem, eademque fere in ſubſequenti epiſtola civibus inſcripta, ubi iterum *Itaque feſtinans ad concilium* (Piſanum ſcilicet) *ſpero me rediturum per vos, & probaturum de gratia quam promittitis. Qui autem gratiam dedit, faciat ne in me vacua ſit.* Antequam de legatione ſolemni ibidem ab Innocentio Papa miſſa, deque in ea ab Bernardo, aliiſque ſociis ibidem geſtis ſermo fiat, nonnulla, quæ inter Anſelmum Archiepiſcopum, & Clerum,

Bernardi epiſt. 132. 133 & 134. ad Mediol.

JESU CHR. AN. 1134.

rum, populumque Mediolanenſem præceſſerant, adnotanda ſunt, ut ſequentia clariora fiant.

Dissidia in Clero, & Populo Mediol.

10. Itaque cum in duas factiones Clerus, & Populus Mediolanenſis diviſus eſſet, plurimis cum Anſelmo Archiepiſcopo Anacleti partibus adverſus Innocentium, & Corradi adverſus Lotharium addicti, aliis vero Innocentii Pontificis, & Lotharii, Anſelmus Anacleti, & Corradi adverſarios, excommunicavit. Comprovinciales vero Epiſcopi Papiæ congregati Anſelmum excommunicarunt circa annum 1129. ut Gandulphus junior in hiſtoria Mediolanenſi fuse commemorat, eademque in Anſelmum ſententia Concilio Piſano, uti diximus confirmata fuit, quare cum diſſidia ibi in dies augerentur, Conſules urbis ad hæc componenda, *In concordia utriuſque partis ſtatuerunt, ut ipſi, & alii ſuffraganei venirent, &c.* Verum ſtatuta die advenientibus, major inde ſeditio exorta eſt, quam cum Anſelmus ſedare non potuiſſet, *paternam ſuam domum intravit*, cum non haberet, quo declinaret; die autem altera cum iternm conveniſſent in unum Clerus, & Populus; *Qui in ea concione aderant*, ſubdit auctor, *clamaverunt, & ipſe deinceps*, ideſt Anſelmus Archiepiſcopus, *ſit remotus a nobis. Atque ita quiſque ſuffraganeos ad ſedem ſuam rediit, niſi Robaldus Albenſis, qui in chriſmate & celeris Epiſcopalibus officiis Eccleſiæ ſubvenit; Anſelmus autem ille quaſi a cuncto Clero & populo abiectus & expulſus, ad ſolita caſtella Archiepiſcopatus exivit, in quibus quantamcumque requiem invenit.*

Gandulph. hiſt. cap. 40. 41. Murat. rer. Ital. tom. 5.

Innocentius Papa Anſelmi depoſitionem confirmat.

11. His addit auctor. *Interim Innocentius Papa Piſis ſynodum celebravit, in qua Robaldo Epiſcopo Albanenſi repræſentante*, vel præſente *Tedaldus de Gandriano Archipresbyter Eccleſiæ Mediolanenſis, Amizio de la Sala Archidiaconus, Anſelmus de Rode Levita Ordinarius, & cum Primicerio Decumani Sacerdotes contra ſolitum decus Mediolani, & ejus Eccleſiæ Innocentio Papæ fidelitatem juraverunt. Cremonenſes vero nequaquam propter hanc fidelitatem milites Mediolanenſes, quos captos habebant, dimiſerunt. Sed Papa Innocentius depoſitionem & expulſionem ſæpe dicti Anſelmi de Puſterla firmavit. Attamen prænominati, qui fidelitatem juraverant, timentes hos caſus urbis, & Eccleſiæ Mediolani, differebant redire Mediolanum, niſi haberent protectorem, qui coram populo*

pulo Mediolani confirmaret Anſelmi expulſionem, & in nihilum reduceret Conradi coronationem, & populum tantæ urbis convocaret, & confirmaret ad Lotharii Imperatoris amorem, & ad ipſius Innocentii Papæ unitatem. Ad hæc peragenda Papa adeo idoneum Angelum habuit, ſicut Bernardus Clarevallenſis fuit. Cum itaque Mediolanenſium res in eo ſtatu eſſent, ut ad Innocentii partes omnes pene inclinarent, Legatos ſuos *Ottonem & Ambroſium*, ad Bernardum miſerunt, ut præſentia ſua ceteris cum Innocentio Papa, & Lothario Imp. reconciliatis, pacem concordiamque in ea Eccleſia reſtitueret, quod Piſana ſoluta ſynodo ſe facturum Bernardus promiſerat, uti ex ſupracitatis epiſtolis audivimus.

JESU CHR. AN. 1134.

Bernard. epiſt. 134.

12. *Interea*, ut ſubdit Landulphus, *Princeps Conradus altiori conſilio potitus Imperatoris Lotharii Vexillifer eſt factus*, ſeu cum ipſo reconciliatus, fidelitatem juravit, cujus etiam mediator fuit Bernardus, hoc, vel ſequenti anno, uti narrat Uſpergenſis Abbas, deinde *Prænominatus Abbas*, Bernardus ſcilicet, *nihil moratus cum Carnotenſi Epiſcopo* (Goffrido de Lieves appellato), *& Robaldo Albenſi* (in Monte Ferrato) *Mediolanum intravit: quam civitatem nimirum, prout voluit, firmavit. Ad nutum quidem hujus Abbatis omnia ornamenta Eccleſiaſtica; quæ auro & argento, paliſque in Eccleſia ipſius civitatis videbantur, quaſi ab ipſo Abbate deſpecta, in ſcriniis recluſa ſunt: & non ſolum maſculi, ſed etiam mulieres tonſæ ſunt: & ciliciis & lanis viliſſimis induti ad quælibet religioſa convertuntur. Aqua in vinum mutatur, Dæmones fugantur, contracti eriguntur, etiam quacunque infirmitate infirmi ſimiliter ſanantur: & quoſcunque captivos, infirmos Mediolanenſes habebant de inimicis ſuis in cuſtodia Abbas ipſe ſoluit, & liberos dimiſit: & tantum populum ad amorem Imperatoris Lotharii, atque ad obedientiam Innocentii Papæ per ſacramentum pacis, quod Abbas porrexit confirmavit.* De prodigiis a Deo Bernardi opera patratis pluribus agit auctor vitæ ejus Eraldus, ſeu Bernardus lib. 2.

S. Bernardus cum ſociis Mediolanum tranſit geſta ibidem.

Landulph ut ſupra c. 42. *epiſt.* 314.

13. Cum tanta ibi apud omnes eſſet Bernardi celebritas. *Idem* Mediolanenſis *populus, ut haberet Abbatem illum in Archiepiſcopum*, ad Eccleſiam S. Laurentii in qua erat hoſpitatus, cum hymnis & Laudibus, & ſolito ſuo Kyrie elei-

S. Bernardus Mediol. Epiſc. recuſat.

Jesu Chr. an. 1134. ſon concurrit. Quod Abbas ille non tulit, ſed ait. Ego in craſtinum aſcendam palafredum meum, & ſi me extra vos portaverit, *non ero vobis quod petitis, ac ſic Mediolano receſſit*: Papiam inde, poſtea Cremonam tranſiit, ut eas quoque urbes cum Innocentio reconciliaret, at apud Cremonenſes parum profecit, ut idem Bernardus in Epiſtola ad Innocentium teſtatur, cujus hoc eſt initium: *Cremonenſes induruerunt, & proſperitas eorum perdit eos: Mediolanenſes contemnunt, & confidentia ipſorum perdit eos &c.*

epiſt. 314.

Bernardus monaſterium in Cara Valle ædificat.

14 Mediolano excedens Bernardus, ſuorum ibidem aliquot reliquit, qui eodem Landulpho teſte, collecta pecunia Ciſtercienſem familiam ibidem conſtituerunt. *Quidam de Diſcipulis ejus*, ait, *qui remanſerunt per civitatem euntes, collectum multam de auro. & argento, & rebus multis ſibi fecerunt, & faciunt.* Iis vero adjuncti ſunt alii, qui nuper ad Deum converſi, ſuæ Congregationi ſociari poſtulaverant, ad quos extat Bernardi epiſtola, cujus ſupra meminimus quos proinde per anticipationem Novitios vocavit, non quod, ut putavit Baronius, Ciſtercienſis familia ibidem inſtituta fuerit, uti ad epiſtolam eamdem in Annalibus, alibique adnotat Mabillonius. Deligitur itaque ad novæ familiæ manſionem locus quarto ab urbe milliario, cui Caræ Vallis inditum eſt nomen, Clarævallis tamen paſſim dictus, extatque adhuc inſcriptio antiqua a ſe viſa, ait Mabillonius, qua monaſterium anno 1135. ibidem conſtructum fuiſſe probatur: illius primus prior ſeu Abbas fuit Bruno, ad quem extat Bernardi epiſtola, qua eum paterne corrigit, ob neſcio quam culpam ab eo admiſſam. Floret etiam nunc ibidem Clarævallis monaſterium, jamdiu ob redditus amplitudinem Abbatibus ſecularibus commendatum.

epiſt. 314.

Mabill. Annal. 76. 34. pag. 238.

epiſt. 281.

Robaldus Albanenſis Epiſc. Mediolan. etiam obtinet.

15. Cum Bernardus Mediolanenſi Archiepiſcopatu recuſato inde exceſſiſſet, ac Innocentius Papa Anſelmi dejectionem confirmaſſet, *Mediolanenſes ordinarii, & Decumani, qui Papæ Innocentio fidelitatem juraverant, confortati de hac Mediolanenſium converſione*, ſubdit Landulphus, *fecerunt Litifredum Novarienſem, Vidonem Sporedienſem, & alios ſuffraganeos venire Mediolanum: qui in conſilio ſuo ſublimaverunt Robaldum Albenſem Epiſcopum, in Mediolanenſem Archiepiſcopum; habita ſecuritate retinendi, prout dicitur, Albenſem Epi-*

cap. 42. Murat. to. 5.

Epiſcopatum. Iſto ſublimato Mediolanum ſuper Cremonenſes exercitum ſuum admovit. De quo exercitu ipſi Cremonenſes apprehenderunt 1030. *milites in nocte errantes. Anſelmus autem de Puſterla* (depoſitus ab Archiepiſcopatu Mediolanenſi) *audiens & intelligens horum militum captionem, nullam ſuſcepit conſolationem contra Robaldi ſublimationem: neque ſecundum conſilium Alberti de Landriano, & amicorum ejus ambulavit; ſed credulus Hugoni ſuo Naſo voluit cognoſcere, qualiter cum Anacleto Papa Romanorum poſſet procedere. Attamen ipſe cum iſto ſuo Capellano ambulans Romam in flumine Padi juxta Ferrariam a Goyſo de Martinengo captus eſt, & ad Innocentium Papam tranſmiſſus. Qui Papa in menſe Auguſti a Piſis illum captum Romam miſit: ibique* (prout fama eſt) *Anſelmus ille in eodem menſe, in manu Petri Latri qui procurator eſt Innocentii vitam finivit*, ac ſchiſmate abjurato in communione Eccleſiæ obiiſſe, ac in Baſilica Lateranenſi ſepultum fuiſſe hoc anno adnotat Pagius; qui de die & anno obitus, deque annis quibus Mediolanenſem obtinuit ſedem plura cum Mabillonio, & Papebrochio adnotat, ibidem videnda not. 12. 13. Capite deinde ſequenti de geſtis Robaldi Mediolanenſis Archiepiſcopi agens Landulphus, eum Piſis Innocentio fidelitatem, & Lothario Imp. juraſſe addit, ac atrox contra Cremonenſes bellum geſiſſe, eoſdemque eo quod fidelitatem Lothario facere detrectarent, excommunicaſſe narrat.

JESU CHR. AN. 1134.

cap. 43.

Bernardus mediator pacis inter Innocent. & Robaldum Mediolan.

16. Cum fidelitatem ab Innocentio Piſis juraſſet Robaldus, *libertatem eccleſiæ Mediolanenſis in contrarium convertit*, ait Landulphus, ideſt præjudicium intulit, cum ab ea immunes ſe eſſe Mediolanenſes Archiepiſcopi jactarent, hinc ne Mediolanenſium indignationem provocaret Robaldus, pallium ab Innocentio Papa præſens recipere recuſavit, cum id etiam Mediolanenſes Archiepiſcopi prætenderent; ut per legatos mitteretur; unde tot jurgia inter Honorium Papam, & Anſelmum Archiepiſcopum excitata fuerant, quæ ſuo loco commemoravimus, ac Robaldus ab Anſelmo tunc conſultus, quid agendum eſſet; *Robaldus Albenſis ait, quod prius ſuſtineret naſum ſuum ſcindi uſque ad oculos; quam daret ſibi conſilium ut ſuſciperet Romæ ſtolam, & eccleſiæ Mediolanenſi præpararet hanc novam & graviſſimam, quam Honorius Papa dicebat*

cap. 43.

Jesu Chr. An. 1134.

cebat imponere ſibi menſuram; Quare idem Robaldus Mediolanenſis Archiepiſcopus in ſua ſententia perſeverans, Pallium Piſis ab Innocentio accipere recuſavit; eaque de cauſa indignationem Innocentii non modicam contra ſe excitavit; Unde inſtabat periculum „ne pax tanto labore inita, iterum perturbaretur, aut ſchiſma renovaretur, niſi pacis ſequeſter apud Innocentium Bernardus adſuiſſet; ad eum quippe litteras dederat Innocentius querelarum adverſus Robaldum & Medìolanenſes plenas, quas ut accepit ſanctus Abbas, Innocentio reſpondens, eum placare curavit; totam fere culpam in cives Mediolanenſes transferens. *O infelicem illum epiſcopum*, ait, *qui in Hur Chaldeorum, de quodam quaſi Paradiſo translatus, frater factus eſt Draconum, & ſocius ſtruthionum. Quid faciet! Obedire vult, & ecce beſtiæ Epheſi frendent in eum dentibus. Diſſimulare vult prudenter pro tempore, & omni feritate formidoloſiorem veſtram indignationem incurrit. Anguſtiæ ſunt ei undique, niſi quod tolerabilius judicat ſibi eſſe ſine populo, quam ſine domino: pluris habens, ut dignum eſt Apoſtolicam gratiam, quam Mediolanenſem Cathedram &c. Parce Pater benigne, Parce fideli tuo, Parce denique populo acquiſitionis tuæ &c.* ac addit Chriſtum per tres annos expectaſſe, ut ficulnea fructum ferret, antequam ei malediceret. *Tu vero*, ſubdit Bernardus, *vix tres expectaſti menſes, & jam ſecurim paras*; tandem *dimitte & hoc anno, ſi quomodo forte circumfoſſa humo ligone pœnitentiæ, adbibitoque fimo lacrymarum ſuarum, ſterilitati Mediolanenſium, is cui eam credidiſti conſulere, & fructum elicere queat.*

epiſt. 314.

Lucæ 13.

Innocentius Mediolanen. reconciliatus Pallium mittit. ep.ſt. 131.

17. Bernardi votis pleniſſime ab Innocentio Papa ſatisfactum fuiſſe, ejuſdem Abbatis epiſtola paulopoſt, ſeu anno ſequenti data teſtatur, qua Mediolanenſibus ob pacem cum iis firmatam gratulatur, & ut Rom. eccleſiam in eos tam facilem, & liberalem debito proſequerentur obſequio, hortatur. *Bene vobiſcum facit Deus*, ait. *Bene vobiſcum facit Romana eccleſia, facit ille quod pater, facit illa quod mater, & revera quid debuit vobis facere, & non fecit*, ſi poſtulaſtis mitti vobis de curia *honorabiles perſonas, ad honorem Dei, & veſtrum factum eſt*, cum illuſtres eo legati cum Bernardo miſſi ſunt, *Si poſtulaſtis confirmari quod unanimitas veſtra de venerabilis patris veſtri electione firmaverat*, dum Robaldum Alben-

benſem ſibi Epiſcopum elegerant, & quidem contra canonum ſtatuta, utpote alterius eccleſiæ Epiſcopum, *factum eſt*, ſubdit, *ſi voluiſtis licuiſſe vobis quod illicitum, niſi pro magna quidem neceſſitate, ſacri Canones judicant, translationem Epiſcopi ſcilicet in Archiepiſcopatum, conceſſum eſt. Si rogaſtis erui cives veſtros de vinculis Placentinorum, quod utique ego prætermittere nec volo, nec valeo, & hoc factum eſt. In quo poſtremo quæcumque rationabilis petitio filiæ non dico repulſam, ſed vel moram paſſa eſt apud piam matrem. En ad complementum pallium præſto eſt, plenitudo honoris. Nunc vero audi me, inclyta plebs, gens nobilis, civitas glorioſa. Audi, inquam me, veritatem dico, non mentior, dilectorem tui, zelatorem ſalutis tuæ. Romana eccleſia valde clemens eſt: ſed nihilominus potens. Fidele conſilium, & omni acceptione dignum. Noli abuti clementia, ne potentia opprimaris*. In memoriam deinde revocat, ea quæ paulo ante paſſi fuerant, dum eidem rebelles facti, ac ſchiſmatico, ſive Anacleto inhoerentes, Mediolanenſis eccleſiæ auctoritas imminuta fuerat, dum Januenſis Epiſcopus Mediolanenſi Metropoli ſubditus, Archiepiſcopi dignitatem obtinuerat; *Probaſti & tu*, ait, *Quid enim contulit tibi vetus tua rebellio & recalcitratio male ſuasa a pſeudoprophetis tuis, quem fructum habuiſti, in quibus nunc erubeſcis! Agnoſce potius in ejus poteſtate; gloria & honore ſuffraganeorum tuorum tam diu privata extitiſti &c.* Tanta quippe eſt Rom. Eccleſiæ poteſtas, ſubdit, cui *plenitudo ſuper univerſas orbis eccleſias ſingulari prærogativa donata eſt*; Ut *Si utile judicaverit, poteſt novos ordinare Epiſcopatus* ubi *hactenus non fuerunt, poteſt eos, qui ſunt, alios deprimere, alios ſublimare prout ratio ſibi dictaverit, ita ut de Epiſcopis creare Archiepiſcopos liceat, & e converſo ſi neceſſe viſum fuerit. Poteſt a finibus terræ ſublimes quaſcumque perſonas eccleſiaſticas evocare, & cogere ad ſuam præſentiam non ſemel non bis, ſed quoties expedire videbit &c.* Hæc & alia ibidem Bernardus de ſuprema Romani Pontificis poteſtate in univerſa eccleſia catholica.

epiſt. 131.

Singularis Rom. eccleſiæ prerogativa.

18. Inter Bernardi geſta dum Mediolani eſſet, Humiliatorum ordinem fundaſse, aut certam vivendi formam eis dediſſe, ejuſdem ordinis auctores memorant. Hujuſce inſtituti auctor, & initia obſcura admodum ſunt, ut adnotat Helliot. Quan-

S. Bernardus Mediolano pro Humiliatis regulam ſcribit.

Jesu Chr. An. 1134. *Heliot. hiſt. Ordin. Relig. &c. tom. 6.*

Quantum vero conjecturis aſſequi poſſumus, hujus ſeculi initio circa annum 1120. initium habuit, ab nobilibus aliquot Longobardiæ viris, qui cum Henrico, ut Corrado faverent, reſtitiſſent, ab eo capti, & in Germaniam, tamquam captivi ducti, diuſque detenti, in tribulatione poſiti, veſtem laneam cineream, cum birreto ejuſdem coloris induti, piis ſe ſe operibus dederunt, unde fratres etiam de birreto cinereo dicti ſunt, quos cum humiliatos, ſanctiſque operibus intentos vidit Henricus, liberos dimiſit, iique in Longobardiam, & Mediolanum reverſi, eamdem vitæ formam cum mulieribus ſuis, quæ maritorum exempla ſecutæ fuerant, retinuerunt, victum ſibi viri æque ac mulieres manuum ſuarum opera comparantes, cumque hactenus in ſocietate quadam, prout conjugatorum, artificumque ſtatus ferre poterat, abſque ulla regula vixiſſent, dum illic adeſſet Bernardus, quamdam iis vivendi formam dedit, inter cetera juſſit Bernardus ut viri ab uxoribus ſejuncti, perpetuam uterque ſexus caſtitatem, continentiam ſervarent, quibus etiam certam precandi formulam præſcripſit, & ut in qualibet hebdomada pſalterium recitarent, de quibus Calvaneus Flamma in chronico cap. 255. apud Puricellum num. 375. hæc ſcribit. *Nobilis vir Guido, & Capitaneus portæ Orientalis fuit ſpecialis adjutor B. Bernardi in fundando monaſterio de Charevalle juxta Mediolanum de divitiis ejus anno Domini 1135. & iſte Guido Tertium ordinem Fratrum de Convenio S. Bernardi in porta Orientali conſtruxit in die S. Vincentii, quem Innocentius tertius confirmavit, & ab Innocentio tertio dictus eſt ordo tertius. Iſti fratres de Convenio fundaverunt ordinem fratrum Humiliatorum, & ipſum viſitabant &c.* Diverſo nomine ſub ordinis initio appellati ſunt, fratres ſcilicet Humiliati de Birreto cinerei coloris, de Convenio, & in varias quoque claſſes diſtincti, temporis tamen decurſu, & regulam, & habitum mutarunt, nam Benedictinam regulam, & Albam veſtem ab Bernardo traditam, iis fuiſſe, vel ab Innocentio tertio Pontifice nonnulli ſcribunt. Temporis autem decurſu ſeſe Canonicali vitæ dederunt, ac tandem cum ſecularem magis, quam regularem vitam agerent, ac reformationem iis datam a Sancto Carlo Borromeo, recipere detrectarent, necemque Sancto Archiepiſcopo, exploſo etiam in ſanctum virum bellico inſtrumento, inferre

re eorum nonnulli tentaſſent, totum ordinem S. Pius quintus tandem extinxit ut apud citatum Heliot ceteroſque ordinum hiſtoricos Bonannum, Maurolicum videre eſt.

Obitus S. Norberti Magdeburg. Episc.

19. Hoc etiam anno S. Norbertus inſtitutor ordinis Præmonſtratenſis, idemque Archiepiſcopus Magdeburgenſis, quem diximus anno ſuperiori veniſſe una cum aliis Germaniæ Epiſcopis Romam ad introducendum cum Lothario Imperatore Innocentium Papam in ſuam Sedem: ubi reverſus eſt in ſuam eccleſiam, mira ſanctitate, ſicut vixerat, diem clauſit extremum. De eo enim Hugo ſucceſſor Archiepiſcopus in vita ipſius: *Cum autem ab Italia reverſus eſſet in civitatem ſuam Parthenopholim, non diu poſt ægritudine correptus eſt, eaque per aliquod tempus, id eſt ſpatio quatuor menſium laboravit, Epiſcopatuque ſapienter & fideliter annis octo administrato, plenus Spiritu ſancto, cum omni integritate ſenſus, aſtantibus benedictione data, beato fine quievit. Neque enim, ut ait B. Auguſtinus, poterat male mori, qui bene vixerat. Annus erat Dominicæ Incarnationis milleſimus centeſimus trigeſimusquartus, feria quarta Pentecoſtes, octavo idus Junii, Pontificatus Innocentii anno quinto, regni Lotharii anno nono.* Hæc de ejus tranſitu auctor. Porro laudatiſſimus ſanctitatis, & eloquentiæ nomine fuit Norbertus, a ſancto Bernardo, Petro Cluniacenſi, & aliis hujus temporis Scriptoribus multa laude ornatus cujus Ordinis propagines in terram ſanctam non abſque uberi fœtu ſunt hoc tempore translatæ. Qui de viro ſanctiſſimo plura cupit, eumdem legat Hugonem: pro inſtituto noſtro ſatis hæc ſunt.

Mattæi Albani Episc. obitus.

20. Eodemque hoc anno Mattæus Albanenſis Epiſcopus, Cluniacenſis ordinis decus, ac variis legationibus perfunctus, Piſis cum Innocentio Papa profectus, ibidem obiit, cujus ſicuti res geſtas ita obitum deſcribit Petrus venerabilis: is porro cum S. Bernardo Mediolanum profectus, ibique pace reſtituta, dum Piſas rediret, deſentyriæ morbo afflictus, ab idibus Julii ad Kalendas Decembris vim morbi ſuſtinuit, quo ad exitum urgente, in vigilia Nativitatis Domini Dominicum ſibi corpus afferi juſſit, eoque præſente fidei profeſſionem de Reali Chriſti præſentia coram adſtantibus fratribus edidit, cumque diu cum morbo, & diabolo luctatus eſſet, ut narrat auctor, tandem octavo Kal. Januarii ſanctiſſime obiit, cujus exequias vel

Pet. Vener. de mirac. l. 2. 17. ad 24.

ipse

ipſe Pontifex Innocentius cum Epiſcopis, & Cardinalibus totaque Romana Curia, & urbe Piſana proſequtus eſt. Pontifex vero in feſto S. Stephani, ſolemne pro ejuſdem requie ſacrificium obtulit, ait Petrus, ac tandem in eccleſia S. Frediani Lucenſis olim Epiſcopi Piſis ſepultus eſt, ut ibidem pluribus narrat auctor citatus Petrus Venerabilis.

Alphonsi sexti Hispan. Regis obitus.

21. Alphonſus quoque hujus nominis ſextus Aragoniæ, & Navarræ Rex Hiſpanici Regni inſtaurator, qui cum Seracenis tricena fere prælia, ſumma cum gloria egerat innumeraſque tulerat victorias, hoc anno, fortuna repente mutata, prope Fragam cum Buchario Ali Marochii Rege, in acie fortiter pugnans, occubuit, ait Mariana, aut paulopoſt morbo correptus obiit, uti contendit Pagius. De geſtis, obitu, & teſtamento, piiſque operibus Alphonſi, plura ſupracitati auctores referunt ibidem videnda, nos interea ad ſucceſſorem ejus tranſimus.

Mariana Hiſtor. Hispan. lib. 10. c. 15. Tagi ann. 1134. not. 27. 28. 30.

Alphonsi Regnum dividitur.

22. Alphonso defuncto, *Quia filium non habuit*, ait Ordericus, *turbatio de ſucceſſore ſubiectos inter bellicos ſtrepitus aliquandiu detinuit, denique Aragones Remigium ſeu Remirum Sacerdotem, & monachum* (Epiſcopum etiam Mariana, aliique dicunt), *qui frater Regis erat, elegerunt, & Regem ſibi conſtituerunt*. Navarei autem Garzionem *Satrapan*, ait is auctor, ideſt Garziam Ramiri filium ex veteri Regum ſuorum ſanguine, *propoſuerunt*, ait is auctor, eademque Rodericus, ceterique Hiſpaniarum ſcriptores, Mariana lib. 10. cap. 15 & 16.

Ramirus ex Sacerdote, & monacho Rex uxorem ducit.

Mariana ut ſupra Tagi not. 31. ad 316. & an. 1137. no. 25.

23. De inſolita hac Ramiri inauguratione in Regem, qui jamdiu Monachus & Sacerdos erat, plurima iidem adnotant Mariana, & Pagius, aliique. Inauditum quippe hactenus fuerat, ut monachus, & Sacerdos in Regem inauguratus uxorem duceret, quod cum Rom. Pontificis venia factum fuiſſe credibile eſt, ait Mariana. An autem Innocentii Pontificis, vel Anacleti Antipapæ incertum. Anacleti tamen diſpenſatione id geſtum fuiſſe Pagius ſuſpicatur, ab Innocentio id promeruiſſe tradit Mariana, eaque diſpenſatione obtenta Agnetem ab aliis Mathildem dictam Villelmi Pictavorum Comitis, & Aquitaniæ Ducis ſororem duxit, ex qua Petronillam filiam habuit, quæ Raimundo Barcinonenſi Comiti nupſit. Extantque Romiri Regis diplomata, quibus ſe Regem, & Sacerdotem ſubſcribit. Exem-

Exemplum fortaſſe tunc ſumptum eſt ex Caſimiro Poloniæ Rege, qui cum monachus eſſet, ex diſpenſatione Benedicti Romani Pontificis Rex dictus, uxorem duxit, ut hæredem Regno Poloniæ daret. At eum Sacerdotem fuiſſe non legitur. Hinc factum, ut cum absque liberis in infauſta expeditione Africana obiiſſet Sebaſtianus Portugalliæ Rex, eique Henricus Presbyter Cardinalis ſucceſſiſſet, ut is quoque ad ſobolem creandam, uxorem ducere poſſet, Ramiri exemplum allatum fuit, ut ad annum 1588. indicat Spondanus. Hunc Ramirum non ſolum Presbyterum, & monachum recentiores Hiſpaniæ ſcriptores, ſed etiam Abbatem, ac Epiſcopum fuiſſe ſcribunt, quæ ſane incerta ſunt, ait Pagius. *Pagi not. 32.* Cumque Ramirus ex Agnete, ſeu Mathilde filiam Petronillam, Urracam ab aliis dictam, genuiſſet, eam impuberem adhuc, ac vix trimulam Raimundo Barcinonenſi Comiti deſpondit, cui etiam Aragoniæ Regnum pro dote tradidit, iiſque geſtis Ramirus in ſuum rediit monaſterium, ubi piis operibus intentus, obiit, quæ ſane adeo mira ſunt, ut incredibilia fere ac commento ſimillima dixerit Natalis Alexander, *Nat. Alex. ſecul. 12. c. 11. art. 4.* totamque rei geſtæ ſeriem in dubium vocaverit, Baronius vero, & Bechetti in hiſtoria ſua de his ne verbum habent. Rem geſtam paucis exponit noviſſimus auctor hiſtoriæ eccleſiaſticæ Gallico idiomate ſcriptæ, quam ad decimioctavi ſeculi initia perduxit, Abbas Berault Bergaſtel tomo II. pag. 376. Conſtat etiam Pagio, Mariana, aliiſque adnotantibus, ex ea Regni diviſione tumultus bellicos excitatos fuiſſe, Alphonſo Caſtellæ Rege totam ſibi prædeceſſoris Alphonſi hæreditatem vindicare conante; cujus aut vi adhibita, aut pactionibus, partem obtinuit, quam cum Caſtellæ Regno conjunxit, ac prædeceſſoris ſui exemplo, Hiſpaniarum Imperator ab Epiſcopis non multo poſt dictus fuit, extantque Sancti Bernardi litteræ ad Sanctiam ſororem Imperatoris Hiſpaniæ. *Bernardi epiſt. 301.* Petrus vero venerabilis ad Innocentium Papam ſcribens, eum Imperatoris titulo exornat. *Pteri Ven. epiſt. lib. 5. epiſt. 8.* . *Imperator Hiſpanus magnus Chriſtiani populi Princeps, devotus majeſtatis veſtræ filius &c.* qua epiſtola de Berengarii Salmaticenſis Epiſcopi translatione in ſedem Compoſtellanam agit. Sed de his hactenus; plura de geſtis hoc tempore in Hiſpania dabunt Mariana, & Pagius not. 27. ad 39.; atque iterum ad annum 1137. not. 25.

Jesu Chr. an. 1134. Rogerius Siciliæ Rex, & Apuliæ, totum Regnum occupat.

23. Rogerius interea, qui anno proximo Apuliam, & Campaniam excurrendo vaſtaverat, ſibique totam pene ſubegerat, uti ſuo loco diximus, hoc anno ex Sicilia iterum cum exercitu rediens, cetera ibidem loca, quæ ei hactenus reſtiterant, aut vi, aut deditione occupavit, Capuam ſcilicet, Neapolim, & Beneventum, ut fuſiori ſtylo Fulco Beneventanus, & Teleſinus Abbas memorant; ac Robertum Capuæ Principem ſibi ſubjiciens, Capuanum Principatum jurata ſibi fide in feudum conceſſit, Rainulphum vero Comitem cognatum ſuum, qui Rogerii ſororem uxorem duxerat, fidelitatem ſibi jurare cœgit, & Sergium Neapolitanorum Ducem, & Ropoltum Beneventi comeſtabulum, ſeu pro Romana eccleſia Rectorem, ut ſuæ ſe poteſtati traderet compulit: ſicque toto Neapolitano Regno potitus, iterum in Siciliam victor, & triumphans reverſus eſt.

Murat. rer. Ital. tom. 5.

Capuanus Princeps, aliique, a Piſanis auxilium poſtulat. *Fulco ut sup.*

24. Cum tanto hoſti, ideſt Rogerio reſiſtere impares ſe eſſe cognoſcerent Robertus Capuæ Princeps, aliique Piſas tranſierunt ibique ut ſcribit Fulco, *Cum conſulibus, & ſapientibus viris civitatis*, Piſanæ, *ſatis abundaterque tractarunt ut auxilium navalis exercitus ſibi largirentur, qui tamen ſine populo Januenſi hoc promittere noluerunt. Tandem deſinito conſilio, ſacramentis intervenientibus pactum ſtabilivere, ut circa menſem Martium futurum cum centum navigiis ſuper Regem Rogerium feſtinent*, Et ſane ut ſubdit Fulco promiſſis ſtetere, nam *Menſe Martio Indiction. duodecimæ, præfatus Princeps Robertus cum duobus conſulibus Piſanorum Alzobardo videlicet, & Cane viris ſapientibus, & cum aliis fere* mille Piſanis ad Principatum ſuum Capuanum *revertitur quarto Kal. Martii*, ſeu potius quarto nonas, vel idus, ut adnotat Pagius aliique, atque ibidem adveniens cum lætitia ab Neapolitanorum duce, ſeu magiſtro militum, & ab Rainulpho Comite excipitur, eiſque *Omnia, quæ cum Piſanis, & Januenſibus coram Innocentio Papa tranſacta fuerant, patefecit*, ac ſe tria millia librarum argenti Piſanis promiſiſſe addidit, quæ cito ex Neapolis, & Capuæ eccleſiis præcipue collecta ſunt, ac Piſanis miſſa, rogando, *ut cum feſtinatione ad eorum auxilium ſubvenirent*; At cum Piſanorum claſſis, tardius adveniſſet, aut viribus Rogerii inferior eſſet, Robertum Capuanum Principem, Rainulphum Comitem, & Beneventanos aut

Murat. t. 5. pag. 118.

aut vi adhibita, aut pactione inita poteſtati ſuæ Rogerius ſubjecit, ut idem Fulco pluribus perſequitur, quæ per ſingula exponere inſtituti noſtri ratio non patitur; atque huic Voluminis finem imponimus. JESU CHR. AN. 1134.

FINIS.

INDEX
RERUM PRÆCIPUARUM,
QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR,

Numerus primus paginam, ſecundus paragraphum indicat.

A

ABeilardus in monaſterium tamquam in carcerem truſus 255.8. novæ in ipſum querelæ 252.9.
Adalbertus Moguntiæ Epiſcop. ab Henrico obtinet 140. 7.
Alexius Imp. Cruceſignatorum hoſtis 16. 21. ejus legatio ad Romanos 140. 8. ejus obitus, & elogium 220. 33.
Algeri Scholaſtici, & Monaci Cluniac. ſcripta contra Berengarium 381. 10.
Alphonſus Hiſpaniæ Rex in Epiſcopos Sœvit 95. 2. Saracenos expugnat 157. 10. ejus obitus 408. 21. Regni diviſio 22.
Alphonſus Caſtelli, & Leonis regis Monaſterium Cluniacenſibus donat 382. 12.
Anacleti Antipapæ Epiſt. ad Lotharium 283. Innocentium excommunicat 334. 12. altera epiſt. ad Lotharium 336. 15. & ad Ludovicum Franc. Regem 338. 17. & ad Cluniacenſes 339. 13. ad Gerardum Engolim. Epiſc. 342. 21. Orientales Principes ſibi ſociare ſatagit 347. 29. ſcribit ad Regem Hieroſolym. 30. ejus geſta in Urbe, in Campaniam tranſit 350. 34. ejus Diploma pro Rogerio, quem regem dicit 353. 37.
Anſelmus Epiſc. in Angliam redit 18. 24. pacis mediator inter Henricum, & Robertum Fratres 22. 1. Sollicitus pro ſua Eccleſia 27. 5. cum Henrico colloquium habet 53. 2. ad Eccleſiam ſuam revertitur 74. 23. ejus epiſt. ad Paſchalem Papam 76. 25. alia de nova Sede epiſcopali erigen. 82. 7. Eccleſiæ ſuæ jura tuetur 96. 3. ejusdem epiſt. de conſecratione Thomæ Episc. 97. 4. ultima ejus epiſt. ad Thomam 98. 5. ejuſdem obitus 99. 6.
Anſelmus Mediol. Epiſc., & Guelphonis Bavariæ Ducis obi-

obitus 16. 20.
Anſelmus Jun. Legationem Apoſt. in Anglia exercere prohibetur 185. 13. quid egerit 194. 12.
Anſelmi Magiſtri Laudunen. obitus 198. 17.
Anſelmus de Poſterla Mediolanen. Episc. ordinatur 296. 11. cum Honorio pro Pallio contendit. *ibid.*
Appellationum ad Rom. Sedem vetus querela 46. 11.
Arnulphus Hieroſolym. Patriarcha Succeſſor Gibellini 141. 9. in Synodo depoſitus ad Sedem Apoſt. confugit 175. 13. ejus obitus 218. 29.
Arnulphus Sveſſionen. Epiſc. inter Sanctos relatus 233. 14.
Arnulphi Sagien. in Gerardum Schiſmaticum invectiva 345 25.

B

BAlduinus Hieroſolymæ rex coronatur 15. 18. ejus obitus 2. 17. 27. cui Balduinus alter ſufficitur. *ibid.* 28.
Balduini Hieroſolym. regis geſta in Paleſtina 51. 19. Berythum, & Sidonem capit 127. 28. illicitas cum Adelaide Nuptias init. 150. 11. a Turcis captus, res chriſtianorum afflictæ 266. 6. a captivitate redimitur 274. 9.
Bellum Civile inter Germanos, & Romanos in Urbe 111. 5.
Beneventani Civili bello afflicti Paſchalis Papæ opem implorant 151. 1. Beneventum terræmotu concutitur 281. 1. relicto Schiſmate Innocentio II. adhærent 384. 14.
Bernardus Epiſc. Meneven. ordinatur 169. 5.
Bernardus Epiſc. Toletan. obiit, cui Raimundus ſuccedit 320. 20.
Bernardus Ciſtercium ingreditur, ejus geſta 149. 9. Monaſterium Juliacum fundat 150. 10.
Bernardi Apologia, ſeu epiſt. adverſus Cluniacenſes 261. 10. ejus epiſt. ad Honorium Papam 301., & 8. contra Clericos in Seculo militantes ſcribit 309. 10. Mediolanum legatus ab Innocentio miſſus 399. 9. geſta. *ibid.* 10.
Bernardus apud Henricum Angliæ regem pro Innocentio Papa ſollicitus 332. 9. Bernardi invectiva in Gerardum Schiſmaticum 334. 24. præcipuus Innocentii Papæ, Apologiſta 344. 39. ejus epiſt. 126. ad Episc. Aquitaniæ 354. 40. de non cogendo Concilio Suadet 355. 41. Librum de gradibus humilitatis, alium de laudibus

Vir-

Virginis Mariæ 357. 43. Apologiam ad Gulielmum Abbatem 357. 44. item Librum de præcepto, de diſpenſatione. *ib.* alterum de diligendo Deo, & de gratia, & libero arbitrio ſcribit 368. 45. Epiſcopatum ſæpe recuſat 359. 46. ejus auctoritas apud Innocentium Papam 368. 10. pacis mediator inter Piſanos, & Januenſes 379. 5. Mediolanum tranſit, geſta ibidem 401. 12. Epiſcopatum recusat 13. Monaſterium Claravalli ædificat 402. 14. Pacem Mediolani conciliat 403. 16. pro Humiliatis regulam ibidem ſcribit 405. 18.

Bernardus Parmæ Epiſc. conſecratur 69. 16.

Bernardus Fundator Congreg. Tironen. ſub regula S. Benedicti 92. 10. ejus obitus 197. 15.

Bernardus Card. & Apoſt. Sedis Legatus Parmam tranſit, quæ ibidem paſſus ſit 50. 17.

Bernardi Præneſt. Epiſc. obitus, & epitaphium 85. 12.

Bethleem in Epiſcopatum erigitur 108. 6.

Bogomilorum hæreſis 129. 33. ejus auctor Baſilius Monachus 129. 34. qua arte ab Alexio Imp. detecta 129. 3. hæreticus ſua portenta manifeſtat 131. Concilio ſiſtitur, in perfidia perſeverat. *ibid.* Bogomili ab Imp. igni deſtinantur 132.

Bohamundus a Turcis capitur, liber dimiſſus in italiam redit 15. 18. Conſtantiam filiam Philippi regis uxorem ducit 72. 20. in Orientem redit 84. 11. ejus obitus 361. 50.

Brunonis Cartuſ. fundatoris obitus 23. 5.

Bruno Treviren. Epiſc. in Synodo Rom. confirmatur 47. 13. pietate, & prudentia fulget 48. 14. 393. 15.

Bruno Signien. Epiſc. Legatus in Gallias a Paſchali Papa miſſus 71. 19.

Burdinus Bracharen. Epiſc. in Hiſpaniam tranſit 55. 2. in Antipapam ordinatur 204. 8.

C

CAlixtus II. Rom. Pontifex eligitur 225. 3. ejus electio ab Clero, & Populo Romano confirmatur 226. 4. Viennæ coronatur 226. 3. & 227. ejus oratio ad Synodum 230. 10. treguam Dei ſeu pacem componere Satagit 231. 12. Henricum, & Burdinium excommunicat n. 13. ejuſdem diploma pro Epiſc. Treviren. 234. 1. & privilegium Ec-

Eccles.Viennen. 235. 2. ejus iter in italiam 236. 3. cum plauſu exceptus in Urbe 236. 4. Beneventum tranſit, geſta ibidem 239. 6. Gulielmo inveſtituram Principatus concedit 239. 7. legationem ad Henricum mittit 247. 1. ejus expeditio adverſus Burdinum, ejuſdemq. captivitas 248. 2.

Calixti epiſtola ad Galliæ Episc. 248. 3. pacem in Urbe, & Suburbiis reſtituit 249. 4. Salernum proficiſcitur, geſta ibidem 249. 5. de pace inter Calixtum, & Henricum ineunda agitur 250. 6. quæ Calixtus ei conceſſerit 257. 3. eique ſcribit 257. 5. varias mittit epist., inter quas ad Lodovicum Francorum regem 261. 12. Lateranen. Concilium celebrat. 262. 1. ejus epiſt. ad Ottonem Bambergen. Epiſc. 369. 1. ejus obitus. & elogium 270. 4. & 273. 8.

Calomanus Hungariæ rex moritur, cui Stephanus II. Succedit. 165. 22.

Cardinales Schiſmatici pro Antipapa Anacleto ſcribunt Lothario Regi 336. 14.

Caroli, & Gulielmi Flandriæ Comitum obitus 306. 11.

Caſſinenſis Abbas primus inter Abbates dictus 184. 10.

Clericorum incontinentia in Normannia, alibique graſſatur. 92. 10. Rom. Cler. reſponſio ad Henricum 191. 6.

Chriſtianorum res in Paleſtina afflictæ, concilium Neapoli Samariæ celebratur 246. 17. reſumptis viribus Tyrium occupant 274. 9. eorum victoriæ de Mauris 288. 9. eorum exercitus magna Clade afficitur 361. 49.

Ciſtercienſium Abbatum epiſt. ad Honorium Papam 300. 6.

Communitatum, ſive Communium inſtitutio ad publicam pacem tuendam 93. 11.

Cluniacenſes, ac Ciſtercienſes de regulæ obſervantia contendunt invicem 293. 7. Innocentii Papæ partes ſequuntur 339. 19.

Comenſium civitas a Mediolanen. expugnata 306. 12.

Concilia in Galliis & alibi celebrata 11. 12. & 13. Lundunen. ab Anſelmo 27. 4. Treccenſe ab Ricardo Rom. Sedis legato 41. 6. Guaſtalæ ſub Paſchali 65. 10. Londinen. 76. 26. Hieroſolymit. ubi Ebremarus ab ea Sede dejicitur 82. 8. Londinen. ejuſque Canones contra Clericos 91. 8. Viennenſe inveſtituras reprobat, Henricum Anathemate

mate percutit 138. 4. ejus epiſt. ad Paſchalem Papam 138. 5. Bellovacen., variæ in eo cauſæ actæ 161. 15. Trinorchii ſub Guidone Archiepisc. 167. 3. duo Coloniæ celebrata 169. 6. Ovetenſe in Hiſpania 170. 7. Lingonien. 184. 11. Mediolanen. 189. 2. Colonien. 212. 20. Frideslarien. 213. Rhotomagen. *ib.* 21. Toloſanum 228. 8. Remen. & geſta ibidem 229. 9. Sveſſionen. Abailardi scripta damnat. 250. 7. Lateranen. 262. 1. in eo geſta, & Canones 263. 2. & 4. Londinen. anni 1125. 285. 5. ejusq. Canones 287. 8. alterum ab legato Sedis Apoſtol. 299. 4. Trecenſe Templariorum ordinem confirmat 312. 8. Rhotomagen. & ejus Canones 317. 14. Pariſien. Sanctimonialium incontinentiam caſtigat 317. 15. Catalaunen. 323. 4. Londin. Clericorum concubinis favet 324. 5. Palentium concubinarios Clericos damnat 324. Stampen. Innocentii electionem confirmat 341. Remense 366. 6. Concilium Piſis Innocentius II. celebrat. 394. 1. geſta ibidem 2. & ſeqq.

Conon Abbas Ratiſponen. Epiſc. ordinatur 295. 9.

Conradus Salisbur. Archiep. Henrici geſta confirmat 117. 18.

Conradi italiæ regis obitus 22. 3.

Conradus in Italiam tranſit, rex ibidem coronatur 310. 4.

Conventus Moguntiæ celebratur 58. 1. legationem ad Papam mittit 59. 2. Londinen. se inveſtituris 80. 5. aliaque de acta 81. 6. Mediolanen. inter Epiſc., & Proceres Longobard. & de Henrici excommunicatione 219. 31. Herbipolen. de pace inter Henricum, & Calixtum Papam 250. 6.

Cruceſignatorum alter exercitus in Orientem tranſit 15. 19.

D

DAimberti Hieroſolymit. Epiſc. epiſt. ad Boamundum, ejusque querelæ 14. 17.

David Alexandro ſuccedit in Regno Scotiæ 280. 19.

E

EAdmerus Epiſc. S. Andreæ poſtulatus ex Scotia in Angliam redit 244. 14. ejuſd. epiſt. ad Alexandrum Scotorum regem, & obitus 245. 15.

Eccleſiæ res tum adverſæ, tum proſperæ. pag. 2.
Ecclesiæ Urbis deprædantur 329. 6.
Egino Abbas in itinere Piſis obiit 238. 5.
Elmacinus hiſtoriam abſolvit, geſta vel ſcripta ejus 223.
Epiſcopatus onus Vulgrinus renunciat 79. 3.
Epiſcoporum translationes sine conſenſu Sedis Apoſt. illicitæ 160. 14.
Epiſtolæ Card. Epiſc. &c. pro confirmatione Calixti Papæ 227. 7.
Ermaldus Abbas a factioſis occiditur 252. 10.
Excommunicati a quibus, & quomodo vitandi 67. 13.

F

Fornicarii Presbyteri infelix obitus 29. 6.
Fridericus Leodiensis Episc. Martyr occubuit 858. 6.

G

Gelaſius II. Pontifex eligitur 200. 3. ob adventum Henrici Urbe excedit 203. 6. Cajetæ Pontifex conſecratur 204. 7. Henricum cum Burdino Antipapa excommunicat 205. 9. In Galliam literas miſit 205. 10. & ad Romanos 207. 12. & ad Bernardum Tolet. Epiſc. 207. 12. Principum Calabriæ, Apuliæ, & Capuæ opem implorat 208. 14. Gulielmo Duci Apuliæ inveſtituram donat 208. in Urbem redit 208. 14. iterum Urbe excedit 200. 15. & 16. Piſas advenit, ibidem geſta 210. 17. in Gallias tranſit 211. 18. Synodum indicit 212. 19. ejus epiſt. ad Fideles in Hiſpania 214. 23. alia ad Oldegarium epiſc. Taraconen. 215. 25. alia ad Gualterium Epiſc. Ravennaten. 216. 26. ejus obitus 223. 1.
Gerardus Engolim. Episc. concilium celebrat 104. 15. regis Angliæ animum pro Antipapa ſollicitat 343. 10. cur ad ejus partes tranſierit 343. 22. Legatione abutitur 343. 23. ejus vitæ ſeries, & ſcelera 346. Innocentio adhæret, inde ad Anacletum tranſit *ibid.* Aquitaniæ Epiſcopos vexat, Eccleſias turbat 346. 27. in carcere conjicitur, adverſarios ubique patitur. 28. *ibid.*
Gerardus fundator ordinis Hoſpital. moritur 246. 16.
Gerardus Aquilejen. Patriarcha dejectus 312 7.
Germaniæ Præſules Henrico adverſantur 172. 10.
Gibelinus Hieroſolym. Epiſc. in-

invitus ordinatur, ejuſq. Epiſt. ad Arelaten. 83. 9. ejus obitus 141. 9.

Gildebertus Episc. Henricum hæreticum confutat, indeq. ejicit 276. 12.

Godefridus Ambianen. Epiſc. ordinatur 42. Romam pergit, quæ ibidem fecerit, vel ſuſtinuerit 101. 9.

Gothofredus Hieroſolymæ obiit 13. 16.

Goffridi Abbatis Vindocienſis obitus 389. 9.

Gulielmus Angliæ rex ſagitta percuſsus obiit 17. 23.

Guido Viennen. Archiep. in Rom. Pontif. eligitur 224. 2.

Groſſolanus Mediolan. Epiſc. confirmatur 48. 15. accuſationes in eum reſtaurantur 49. 15. Sede exturbatur 141. 10. ejus opera, & geſta 180. 5.

Guiberti oſſa effoſſa, & in flumen projecta 66. 12.

Guerimundus in Patriarchatu C. P. Arnulpho ſuccedit 218. 29.

Guerimundi Hieroſolymitani Epiſc. obitus, cui Stephanus ſuccedit 316. 13.

Gulielmus Tyrii Epiſc. ordinatur 307. 13.

Gulielmus Apuliæ dux obiit, cui Rogerius Siciliæ dux ſuccedit 297. 1.

H

HÆreſes C. P. detectæ & condemnatæ 127. 30. Henrici, & Tanchelini in Gallia 274. 10. & in Diœceſi Treviren. 277. 13. & *ſeqq.*

Henricus Epiſc. Virdun. renunciat 323.

Henricus hæreticus Cenomanis damnatus, & a Clero excommunicatus 275. 11.

Henrici comitis Portugalliæ obitus 143. 12.

Henricus Gulielmo in Angliæ regno ſuccedit 17. 23. diſſidia cum Anſelmo pro inveſtituris 18. 25. Normanniam ſibi ſubjicit, Inveſtituris renunciat 73. 24. ejus epiſt. ad Anſelmum 76. 25. Villelmum filium regem dicit 185. 12. Gerardi conſilia respuit 343.

Henricus Germaniæ Rex adverſus rebellem filium pugnat 55. 5. ejus epiſt. ad Paſchalem Papam 56. 7. regno renunciat 58. 1. quod poſt recuperare Satagit 59. 2. cujus literæ & querelæ adverſus Filium 61. 5. & exhortatio. *ib.* & ad Principes Germaniæ 62. 6. eorum reſponſio 62. 7. poſtremæ Henrici literæ ad eoſdem 63. 8. ejus obitus 64. 9.

Hen-

Henricus V. Germaniæ, & Italiæ rex adverſus Patrem rebellis 53. 3. ejus proteſtatio facta in concilio 54 4. exercitum parat, res ſine pugna componitur 55. 5. cum Patre colloquitur 55. 6. in Italiam venit 104. 1. ejus pacta cum Pontifice 105. 3. ad Urbem accedit, pactis ſubſcribit 107. 4. in Urbem adventus 109. 1. acta Sutrii inter legatos ipſius, & Pontificis 109. 2. in Urbe cum honore excipitur 109. 2. in Sabinam cum Pontifice captivo tranſit 212. 7. de ineunda concordia agitur 114. 10. infauſtæ pacis conditiones 114. 11. & 115. 12. a Pontifice obtinet ut Patri Eccleſiaſt. Sepultura daretur 116. 15. in Germaniam redit, Methildem adit 126.27. Mathildem fil. regis Angliæ uxorem ducit 165. 21. hæreditatem ſibi vindicat Comitiſſæ Mathildis 172. 9. in Galiam redit 187. 17. ejuſq. geſta. *ibi* & 18. ad Urbem ſe contulit 189. 3. vanus ejus triumphus 190. 4. ab Clero coronari poſtulat 191. 6. Cleri reſponſio. *ib.* 6. a Burdino Epiſc. coronatur 192. 7. ejus epiſt. ad Calixtum 256. 3. cui mittit hinc legationem, & munera 257. 4. Bellum Ludovico regi indicit, re infecta recedit 280. 20. ejus obitus 268. 6.

Herimanni canſa in Conc.Guaſtallæ acta 68. 14. ad Paſchalem Papam delata 173. 11.

Honorius II. Rom. Pontifex eligitur 271. 5. hinc tumultus oritur 272. 6. Oderiſio Abbati Caſſinen. iraſcitur 282. 2. quem excommunicat, ac deponit 283. 3. ejus epiſt. ad Joannem legatum in Anglia, ad regem Scotiæ, & Epiſc. 285. de Pontii obitu, & Sepultura, & de geſtis in ea cauſa 292. 4. & 5. Rom. Eccl. jura vindicat 298. 2. Rogerium excommunicat. *ibid.* & n. 3. Robertum Capuæ Ducem creat 308. 1. Principes, & Epiſc. ad bellum provocat. *ibid.* cum Rogerio reconciliatur 309. 2. Apuliæ, & Calabriæ inveſtituram Rogerio tribuit 309. 3. Conradi coronationem improbat 311. 6. Mediolan. & Ravenn. Epiſcopos deponit 311. 6. ejus epiſt. ad Sugerium Abbatem 318. 16. Beneventum redit, geſta ibid. 320. 1. ejuſd. epiſt. ad Imper. & Imperatoris ad Honorium 321. 2. & obitus 324. 1.

Honorius Auguſtodun. floret, ejus ſcripta 360. 47.

R

RAmirus Sacerdos, & monachus Rex Hiſpaniæ eligitur; uxorem ducit 408. 23. qua auctoritate id egerit 409. 24.
Reimbaldi Leodien. Canonici de vitando ſchiſmate liber 340. 20.
Robaldus Albanenſis Epiſcop. Mediolanen. ſedem obtinet 402. 15. cum Innocentio Papa reconciliatur 403. 16. Pallium ab Innocentio obtinet 404. 17.
Robertus de Arboſcellis Ordinis Fontebraldenſis fundator 12. 14. an & quomodo Monachi Abbatiſſæ ſubjecti 12. 15. ejus obitus 194. 13. ordinem Abbatiſſæ ſubjecit 195. 14.
Roberti Cluniacen. primi Abbatis obitus 101. 8.
Rodulphus ex Roffenſi Sede in Cantuarien. transfertur 157. 9. Roffensem Episc. ordinat 153. 11. pallium a Pontifice poſtulat 158. 12., & obtinet 159. 12. per Legatos cum Paschali Papa agit 193. 10. de ineunda pace tractat. *ib.* 11.
Rogerius Apuliam, & Calabriam ſibi ſubjicit 322. 3. ab Anacleto Antipapa rex dicitur 350. 35. ejusq. ſolemnis inauguratio 351. 36. Antipapæ favet 353. 38. Apuliam, & Campaniam ſibi ſubjicere tentat 383. 13. Regnum ejus occupat 410. 23.
Rogerii Siciliæ Comitis obitus 24. 4.
Rogerii, & Bohamundi Ducum obitus 113. 8.
Romanorum Procerum literæ ad Lotharium pro Anacleto Antipapa 337. 13.

S

SChiſmatici quenam in Gelaſium Papam tentaverint 201. 4. ab eorum manibus eripitur 202. 5. ſignis a Deo confunduntur 356. 42.
Senioretus electus Abbas Caſſinen. ab Honorio Papa conſecratur 289. 2.
Serlonis Segienſis Epiſc. obitus 261. 11.
Sigeberti Gemblacenſis monachi obitus & ſcripta 149. 8.
Stephani Grandimontenſis Abbatis obitus 281. 21.
Stephani Patriarchæ Hieroſolym. obitus, cui Villelmus ſuccedit 361. 50.
Synodus C. P. adversus Nili hæreſim 128. 31. & Blachernitas 129. 32. Lateranen. pacta cum Henrico reſcindit 134. 2. & 135. 3. Toloſana pro expeditione Hiſpan. ſuſci-

ſcipienda 213. 22. Beneventana 233. 15.

T

TAnchelini, & Petri de Bruis hæreſes 277. 14.
Tanchelini errores referuntur 278. 15.
Templariorum Origo 218. 30. confirmatur in Conc. Trec. 312. 8. regula iiſdem tradita 314. 10. qui in eo recipiebantur 314. 11. in vitia cito delabitur 315. 12.
Thomæ de Marla, ſeu Marna obitus 360. 48.

V

VAlo ſive Guido ex Bellovacen. Sede in Pariſien. translatus 43. 7. a Paschali Papa in Poloniam legatus mittitur 44. 8.
Venetorum in mari potentia & divitiæ 52. auxilium Chriſtianis præbent 266. 7. eorum victoriæ. *ib.* pacem cum Jo. Comneno ineunt 267. 8.
Villelmus Cantaurien. Epiſc. ordinatur 268. 12.
Villelmus Rogerii filius Apuliæ ducatum obtinet 154. 6.
Villelmus Aquitaniæ Dux Synodum Pictavien. diſpergere conatur 10. 11.
Urbs tumultu commota ob obitum Præfecti, & novi electione 182. 7.

BIBL. NAZ. ROMA

ERRATA.			CORRIGE.
Dominium	18.	25.	Hominium
reſtituti	84.		deſtituti
Primus	98.	5.	Primas
comprobat	117.	18.	improbat
Hæc	147.	circ. med.	Hoc
faceret	161.	15.	delatæ ſunt
migrati	167.	3.	mitratis
Diviſionem	184.	11.	Divionem

Digitized by Google

Digitized by Google